UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00357144 5

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/corpusscriptorum26niebuoft

(64) 6796 I

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

31880 20/12/93

Vol 26

IOANNES CINNAMUS.
NICEPHORUS BRYENNIUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVI.

DF
503
C6
v. 26

IOANNIS CINNAMI

EPITOME

RERUM AB IOANNE ET ALEXIO COMNENIS
GESTARUM.

AD FIDEM CODICIS VATICANI

RECENSUIT

AUGUSTUS MEINEKE.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVI.

PRAEFATIO
AUGUSTI MEINEKII.

Ioannis Cinnami Epitomen, primum a Tollio ex apographo Vossiano, postea a Ducangio ad Tollianum fere exemplar editam, quod nunc multo quam antea emendatiorem et vero etiam aliquot locis pleniorem exhibere licuit, debetur diligentiae Theodori Heysii, qui Codicem Vaticanum *), ex quo transscriptum esse constat apographum Vossii, tanta accuratione cum exemplari Tolliano comparavit, vix ut tenue aliis spicilegium reliquisse videatur. eo igitur subsidio ita usus sum, ut a Codicis fide nisi monito lectore nunquam recesserim, Tolli autem vel Ducangii lectiones plerasque omnes silentio praetermiserim.

Adnotationes addidi Ducangii integras, Tolli selectas, quid enim attinet commemorari coniecturas aut

*) Eius descriptionem vide apud Wilkenium Histor. Comn. p. XVIII.

aperte falsas, aut Codicis collatione confirmatas, aut iis denique locis adhibitas, quos quum integerrime scriptos Codex exhibeat, describentis demum manus corrupisset?

In castiganda Ducangii versione latina quamquam plus operae consumsi quam merentur ii qui ex latinis quam graecis sapere malunt, restant tamen etiamnum aliquammulta, quae vel ad sententiae fidem propius revocata vel ad meliorem latinitatis rationem conformata velles.

Scribebam Berolini a. MDCCCXXXV.

ILLUSTRISSIMIS ET PRAEPOTENTIBUS

PROVINCIAE

ULTRAIECTINAE

ORDINIBUS

CORNELIUS TOLLIUS D. D.

Si quid omnino, hoc necessario facere me officio arbitror, patriae meae primores viri, quod prodeuntem hic scriptorem vere regium, sed incognitum ignoratumque hactenus, magnifico atque amplo nobis nomini vestro in clientelam omni pietatis genere circumventus addico et consecro. quoties enim in contemplationem redii munificentiae vestrae et in patrem meum, totamque adeo domum nostram, meritorum, quorum nos mensuram implere gratiis non possumus; quoties intra me ipsum, id quod maximum et potentissimum est, volvi, in vestro me solo conceptum et natum esse, vestro sub caelo animam ac vitae spiritum hausisse; quoties ab animo et natura ipsa admonitus sum, multum esse quod parentibus debeamus, plus quod patriae, plurimum autem quod patriae patribus, iustis, clementibus, bene meritis, quorum utpote maiestati patria etiam auctoritas vires suas et plenissima liberorum obsequia subiecerit: toties exagitavit me immensi debiti exactor et exprobrator animus, ut gratias aliquando tantae agerem liberalitati tantisque beneficiis; et dignitates vestras, si non paribus, saltem quas bona conscientia atque ipsum se probandi naturae studium exprimerent, laudibus officiisque venerarer. sed enim difficile inprimis atque arduum videbatur, e sterili agro messem facere, cuius dignae primitiae essent, quas tanta

decora praeferentibus patronis cultor non parcus, nec temerarius, litarem. quid enim esse magnificum in iuvene potest vix primam aetatem ferente? quae ubertas? quod ingenium? quae eloquentiae vis? quae denique inducendi muneris gratia comitasque orationis? haec dum me cura et sollicitudo circumstat, magnates; dum carceribus quasi pudoris inclusus, occasionem anhelo, ad quam velut dato signo et libertate prosilirem; peropportune in manus nostras venit Ioannes Cinnamus, vetere sane Graecia dignissimus homo; quem latina nunc etiam toga indutum, proque ingenii mei modulo notis illustratum, velut omnium officiorum, quae, si possem, libentissime exsolverem, promtissimique animi pignus et signatorem, magnitudini vestrae nuncupandum censui. vereor autem, inclitissimi proceres, ne alieno nunc tempore incommodus obverser; quo trucis scilicet et mox saeviturae tempestatis nubes consurgit, bellumque et arma nobis non sine motu magno ac pernicie generis humani decernunt, quibus nihil sancti esse oportet, non fidem, non pietatem, non religionem: qui nullo dei immortalis, nullo eiusdem nobiscum fidei sacramenti, nullo arctissimorum foederum habito respectu, nobis ante alios legem odiorum dicentes, animae imperii nostri funus ac tenebras minitantur: qui nihil concedendo, nihil tot obsequiis mitigati, acerbius se et intolerabilius in dies gerunt: quos apud nihil patientia profecistis, nisi ut graviora, et quae Marte cogi non possetis, tanquam ex facili tolerantibus imperaverint: quibus denique intestino suo bello occupatis, nos summae foederum religionis memores quievimus, uti adversus vacuos iam et novi operis materiam quaerentes, maius negotium haberemus. non diu itaque deliberandum hoc tempore fuit, an iusta, an necessaria arma indueretis: ut deliberaveritis tamen, iustitiae et patientiae vestrae fuit, hostisque et fortuna populi vestri monuere. testis erit universus ergo terrarum orbis, vos, tot acceptis iniuriis, quas aequo animo tulistis; totiens tentatis nequicquam pacis conditionibus; non pro decore, sed pro salute; non pro vano honoris aut dominii titulo, sed libertate, sed fortunis vestris, purum piumque bellum suscipere. ubi nunc igitur invictus ille hactenus Belgarum animus? ubi integra illa et immobilis virtus? ubi arma, quibus tot hostium

legiones procubuerunt? ubi tot littoribus terribiles classes? ubi maritima gloria incliti triumphi? ubi illa praesidia, quae fuere semper eruntque in posterum fundamenta libertatis nostrae, domi concordia, integritas, continentia, animus in consulendo liber, nullius sibi delicti gratiam faciens; foris industria, alacritas, constantia, fortitudo? his namque virtutibus in tantum potentiae fastigium Belgarum nomen evexistis: his imbuti artibus, parva a sede profecti disparsistis cum sole manus: his domi militiaeque, terra ac mari, tot et praeclara adeo facinora fecistis: iisdem vos et rempublicam servabitis magisque attolletis; cives et honestissimos ordines a vi et iniuria prohibebitis: et quod ominari, quod sperare licet, inexplebilem hunc sanguinis hostem, novorumque motuum avidum et ieiunum, coërcebitis, profligabitis. sed quid ego diutius apud vos ea, quae nec officii, nec consilii mei, sed vestrae prudentiae sunt? unum rogo, patres, cuius gratia accessi, ut inter strepitus armorum, et ruentis belli procellam, vestro dignum praesidio et tutela habeatis maximis quondam imperatoribus carum Ioannem hunc Cinnamum, scriptorem industrium, elegantem, magni Xenophontis aemulum; satis ingenio suo indulgentem, satis temperantem; laudantem Comnenos principes suos, ubi ratio et locus et merita postulant, non res et fortunas eorum immodice adulantem; omnibus denique, quaecumque illo saeculo viguerunt ingenia, lumine ac claritate sua tenebras obducentem. condit se autem vestra in sacraria eo alacrior, eo plenior animorum fiduciaeque, gloriosissimi ordines, quod nunquam vel in maximis bellis pretia apud vos ceciderint Musarum; sed (rem admirabilem perpetuisque laudibus depraedicandam!) integro atque illibato media inter arma honore studia foveritis, auxilia et fulcra rei publicae, neque pacis magis, quam bellorum, ornamenta. ille vobis gratias aget, proceres magnifici, in quibus obligata est domus nostra. ille animos testabitur devotos addictosque vestrae reverentiae, quos praeter offerre nihil possumus. illum accipietis, spero, monumentum et obsidem mei patrisque (neque enim illicitum filio in caussa tam pia, tam honesta, pro officiosissimo etiam patre spondere) aeterni erga inclitum nomen vestrum obsequii et indefatigabilis observantiae. deus faxit, ut quantum de-

beamus, quantum agere velimus gratiarum, videamur retulisse. eum veneror et obsecro, quanta quis pro patriae suae et procerum salute debeat ac possit fide, ut stabilem et firmam vobis rem publicam faciat: ut eorum, quibus praeestis, commodis atque utilitatibus diu tam bene serviendi facultatem duit: ut omnibus rebus, quas statuitis, quas decernitis, quas agitis, suo numine et spiritu intersit: ut auctor et stator Belgarum nominis imperium hoc, quod in amplissimum fastigium extulit, custodiat, servet, protegat: utque adeo duellum, quod novo cum hoste sumendum est, libertati atque incolumitati nostrae, classibus exercitibusque vestris, bene ac feliciter eveniat; neque alii unquam eius cladem sentiant, quam qui moverunt. Hardervici, 6 Kal. Iulias, 1652.

AD LECTOREM.

Exsolvo nunc promissi fidem, quam ante biennium, cum Palaephatum ederem, de publicando etiam Cinnamo dedi, lector amice et benevole. scriptor is, seu regius, ut se ipse vocat, Grammaticus, memoria sane et posteritate dignissimus, vitam Ioannis Comneni, imperatoris Constantinopolitani, brevi compendio tradidit: sed imperium ac res gestas filii eius et successoris Manuëlis, cui per Asiam atque Europam bellanti adolescens admodum comes adfuit, cuius facta pleraque oculis suis vidit, longa serie prosecutus est. dictio eius pura ac tersa satis, Herodoti, Xenophontis, aliorumque veteris Graeciae in historia principum, aemula: ut vel hac solum virtute immenso post se spatio relinquat Glycam, Constantinum Manassem, Tzetzem, Choniatem Nicetam, et qui alii eius aevo, aut paullo post, scripsere tumidi homines et salebrosi. fidem profitetur incorruptam, sine amore cuiusquam, sine odio; quamquam indulgentior visus est quibusdam in laudando Manuële, depraedicandoque magnis ausis, saepe etiam temerariis, promptum eius animum; cum tamen hanc a se et principe suo avertere suspicionem conetur, producta ad exemplum Alexandri Magni et reliquorum audacia, qui gloria sublati, pericula in praeliis sua esse, non militum, voluerunt. quidquid sit, habes certe erutum tenebris ac carcere caeco omnibus aequalibus ingenio et claritate sua praelucentem scriptorem; et, quod habes, gratias hoc ages nomine industriae et liberalitati amplissimi atque incliti nominis viri ISAACI VOSSII, qui eum e codice Vaticanae bibliothecae exscriptum maioribus distentus curis mihi, ut iuris facerem publici, donavit: meum si in vertendo illustrandoque studium modo agnoveris, amplum satis collocatae operae prae-

mium videbor retulisse. omnibus enim bonis et amantibus eorum, qui laudem assequi ex studiis conituntur, satisfecisse me pro mediocritate mea spero. si qui supercilium induere volent, et in vitia tam cernere acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, illi suam sibi austeritatem saevitatemque magis fore vitio sciant, quam errorem aut lapsum iuveni; cui, subacto nondum ad remotissima quaeque per aetatem ingenio, ut est errare inter homines facillimum, ita primus quoque ante omnes veniam indulgentiamque meretur. accedit, quod pars magna operis conficienda fuerit vixdum firmatis ex longo ac gravissimo morbo viribus. simul namque prodire e funebri quasi lecto, et manum admovere tabulae potui, exercui me et defatigavi, ne quo alio, ut nonnulli metum admovebant, praeveniente, oleum et operam atque aliquod fortassis inde meritum perderem. nunc vero spem nostram utcumque exsecuti, damus hic tibi quidquid hoc libri aut laboris est, utque aequus ac libens fruare, humanitatem tuam rogamus. vale lector, et quantum mihi dei benignitate vitae deinceps dabitur, illud omne publico me bono, si qua prodesse potero, crede transmissurum.

AD

CLARISSIMUM VIRUM

CORNELIUM TOLLIUM,

CUM

CINNAMI HISTORIAS

PRIMUS IN LUCEM EDERET.

Πᾶσιν ὁ σεῖο πόνος, φίλ᾽, ὀνήσιμος, ἀλλὰ μάλιστα
  ἥδε σοὶ ἐσσεῖται χρήσιμος ἐργασίη.
αἰὲν ἐὸν γὰρ κλεῖος ὀνήσεαι, ὅττι θεοῦδες
  τοῦ καμάτου τελέθει αἰνεσίμοιο γέρας.
ἔστι τὰ λοιπὰ τύχῃ ποτ᾽ ἀφαίρετα, καὶ ἅμα κηρὶ
  οἴχεται ἡμερίου κτήματα πάντα βίου.
ἐξ ἐρέβευς δὲ σαώσας ἱστορίην, σελίδεσσιν
  ἀθανάτοισιν ὁμοῦ ἔσσεαι ἀθάνατος.

ANT. AEMILIUS.

CLARISSIMO VIRO

D. CORNELIO TOLLIO,

CINNAMUM

HISTORICUM GRAECUM

EDENTI.

Inclite vir, priscis ingens decus addite Gelris
  nuper, et Aonii lux memoranda chori:
hactenus in tacitis latuit penetralibus aevi
  Cinnamus, haud populo cognitus ante suo;
quem nisi fecisses hominum volitare per ora,
  ex animis poterat tollere longa dies.
ergo tibi ut vitam et mansuros debeat annos,
  hunc tua charta vetat non moritura mori.
scilicet hanc laudem scriptis, patriaeque, sibique
  ingenium potuit conciliare tuum.
nunc sapiens Danaus viget aeternumque vigebit,
  et Latio et populis cognitus ipse suis.
sed proprie tuus est, quem Lethes eripis undis,
  artis et ingenii rarus honore liber;
qui posthac, Momo licet indignante, superstes
  semper erit gratae posteritatis amor:
quin tibi, dum vitam post tot modo saecula reddis,
  morte vel in media, ne moriare, dabit.

TH. VERHOEVEN.

Thielae, a. d. 10.
Iun. 1651.

ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO D.

IOANNI BAPTISTAE COLBERT,

REGI AB INTIMIS CONSILIIS ET SECRETIS,

GENERALI AERARII MODERATORI,

SUMMO REGIORUM AEDIFICIORUM PRAEFECTO,

REGIORUM ORDINUM QUAESTORI,

MARCHIONI DE SEIGNELAY

CAROLUS DU FRESNE F.

Exigit officii mei ratio, vir illustrissime, ut vulgandam lucubrationem hanc meam auspiciis non aliis committam quam Tuis, cuius moderationi auctoritatique praecipuae quodcumque in re aeraria munus gero, subiectum est. atque ad patrocinium quidem Tuum prae ceteris ambiendum cum id me satis per se superque impellat, tum adducor inprimis amore ac studio isto singulari, quo et literas et literatos omni data occasione prosequeris. qua enim es amplitudine animi, non minus in liberalium quam in ceterarum etiam inferiorum artium renovationem incubuisti hactenus: et quantum felicitatis attulisti advecta per has restitutas rerum omnium affluentia, tantum decoris illarum patrocinio conciliasti regno universo, cuius no-

men ab eruditis quibusque ad immortalem gloriam facilius traducatur. certe cum amplissima laudum accessione aucta sit atque locupletata Gallia, ex quo Ludovicus subditorum sibi populorum splendori et commodo tanta cum animi contentione invigilat, id diligentiae praesertim et industriae Tuae, vir illustrissime, memori animo illa adscribit, quod ardua tanti principis consilia strenuus plane fidusque administer exsequeris. si redditum ab rege populis terra marique commercium; si principatum illum eloquentiae, quem etiam Romani Gallis aliquando detulere, nunc quasi postliminio recuperatum; si restitutam denique suam artibus omnibus celebritatem merito illa gloriatur: hoc opera quodammodo Tua perfectum agnoscit, qui omnem ingenii ac solertiae vim in mandatis regiis conficiendis tam operose impendis. eodem pariter iure obstrictam se Tibi profitetur bibliotheca regia, quam a Francisco I inchoatam, ab Henrico II et Catharina Medicea non mediocriter adauctam, rex idem noster nova manuscriptorum voluminum accessione locupletavit. ea enim et numero propemodum infinita, et raritatis laude omnium haud scio an praestantissima, ita studio Tuo incredibili sunt conquisita, ut non tam auxisse, quam novam bibliothecam effecisse dicendus sit, atque adeo divisam in maioribus suis, in se collectam, Te procurante, gloriam coniunxisse. sed et praecipuum bibliothecae istius decus, pretiosa illa raraque numismata, quae a serenissimo Aurelianensium duce Gastone collecta tanto labore tantoque delectu, tum coronae, ut aiunt, regiae legata, nunc asservantur ibi diligenter, quotidie ab rege consiliis Tuis incitato mirifice multiplicantur. ac ne reconderetur fons ille eruditionis uberior, eodem quo bibliotheca constructa est loco, Academiae virorum totius Europae peritissimorum, Te suadente, constitutae; qui cum eo parati accedant certis quibusdam diebus ad omne humanioris doctrinae genus tractandum, tum si quid inter disputandum dubii forte controversique acciderit, illico ad librorum auctoritatem, quasi ad decretorium iudicium confugiant. atque hoc in memoriam revocat, haud absimilem olim imperatorum quorumdam Byzantinorum pro re literaria curam; qui insignem Constantinopoli bibliothecam instituerant, et ipsi curandae perficiendaeque praefecerant viros omnino duodecim,

ut lectissimos totius imperii, sic omnibus disciplinis quam excultissimos. etsi autem, vir illustrissime, minime dubitem, quin tanta pro superandis literarum molestiis commoda sint eiusmodi, ut iis ad suscipiendas egregias lucubrationes plerique ingenii doctrinaeque laude illustres impellantur acrius; haud scio tamen an ista facilitate, benignoque aditu inflammentur maxime, quo tum ipsos, tum ipsorum opera soles benevolus amplecti. equidem licet id mihi non arrogem, ut me in tantorum virorum numero collocare ausim, benignitatis tamen istius specimen nuper iam sensi luculentum, cum illustratam utcumque a me Sancti Ludovici historiam, dicatamque regi nostro christianismo, Tibique oblatam, excepisti amantissime. in quo ut profuerint multum et maiestas augusti quod praefert nominis, et argumenti nobilitas atque sanctimonia, plus tamen, mea sententia, profuit maxima viri illustrissimi Caroli Colbert fratris auctoritas, cuius commendatio tanto plus habuit apud Te ponderis, quanto Te et arctiori coniunctione sanguinis, et veriori prudentiae, ingenii, modestiae, virtutisque similitudine complectitur. quas quidem in eo dotes cum tota passim Gallia suspiciat, tum rex ipse adeo perspectas habet atque exploratas, ut amplissimis eas muneribus ornaverit: quorum omnium instar haec duo sunt, demandata nuperae pacis sanciendae cura, et solennis quam apud serenissimum magnae Britanniae regem nunc obit legatio. cui quidem utrique provinciae, quod non modo praefectus fuerit ab rege perspicacissimo rerum aestimatore, sed etiam satisfecerit undecunque summo principum plausu, et publica omnium gratulatione, vel inde coniicere licet quanta apud regem gratia, quanta apud exteros fama, quanta apud omnes existimatione floreat. ceterum qua in me passim usus est benevolentia, eadem quoque, vir illustrissime, adducor, ut sperem Te mihi nunc facilem ac benevolum affore. quod quidem haud aegre praestiteris, si has Tibi inscriptas qualescumque in historiam Comnenicam et in Paulum Silentiarium exercitationes benigno exceperis animo, et nominis Tui quasi auctoritate protexeris. hanc spem meam auget inprimis praeclara consiliorum Tuorum factorumque ratio, quae eo duntaxat ex communi omnium consensu pertinet, ut regni regisque nostri invictissimi gloriam amplitudinemque,

si tamen accessionem aliquam admittunt, quocunque modo amplifices. nam cum in hoc opere elaborando nihil aliud mihi propositum fuerit, quam ut egregia quaeque Gallorum facinora, ut suscepta olim incredibili animo, ita felicius toto Oriente, laudabiliusque perfecta, collocarem in meliori lumine, tum hoc pergratum Tibi, perque iucundum fore confido, ad commendandam quippe Galliae gloriam, cui uni inservis, omnino accommodatum.

PRAEFATIO
IN HISTORIAM
IOANNIS CINNAMI.

Cum propensus erga literas omnes artesque ingenuas amor, non decorus solum principibus viris, iisque quos ad hominum imperia magnasque res et arduas capessendas, seu virtus, seu natura genuit, sed etiam perutilis iure censeatur: tum is maxime qui versatur in hoc studio, quod in historiae et antiquitatis scientia situm est. ex ea quippe non superiorum modo notitiam aetatum, sed et certa civilis prudentiae petunt documenta, et alienis exemplis et casibus in suis vel communibus gerendis rebus nullo suo periculo cautiores evadunt. et vero historia magistra morum, et regula posteris est, ad quam vitam dirigere suam iubentur; et quaedam clara lux veritatis, quae sicubi aberrent, aut degenerent, pravitatem erroremque in obscuro esse non sinit. prae reliquis autem Constantinopolitanorum imperatorum annales frequenti rerum humanarum fortunaeque, quam in iis legere est, vicissitudine, quid tenendum vitandumque sit, attentis variorum eventuum aestimatoribus haud obscure demonstrant. huius porro Byzantinarum historiae rerum in eam ego partem studiose mihi, ac sane, ni fallor, utiliter incumbendum putavi, quae et videbatur a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta, et arctiori cognationis nexu cum Gallicis devincta atque coniuncta, lucis iisdem plurimum afferre posset. eos igitur commentariis et animadversionibus auctores illustrandos constitui, qui in id praecipue stylum contulerunt, ut eam literis consecrarent: ut appareat non frustra amplissimos viros, qui universam Byzantinam historiam typis regiis hactenus edendam curarunt, operam collocasse, quo non senescentem modo, sed exstinctam prope, scriptorum tam illustrium laudem et memoriam ab oblivione

hominum atque silentio vindicarent, qui permulta de nostris rebus, Gallorumque toto fere Oriente laudabiliter ac praeclare gestis, haud comperta memoriae prodiderunt. quae certe digna sunt, ut in iis commendandis immortalitati scriptorum omnium certet industria, cum acres saepe aculeos ad gloriam habuerint alienae, aut, ut verius dicam, cognatae virtutis monumenta; nec omnino ferendum sit, ut tot clarissimarum exempla virtutum in tanta tamque diuturna apud posteros obscuritate delitescant. scribere autem orsus sum ab expugnata captaque a Gallis, tum Venetis Constantinopoli, partim editis ad eam rem in Villharduinum, qui expeditionis huius, cuius et ipse pars magna exstitit, exordia descripsit, observationibus; partim etiam e probatis scriptoribus Graecis ac Latinis, tum veteribus quoque monumentis e regiis tabulariis, quae harum expeditionum consilia atque acta conservant, depromptis, totius historiae illius continuatione serieque contexta, quae et salebris impedita explicaret, ac obscurata paeneque obruta in lucem proferret. iam vero en ad novum aggredior opus scholiis notisque illustrandum, quod propter vel eventuum varietatem, vel rerum quas complectitur praestantiam, vel eorum qui id elucubrarunt illustrem dignitatis gradum, praecipuam quamdam apud eruditos gratiam meretur et commendationem. ea est historia Comnenica, seu imperatorum Constantinopolitanorum ex nobilissima Comnenorum familia, quae prae ceteris, quae huiusce imperii gubernacula tenuerunt, nostris potissimum innotuit, tum ob bella quae cum Francis ac Normannis gessit, tum propter varia cum iis pacis, atque adeo connubiorum et affinitatum inita foedera. gentis istius incunabula ac incrementa primus publicavit Nicephorus Bryennius Caesar, Annae Comnenae Porphyrogenitae Alexii Comneni imperatoris filiae coniux: vir non modo splendore natalium inclitus, ac magistratuum praerogativa, sed omni etiam disciplinarum genere quam excultissimus: in cuius quidem commentariis, quae ad priscos illos nostrates Normannos, qui in Oriente non modica bellicae virtutis edidere documenta, spectant, plurima occurrunt intermixta. historiam a coniuge Bryennio exaratam excerpsit et prosecuta est Anna Comnena Caesarissa, eamque in quindecim libros partita est, quibus Alexiadis appellationem

indidit, seu de rebus gestis Alexii Comneni imperatoris parentis sui, qui una cum Isaacio Comneno decessore Comnenorum potentiae viam aperuit; quos quidem acri profecto supra sexum iudicio ac singulari elegantia conscripsit. quippe, ut fidem faciunt scriptores eius aevi, literarum laude apprime floruit, ac cultu praesertim Atticae limataeque dictionis. Alexio autem imperante e Gallia Normanni in illius principatu, totoque Graecorum imperio, cum in Italia, atque adeo in Dalmatia, praeclaris patratis facinoribus plurimum inclaruerunt, tum vero potissimum Franci, cum iis Gotefrido duce in Palaestinam properantibus Alexius obstitit, qui non semel cum ingenti suorum strage repulsus est. rebus proinde ipsis, quas cum laude descripsit, et variis utrimque cum imperatore vafro initis foederibus interfuit, oculisque ipsis plerosque usurpavit ex inclitis illis ducibus ac belli fulminibus, quorum appulsu Oriens totus cohorruit. quin et singulorum notavit nomina, dignitatem generis et quae gerebant munera designavit. illustrissimorum hoc par coniugum eorumque annales e tenebris primus eruit et Romana civitate donavit Petrus Possinus Soc. Iesu Presbyter, vir utriusque linguae peritissimus et omni eruditionis genere instructissimus, qui, ut multa alia scriptorum monumenta, Georgii Pachymeris historiam a se luculenter illustratam, diuque ab eruditis exspectatam, hoc ipso tandem quo scribimus anno luce publica donavit. Alexiadem Annaeam excipit Ioannes Cinnamus imperatorius grammaticus, qui ab excessu Alexii Comneni imperatoris, Annae parentis, historiam suam exorsus, resque ab Ioanne imperatore, Alexii filio et Annae fratre, carptim et libro unico complexus, eas potissimum describendas suscepit, quae Manuële Comneno, Ioannis filio, imperante accidere, cum et iis interfuerit, ipsique Manuëli militarit, in omnibus quas ille obiit expeditionibus fidissimus comes. nemo porro ex tot principibus qui Constantinopoli imperarunt, in Latinos aeque propenso fuit animo, atque Manuël, cum et uxores Latini generis binas sibi adiunxerit et cum Latinis foedera plurima pepigerit et Conradum imperatorem Germanicum in castris primum, deinde Hadrianopoli; ac regem denique Franciae Ludovicum VII Constantinopoli exceperit magnifice, ipsiusque Ludovici filiam Agnetem Alexio filio in uxorem expetierit et

obtinuerit. et sane ea voluntatis et animi propensione fuisse Manuëlem in Latinos profitentur scriptores omnes, ut inde non semel subditarum sibi gentium invidiam ac odium conflarit. at cum Cinnami historia haud ita pridem ex mss. Codicibus eruta, nondum regiis typis ac Luparaeis ornamentis donata esset, hanc iis committere operae pretium visum est, ne quid hac in re ad historiae Comnenicae laudem deesset et commendationem. verum cum ea omnia quae sparsim de rebus potissimum nostratibus in hac nobilissimorum scriptorum triade interseruntur, ut dicam quod res est, non ita sint explicata, in medioque posita (quia de rebus exteris ἀκριβῶς et enucleate scribere oppido difficile est), ut a scriptoribus coaevis arcessito lumine non indigeant, eorum cum Bryennii Annaeque et Cinnami narrationibus comparationem institui, ut rerum quae describuntur veritas elucescat et eorum infirmetur fides, si quando socero gener, parenti filia et principi subditus, plusculum etiam quam concedit veritas, indulserint. quamquam nuda hac et simplici collatione minime contentus, difficiliores insuper magisque perplexos elegantis istius historiae Comnenicae nodos pro virili extricare studui, atque e tenebris eruere multa quae ad res Byzantinas spectant, non obvia cuivis et expedita. porro ut imperatorum ac principum, tum Graecorum, tum Latinorum et Turcorum, quorum passim in tota hac historia iniicitur mentio, familiae et stemmata facilius dignoscerentur, non gentis duntaxat Comnenicae, sed etiam Bryennianae, atque adeo Normannicorum Apuliae ducum et regum Siciliae et Turcicorum ac Iconiensium Sultanorum indices genealogicos praemittere consultum putavi; interim dum totum quod de familiis orientalibus digessi opus in publicum prodeat. iis denique adiungere visum est topographiam et descriptionem Constantinopoleos, aliquot annis antequam urbs in Turcorum potestatem concederet a Christophoro de Bondelmontibus Florentino exaratam, brevioribusque notis illustratam; ut et praeclarum Pauli Silentiarii de Sophiana aede poëma, quod in manus meas affecta paene huiusce operis editione pervenit, cum rem gratam facturum me eruditioribus arbitratus sim, si haec inedita historiae Byzantinae monumenta in publicum proferrem.

DE CINNAMO.

De Cinnamo huiusce historiae, quae elegantissimis et vere regiis typis nunc prodit, scriptore quaedam observaturus, ordiar a verbis Leonis Allatii, qui in diatriba de Symeonibus illius elogium perstrinxit. "Cinnamus", inquit vir eruditissimus, "nescio quo fato a quibusdam Sinnamus dicitur, reluctante apertissime Vaticano Codice, ex quo exempla cetera exscripta sunt. Cinnamorum familia ad haec usque tempora non contemnenda in Graecia agnoscitur, Sinnamorum nulla est, quae etiam si esset, cum illa historia Cinnamum praeferat auctorem, frustra operam ludunt, qui aliter proferunt, posterioris exscriptoris incuria decepti." certe Cinnamorum familiam in Italia pridem notam constat ex Martiale, apud quem occurrit nescio quis Cinnamus tonsor, eques Romanus effectus, nomine licet tacito notatus a Iuvenale Sat. 1, in quem ita lusit lib. 7 Epigr. 63:

qui tonsor fueras tota notissimus urbe,
et post haec dominae munere factus eques:
Sicanias urbes, Aetnaeaque regna petisti,
Cinname, cum fugeres tristia iura fori.
qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
quid facit infelix et fugitiva quies?
non rhetor, non grammaticus, ludive magister,
non cynicus, non tu stoicus esse potes:
vendere nec vocem Siculis plausumque theatris;
quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

exstat praeterea Romae vetus inscriptio, quae Cinnamorum familiam Italicam asserit, hisce concepta verbis: RELIQUIAE. CINNAMI. TI. CAESARIS. AUG. FAUSTIANI. sed et senescente Graecia sedem fixisse in Apulia docet Ioannis archiepiscopi Barensis diploma, quod descripsit Ferdinandus Ughellus in Episcopis Iuvenacensibus n. 1 exaratum: "quadragesimo anno imperii Constantini, simulque cum eo regnante Romano Porphy-

rogenito dilecto filio eius, serenissimis imperatoribus", proinde a. Chr. 951 in quo mentio habetur "Pandonis clerici, filii Cinnami imperialis spathae "(id est spatharii)" quondam, et iudicis Iuvenaciae." ex quibus perspicuum etiam fit Cinnamos sub imperatoribus Constantinopolitanis in Italia munia non contemnenda obiisse, unde postea Constantinopolim et in Thraciam concesserunt. quippe praeter Ioannem Cinnamum huiusce historiae scriptorem, qui Manuëli imperatori meruït, nonnullos alios Cinnamos memorat Ioannes Cantacuzenus lib. 3 cap. 26 89 95 et 97 quos iis, qui vulgo *Ἄρχοντες* indigitantur, florebantque sub Palaeologis, accenset, ut et Michaël Psellus hisce versibus ab Allatio laudatis:

τοῖς ἓν πνέουσι καὶ συνουσιωμένοις,
συγκλητικοῖς, ἄρχουσι τῆς ἐκκλησίας,
Βάρδαις, Προκοπίοις τε, Κιννάμοις πλέον etc.

ex Cinnamorum igitur nobili satis et antiqua gente ortus Ioannes Cinnamus vixit sub Manuële Comneno, cuius res gestas aliquot libris digessit, quemadmodum et Ioannis parentis. sed Ioannis vitam leviter unicoque libro perstrinxit, quod, ut ipse ait, eo imperante, ac nedum plane fatis functo, nondum ad maturam aetatem pervenisset. at Manuëlis historiam eo lubentius scribendam suscepit, quod et vixerit illius aetate, eique meruerit ab ipsa adolescentia, et plurimis in utramque continentem ab eo susceptis expeditionibus interfuerit; adeo ut neminem alium maiori cum fide et diligentia istud operis aggredi posse existimaret. huc accedebat quod literis non modo humanioribus, sed etiam divinis apprime esset instructus, proindeque historiae scribendae perquam idoneus. nam, ut Allatii de Cinnami scriptoris charactere iudicium appingam, "auctor est elegans si quis alius, formulis dicendi peregrinis saepius utitur, figuris ex sophistarum penu. periodi illi concisae, planae, nisi cum compositionis novitate asperantur et obscurantur. totum se, ut verbo extricem, ad Procopium componit. et mirum est inter tot alios posterioris saeculi scriptores tumultuarie in dicendo scribendoque delirantes, hunc tantum sapuisse." Cinnami vero in rebus theologicis eruditionem commendat Nicetas Choniates in Andronico Tyranno lib. 2 n. 5, cuius etiam specimen non unum in historia sua suppeditat, cum de iis dis-

serendi sese offert occasio. certe in isto opere, ut in enarrandis Graecorum gestis nimium sibi videtur indulsisse, dum ea longe maiora, quam erant, facit, ita in pontifices Romanos, imperatores Germanicos, atque adeo in Latinos omnes, ex innato Graecanicis ingeniis in illos odio, seu potius invidia, parum aequus, immo semper et acriter intemperans est. sed id, ut dixi, non Cinnamo duntaxat, sed ceteris etiam scriptoribus Graecis seu Byzantinis familiare est. militari studio operam dedisse Cinnamum, ex ipsiusmet scriptis arguitur. scribit enim lib. 1 cap. 1, se vixdum adolescentem una cum Manuële in utramque continentem profectum esse, initisque in iis bellis interfuisse: *ἐπεὶ καὶ οὔπω μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἵ τῶν εἰς ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν*; et lib. 5 cap. 18 ait se in Manuëlis comitatu fuisse, cum Zeugminum oppugnavit. denique Nicetas loco laudato testatur Ioannem Cinnamum, quem *Κινάμου Ἰωάννην* vocat, Andronico Tyranno militasse, cum ad Lopadium in Bithynia castra posuit. unde forte miretur aliquis, quod vir rebus bellicis, militarique officio tota vita sua impeditus, regii seu potius imperatorii grammatici munus obierit, quod idem fuit ac notarii seu secretarii. nam, ut auctor est Hieronymus Blanca in prologo ad Commentarios rerum Aragonensium, "ipsi notarii, ac privilegiorum huiusmodi scriptores, tum scribae regii, tum et quandoque grammatici regum appellari, Graeco nomine retento, consueverunt." atque hac notione *γραμματικοῦ* vocem usurpasse videtur Pachymeres lib. 1 cap. 19 lib. 3 cap. 11 et lib. 5 cap. 26. quae quidem appellatio notariis indita est, quod id muneris literatos potissimum viros spectaret: nam, ut ait Diomedes lib. 2 de arte grammat. "grammaticus latine literatus est appellatus." grammatici igitur imperatorii dignitas palatina fuit, etsi in catalogis officiorum aulae Constantinopolitanae nulla illius occurrat mentio. Cinnami historiam primus e Vaticanae bibliothecae Codice exscripsit Isaacus Vossius maioribusque distentus curis Cornelio Tollio Ultraiectensi tradidit Latio donandam proferendamque in lucem. hanc ille tandem emisit Traiectensibus typis anno 1652 cum levioribus aliquot notis, quae non tanti visae sunt, ut eas huic adiungerem editioni, cum nihil fere eorum quae ad historiae Cinnamicae illustrationem aut locorum

difficilium enodationem pertinent, contineant. sed et illius versionem tumultuaria quadam, ut ipsemet fatetur, opera exaratam recensere operae pretium duxi, cum multis in locis scriptoris mentem vix sit assecutus, in aliis paulo obscurior visus sit. qua quidem in elucubratione ita sum versatus, ut nihil laudandis interpretis conatibus detractum velim. cum vero Codex ms. Cinnami, qui servatur in bibliotheca Vaticana, in sex libros dividatur, in totidem historiam hanc, librosque in sectiones, aut capita sum partitus, cum in editione Tolliana in quatuor tantum libros divideretur, quorum ultimus sua mole tres alios ferme excedit. quippe in ms. Codice in tres pariter distinguitur, ut auctor est Allatius, qui praeterea principium septimi in eo legi, nec ultra, annotat. quod inde factum existimat, "quod ille Codex exscribebatur, cum Constantinopolis terra marique obsessa, tormentis bellicis a Mahumetanis oppugnabatur, ut exscriptor in margine annotaverat. dei postmodum iusto iudicio urbe hostibus tradita, exscriptio quoque illa post aliquot paginas finem habuit, vel expugnatione urbis, vel infortunio, utinam non caede exscriptoris interturbata." et sane post Manuëlis excessum historiam se concinnasse ipsemet testatur Cinnamus l. 1 c. 1, cum ait Manuëlem sua aetate defunctum, relicto filio impubere. hanc autem an absolverit et ad Manuëlis mortem necne perduxerit, etsi videtur probabile, non tamen omnino id constat, quamquam variis in locis, ac praesertim p. 150, ubi de Alexio Manuëlis filio quaedam a se dicenda et enarranda proponit, quae in Codice Vaticano non exstant. utcumque sit, libri epigraphe ita concipitur, ut vivo adhuc Manuële, ac nedum exstincto videatur apposita, cum Ἐπιτομὴν rerum ab Ioanne imp. nuper fatis functo gestarum et Manuëlis Ioannis filii historiam dicatur continere. nam si Manuël tum vivendi finem fecisset, cum historiam absolvit, aut illius titulum adscripsit Cinnamus, non tam Ioannem, quam Manuëlem μακαρίτην appellasset; solent enim Graeci viros potissimum illustres, qui haud ita pridem decesserunt, τῶν μακαριτῶν appellatione donare, ut ex Synesio et aliis constat: quemadmodum feminas nobiliores τῶν μακαριτίδων; quam ultimam vocem usurpant idem Synesius epistola 44 et Pachymeres l. 4 c. 23.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Ζ.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΩΝ ΤΩι ΜΑΚΑΡΙΤΗι ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩι ΚΥΡΙΩι ΙΩΑΝΝΗι ΤΩι ΚΟΜΝΗΝΩι. ΚΑΙ ΑΦΗΓΗΣΙΣ ΤΩΝ ΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝ ΤΩι ΑΟΙΔΙΜΩι ΥΙΩι ΑΥΤΟΥ ΤΩι ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩι ΚΥΡΩι ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΩι ΚΟΜΝΗΝΩι ΠΟΝΗΘΕΙΣΑ ΙΩΑΝΝΗι ΒΑΣΙΛΙΚΩι ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩι ΤΩι ΚΙΝΝΑΜΩι.

EPITOME RERUM PRAECLARE GESTARUM A DIVAE MEMORIAE ET PORPHYROGENITO DOMINO IOANNE COMNENO. ET NARRATIO RERUM QUAE GESTAE SUNT AB INCLYTO IPSIUS FILIO IMPERATORE ET PORPHYROGENITO DOMINO MANUELE COMNENO CONSCRIPTA A IOANNE IMPERATORIO GRAMMATICO CINNAMO.

Β Ι Β Λ Ι Ο Ν Α.

1. *Οὐδὲ τὸ τῆς ἱστορίας ἔργον ἀφιλότιμον τοῖς πάλαι ἐνομίσθη* P 1
σοφοῖς. πλείστους μὲν οὖν αὐτῶν καὶ ἐντεῦθεν εὐδοκιμηκέναι V 1
ξυνέβη. ὁ μὲν γὰρ τὰ Ἑλλήνων εἰς ἱστορίαν ἔλαβεν ἔργα, ὁ δὲ Κύρου διεξῆλθεν ἀγωγήν τε τὴν ἐκ παίδων καὶ πράξεις, ὅσαι εἰς

L I B E R I.

1. Historiam scribere gloriosum iampridem visum est sapientibus, quorum plurimos contigit non mediocrem inde famam laudemque consequi. hic enim exarandae Graecorum historiae dedit operam: ille Cyri a puero institutionem resquè ab illo iam viro praeclare gestas enarrandas suscepit, et

ἄνδρας ἥκοντι τούτῳ ἐξεπονήθησαν· καὶ καθάπερ ὁπόσα τῷ χρόνῳ φανέντα εἰσαῦθις ἐπικρυβήσεσθαι κίνδυνον εἶχον, ταῦτα ἐκεῖνοι καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις ταῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι τῷ ἑξῆς παρέδοσαν βίῳ. τὸ μὲν δὴ ἔργον τοιοῦτον. χρὴ γὰρ οἶμαι τούς γε μὴ πάνυ ἀναξίως τούτῳ ἐπιχειρήσοντας εἰδήσεώς τε τῆς περὶ ἕκαστα εὖ ἥκειν καὶ πραγμάτων ὡς ἐπίπαν ἀφεστάναι ὅσα βίῳ
P 2 τῷδε συνέζευκται διηνεκές· ὧν οὐδέτερον ὅπως οἶμαι χρεὼν ἡμῖν πάρεστιν. οὐκοῦν οὐδὲ διὰ τοῦτο παντάπασιν ἔργα σιγητέον, ἃ τῷ ἡμετέρῳ δήπου συνέπεσεν αἰῶνι, ἐπιμελητέον δ' ὅπως μὴ καὶ τῆς ἐνούσης ἄρα εὐκαιρίας κατόπιν ἡμῖν ἐλθεῖν γένοιτο. γένοιτο δ' ἄν, εἰ τῶν ἄλλων καθάπαξ ἁπάντων καὶ ὅσα ἐς τὸν κοινὸν ἥκει τῶν ἀνθρώπων βίον τὴν ἀφήγησιν ὑπερβάντες δυεῖν ἔργα παραστησόμεθα βασιλέοιν, ὧν ὁ μὲν ἔφθη πρὸ τῆς εἰς τὸν βίον ἡμῶν προόδου τὸ ζῆν ἀπολιπών, ἅτερος δὲ ἤκμασέ τε ἐφ' ἡμῶν καὶ ἀπῄει τοῦ βίου τὴν βασιλείαν ἀνήβῳ λιπὼν τῷ παιδί. Ἰωάννης οὗτοι καὶ Μανουὴλ οἱ Κομνηνοί. ὅπως μὲν γὰρ εἶχεν ἐξ
B οὗπερ ἄμφω ἐγενέσθην (ὁ μὲν ἐς πατέρα, ὁ δὲ ἐς πάππον αὐτὸν
V 2 ἀναφέρων τὴν βασίλειον ἀνεζώσατο ἀρχήν), καὶ ὡς τὰ κοινὰ Ῥωμαίων διῴκησε πράγματα, ἱκανῶς οἶμαι διηγηθέντα ἐπὶ τῶν τὰ ἐκείνου ἀναγραψαμένων οὐ χρὴ καὶ πάλιν ἀναλαμβάνοντας ἐκτιθέναι, ἀλλ' οὐδὲ ὅπως ἐκεῖνος Νικηφόρῳ ἐπανέστη τῷ τηνικάδε τὴν

1. καθάπερ ὁπόσα] Fort. καθάπαξ ὁπόσα. 3. ταῖς βίβλοις] Cod. τοῖς βίβλοις. 4. χρὴ γὰρ] Fort. χρὴ δέ. 10. εὐκαιρίας] Cod. ἀκαιρίας. Correxit Bekker. 17. ὁ μὲν] Fort. ὧν ὁ μὲν vel ὁ μὲν γάρ. 19. ἐπὶ τῶν] Fort. ὑπὸ τῶν. 20. ἀναλαμβάνοντας] Cod. ἀναλαμβάνοντες.

ubi periculum erat, ne quae longo ante tempore facta erant rursum oblivione delerentur, ea libris tamquam perennibus insculpta columnis, posteritati commendarunt. ac tale quidem consilium est historiarum scriptoribus. oportere autem arbitror, ut qui aliqua cum laude hoc in studio versari velit, et scientia rerum, quae eo pertinent, singularum instructus, et variis quae huic vitae perpetuo adhaerescunt curis ac negotiis solutus, ad id accedat; quorum neutrum nobis quantum opus est suppetit. neque propterea silentio praetereunda videntur quae nostro acciderunt seculo: imo curandum ut oblata nobis occasione utcunque fieri potest utamur. id autem ita confici omnino poterit, si ceterarum rerum maxime, quae in communi hac mortalium vita frequentius eveniunt, omissa narratione, quae a duobus gesta sunt imperatoribus describamus, quorum alter nobis necdum natis decesserat, alter nostra aetate et floruit et extinctus est; filio adhuc impubere imperii haerede relicto. fuerunt illi Ioannes et Manuël, ex Comnenorum familia. quid autem egerit is a quo uterque prognati sunt, quorum ille patri, ille avo acceptam referebat imperii successionem, utque rem Romanam administraverit, satis superque enarratum esse ab iis arbitror, qui rerum ab illo gestarum historiam literis consignarunt, ut supervacaneum sit earum memoriam

βασιλείαν διέποντι, ἀνδρὶ πόρρω τῆς ἡλικίας ἥκοντι καὶ ἐπὶ δυσμαῖς βίου γεγονότι. πάντα γὰρ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἤδη, καθάπερ ἔφην, δεδιήγηνται τοῖς γε μὴ πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ συγγεγραφόσιν. εἰρήσεται δέ μοι τὰ μὲν τοῦ Ἰωάννου κατ' ἐπιτομὴν καὶ ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ὅτι μηδ' ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον, ὅπερ ἤδη C ἔφην, γέγονα χρόνοις. τά γε μὴν τοῦ μετ' ἐκεῖνον Μανουὴλ οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορῆσαι ἔχει, ἐπεὶ καὶ οὔπω μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν. ἡ μὲν οὖν πρόθεσις αὕτη, καιρὸς δ' ἂν εἴη λοιπὸν εἰς ἀρχὴν τὸν λόγον ἀναγαγόντας ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας ἀπάρξασθαι.

2. Ἀλεξίου τὸν βίον καταλύσαντος, Ἰωάννης καὶ πρότερον πρὸς τοῦ πατρὸς αὐτῷ μνηστευθεῖσαν τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, ἐφ' ὅσον τε ὁ καιρὸς ἐπεμέτρει τοῖς πολιτικοῖς ἑαυτὸν ἐπιδοὺς πράγμασιν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐξώρμησεν. ἔστι δέ τις ἄγχιστα Λύκου καὶ Κάπρου τῶν Φρυγίων ποταμῶν κειμένη πόλις ὄνομα D Λαοδίκη. ταύτην δὲ χρόνῳ τινὶ πρότερον Πέρσαις ἁλοῦσαν τῇ Ῥωμαίων ἀνασώσασθαι ὁ βασιλεὺς διανοηθείς, ἀξιόλογον ἐπ' αὐτῇ στρατείαν ἤλασεν. ἐπειδή τε πόλεως ἀγχοῦ Φιλαδελφείας ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτῇ που χάρακα περιβαλὼν ἐστρατοπεδεύετο, τῶν δέ τινα εὐνουστάτων αὐτῷ Ἰωάννης ἐς Πέρσας τὸ γένος ἀναφέροντα ἅμα στρατεύματι τῆς πόλεως ἀποπειρασόμενον ἔπεμψε. δεῆσαν δὲ ὀλίγῳ ὕστερον πανστρατὶ καὶ αὐτὸς ἐπιστὰς αὐτοβοεὶ

13. πρὸς] Cod. πρό. 17. *Λαοδίκη*] Malim *Λαοδίκεια*, qua forma constanter utuntur huius aetatis scriptores, et ipse Cinnamus infra p. 115. d. et 175. a.

revocare: ut et quemadmodum in Nicephorum ea tempestate imperantem, adeoque iam aetate confectum rebellarit: omnia enim, ut iam praemonui, accurate ab iis pertractata sunt, qui ab omni odio et simultate in scribendo alieni fuerunt. Ioannis quidem res gestas breviter et summatim attingam, cum illius aetate, quod supra innui, non vixerim. at Manuëlis, qui Ioannem excepit, historiam haud scio an quisquam veraciori stilo persequi valeat, quippe qui vixdum adolescens susceptis ab eo plurimis in utramque continentem expeditionibus interfuerim. haec igitur praefari operae pretium fuit: res vero postulat ut ad propositam inde narrationem aggrediar.

2. Alexio vita functo, destinatum iam ante sibi a patre imperium Ioannes suscepit. rebus ille urbanis quantum licebat compositis, in Asiam transiit. proxime autem Lycum, Caprumque, Phrygiae fluvios, est civitas nomine Laodicea, quam a Persis antea captam Romano rursum asserere imperio constituens imperator, idoneum exercitum eo transmisit. cumque haud procul abesset Philadelphia, castra illic posuit valloque urbem circumdedit. misso deinde quodam ex intimis, natione Persa, cum copiis, qui obsidionem aggrederetur, ipse mox cum universo subsecutus exercitu, urbem primo im-

ταύτην εἷλεν. ἔνθα βαρβάρων τε ἄλλων πολὺν τετύχηκεν ὅμιλον
εἶναι καὶ τῶν ἐν σφίσιν ἐπιφανεστέρων οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακο-
P 3 σίων, ἐν οἷς καὶ Πιχαρᾶς ἦν πολέμων ὡς ἄγαν πολλῶν ἔμπειρος.
τότε μὲν οὖν φρουρὰν ἀποχρῶσαν τῇ πόλει καταλιπὼν τῶν ἐπιτη-
δείων τε διαρκῶς ἐμπλησάμενος ἐς Βυζάντιον ἐπανέζευξε. χρόνῳ
δὲ ὕστερον Σωζόπολιν ἐπιστρατεύσας πόνῳ οὐδενὶ καὶ ταύτην ὑπὸ
Ῥωμαίοις ἔθετο. τὸ δὲ ὅπως αὐτὰ καὶ δή μοι λελέξεται. Σωζό-
πολις αὕτη πόλις μέν ἐστι τῶν ἐν Ἀσίᾳ πάλαι ἐπισήμων, ἐφ᾽ ὑψη-
λοῦ δέ τινος καὶ ἀποκρήμνου ἱδρυμένη χωρίου τῷ μὲν ἄλλῳ ταύ-
της μέρει πανταχόθεν ἄβατος γίνεται, μίαν δέ τινα κομιδῇ στε-
νωτάτην παρέχεται εἴσοδον, ἐφ᾽ ἣν οὔτε μηχανὴν ἄν τις ἑλκύσαι
δυνήσεται οὔτε τι τῶν εἰς τειχομαχίαν εὐτρεπίσασθαι· καὶ ἀνθρώ-
B ποις γὰρ ὅτι μὴ κατ᾽ ὀλίγους πορευομένοις μόλις ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσ-
ηγητὰ γίνεται. ἡ μὲν δὴ πόλις οὕτως εἴληχε θέσεως. βασιλεῖ
δὲ Ἰωάννῃ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέγνωστο τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως, ἔπειτα
ἔννοιά τις ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἣ τήν τε πόλιν Ῥωμαίοις οὐ σὺν πόνῳ
παρεστήσατο καὶ αὐτὸν μέγα κλέος ἐς ἀνθρώπους πάντας περιβα-
λέσθαι πεποίηκεν. ἥτις δὲ αὕτη δηλώσω. δύο δὴ δορυφόρων
προσκαλεσάμενος τῶν αὐτοῦ, ὧν ὁ μὲν Πακτιάριος, ἅτερος δὲ
Δεκανὸς ἐπεκέκληντο, ἐκέλευεν ἅμα τῷ ἀμφ᾽ αὐτοὺς στρατεύματι
εὐθὺ τῶν τῆς πόλεως ἰόντας πυλῶν ἀκροβολίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐν
τῷ τείχει, ἐπεξιόντων δὲ αὐτῶν φεύγειν μηδὲν αἰσχυνομένους ἕως
C ἐπὶ πλεῖστον ἐκπεσόντες εἰς δίωξιν τὸ στενὸν ἀπολίποιεν, τὸ δὲ

7. **αὐτὰ καὶ] Fort. αὐτίκα.** **20. ἐπεκέκληντο] Fort. ἐπεκέκλητο.**

petu expugnavit. hic non modica barbarorum inventa multitudo, quos inter extitere ex illustrioribus octingenti ut minimum, atque in iis Picharas, militari scientia insignis. relicto itaque ad continendam urbem valido praesidio, rebusque necessariis prout decebat procuratis, Byzantium rediit. tum versa ad Sozopolim acie, urbem labore nullo Romanis subiecit. quomodo autem id factum sit, nobis promendum. Sozopolis, et ipsa inter civitates Asiae quondam praecipuas, excelso praeruptoque sita loco, ceteris quidem locis praeclusa undique et impervia, unicum duntaxat, sed angustum admodum praebet aditum, per quem aut machina duci, aut quicquam eorum, quae ad murorum oppugnationem pertinent, apparari nequaquam potest, cum hominibus raro agmine incedentibus vix pateat. eiusmodi fuit urbis situs. ac primum quidem Ioannes illius capiendae spem abiecit. mox subiit cogitatio, quae et Romanis urbem nullo negotio asseruit et imperatori apud omnes homines gloriam non mediocrem peperit. qua vero ratione id contigerit, paucis perstringam. accersitis duobus ad se satellitibus, quorum alteri Pactiario nomen alteri Decano erat, iussit ut confestim portis urbis cum copiarum parte subeuntes levi eos velitatione, qui in moenibus stabant, provocarent: quodsi egrederentur, terga verterent nullo pudore, donec longius ad per-

ἀπὸ τοῦδε ἀγχιστρόφῳ ἐπελάσει τῇ τῶν πυλῶν προτερήσαντας δια-
κληροῦσθαι χώραν. οἱ μὲν οὖν ἀπῄεσαν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν· οἱ V 3
δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ προσιόντας αὐτοὺς εἶδον, τὰς πύλας εὐθὺς
ἀνακλίναντες ὡς εἶχον τάχους ἐξέθεον ἐπ' αὐτούς. τῶν δὲ νῶτα
δόντων αὐτοῖς ξυνέβαινε τὴν δίωξιν ἐπὶ πολὺ γίνεσθαι. ἅτερος
τοίνυν τοῖν εἰρημένοιν αὐτίκα ὀπίσω ἐχώρει, καὶ Ῥωμαίων αὐτῷ
πλεῖστοι εἵποντο. ἐπειδή τε πρὸς ταῖς πύλαις ἐγένοντο, τῶν ἵπ-
πων ἀποβάντες αὐτοῦ ἵσταντο· ἑξῆς δὲ καὶ τὸ ἄλλο Ῥωμαίων
στράτευμα τῶν πραττομένων αἰσθόμενοι δρόμῳ πολλῷ ἐχώρουν,
καὶ οἱ πολέμιοι ἐν μέσῳ λοιπὸν ἐναπειλημμένοι ἄλλος ἀλλαχῇ κατὰ D
τῆς προκειμένης ἐθέοντο πεδιάδος, ἥ τε πόλις ἡλίσκετο.

3. Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν μεταβὰς Ἱερακορυφίτην τε εἷλε
τὸ φρούριον καὶ πλείστων ἄλλων ἃ τῇδε ἵδρυται τῇ Ἀττάλου ἐπὶ
πλεῖστον ἀγχιθυροῦντα, οὕτω τε λοιπὸν ἐς Βυζάντιον ἀνακομίζε-
ται. οὗ δὴ ἐπ' ὀλίγον διατρίψας ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν ἐχώρει.
Σκύθαι γὰρ πανστρατὶ τὸν Ἴστρον διαβάντες εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσ-
έβαλον ὅρια. ἀλλὰ τότε μὲν χειμῶνος ἐπιλαβομένου ἐνταῦθά που
περὶ πόλιν Βερόην διεχείμαζε, τὸ μὲν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρ-
τύων, τὸ δὲ πλέον ἤθελε τῶν ἐν σφίσι φυλάρχων τινὰς ἑταιρί- P 4
σασθαι, ὡς ἂν οὕτω τοὺς ἄλλους χωρὶς ἀπολαβὼν οὐ σὺν πόνῳ
καταγωνίσηται. ἔαρος δὲ πολλοὺς ἤδη διὰ πρεσβειῶν αὐτῷ προσ-
χωρῆσαι ἀναπείσας ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἐχώρει, πολέμῳ κρῖναι θέ-

11. ἐθέοντο] Fort. ἐχέοντο. 13. πλείστων ἄλλων] Fort. πλεῖστα ἄλλα. nisi forte excidit ἐκράτησε vel περιγέγονε vel simile verbum.

sequendos ipsos effusi hostes excessissent locorum angustiis; tum repente conversis inde ad portam equis locum caperent. profectos itaque quasi ad urbem oppugnandam iamque advenientes simul atque conspexerunt barbari, reseratis e vestigio portis, quanta poterant celeritate in illos irrupere. Romanis terga dantibus longiusque illis persequentibus, alter eorum, quos dixi, statim retro cessit, et cum eo non modica Romanorum multitudo. cumque iam portis proximi essent, ex equis desiliunt ibique consistunt. mox ceteri e Romanorum copiis, intellecto quid ab sociis gereretur, retractis equis citatum impetum in hostes fecerunt, qui ab ipsis interclusi, alii alio per circumiacentes campos fugerunt, hacque ratione urbs expugnatur.

3. Digressus inde imperator Hieracoryphiten castrum sic dictum aliaque complura quae Attaliae finitima sunt cepit, posteaque Byzantium reversus est. pauco deinde elapso tempore in Macedoniam movit. nam Scythae ingentibus copiis Istrum transgressi in fines irruperant Romanorum. verum quod hiems tum erat, circa Beroem civitatem in hibernis militem collocavit, cunctisque interim ad bellum instructis, quosdam ex illorum phylarchis sibi conciliare maxime annixus est, ut ceteros ab his divisos tanto facilius debellaret. sub vernum tempus, cum ex iis complures legationibus subinde submissis ad suas allexisset partes, in ceteros profectus est, rerum-

λων τὰ πράγματα. συρραγέντων τοίνυν ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων, μέχρι μέν τινος ἰσοτάλαντος ἡ μάχη ἐγίνετο, ὅτε καὶ αὐτὸς βασιλεὺς βέλει τὸν πόδα ἐπλήγη· τῶν δὲ Ῥωμαίων εὐθύμως ἀγωνιζομένων ἡττῶνται κατὰ κράτος οἱ Σκύθαι, καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ζωγρείᾳ ἑάλωσαν. μοῖρα δέ τις οὐκ ἀγενὴς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐπανιοῦσα οὐκέτι φεύγειν ἠξίου, ἀλλ' αὐτοῦ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις τοῖς αὐτῶν τὸν κίνδυνον ὑποστῆναι εἵλοντο προπονούμενοι τῶν ἁμαξῶν, ἃς βοείοις ἄνωθεν βύρσαις περιλαβόντες B ἐς τὸ ἀκριβές τε ἁρμοσάμενοι ἐπ' αὐτῶν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἐνέθεσαν. αὖθις οὖν μάχη συνίσταται καρτερὰ καὶ φόνος ἀμφοτέρωθεν γίνεται. Σκύθαι γὰρ ὥσπερ ἐπιτειχίσματι ταῖς ἁμάξαις χρησάμενοι μεγάλα Ῥωμαίοις ἐλύπουν. ὁ βασιλεὺς ἐννοησάμενος ἤθελε μὲν αὐτὸς τοῦ ἵππου ἀποβὰς πεζῇ σὺν τοῖς στρατιώταις τὸν ἀγῶνα διαθλῆσαι. Ῥωμαίων δὲ οὐδαμῇ ἐπαινούντων ἐκέλευε τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πελεκυφόροις (ἔθνος δέ ἐστι τοῦτο Βρεταννικὸν βασιλεῦσι Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν) πελέκεσιν ἐπιστάντας διακόπτειν αὐτάς. τῶν δὲ αὐτίκα ἔργου ἐχομένων, οὕτω δὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σκυθῶν στρατοπέδου ἐγκρατὴς βασιλεὺς γίνεται. ὅτε καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο, οἱ πλείους C τῷ φίλτρῳ τῶν ἑαλωκότων αὐτόμολοι βασιλεῖ γεγονότες, εἰς ἤθη τε τὰ Ῥωμαίων ἀπήχθησαν καὶ στρατιωτικοῖς ἐγγραφέντες καταλόγοις ἐπὶ μακρὸν διετέλεσαν.

12. Ῥωμαίοις ἐλύπουν] Ne Ῥωμαίους malis vide p. 48. a. 14. διαθλῆσαι] Cod. διαθλῆναι. 17. ἔργου ἐχομένων] Cod. ἔργον ἐχομένων.

sed et conspecta est ex alto lucerna, visusque divinus adolescens, compescens tumultum et perturbatum illorum animum. ita res fuit. imperator vero cum se in extremis esse videret, accersitis magnatibus, ducibus, virisque praecipuis, hanc ad illos orationem habuit: „non ignoratis, viri Romani quotquot hic adestis, complures, atque adeo qui apud nos retro imperarunt, principes, ad liberos imperium paternam veluti haereditatem transmisisse. utque ego principatum hunc a parente imperatore in me translatum accepi, ita nemo vestrum facturum me aliter opinatur. idcirco fortassis existimatis me quoque in extremo vitae constitutum discrimine duorum superstitum filiorum maiori, prout apud ceteros homines fieri consuevit, imperium concessurum. verum tanta est apud me vestri cura, ut si neutri eorum deberetur ex merito virtutis, lecturus ultro alium fuerim, qui et meo et vestro iudicio eiusmodi dignitati idoneus probaretur. neque enim gloriosum esse arbitror seu danti seu accipienti, si quis navem, quam gubernandam ab alio susceperit, prae inscitia undis submergat, atque adeo ipse cum dono pereat et infelicis muneris datori haudquaquam gratiam habeat. nam prudentis non est imperito quidquam demandare, imo mera insania. eo me erga vos affectum esse animo, vel inde vobis constabit, cum si opus fuerit

προάγει. ἀλλ' ἡ γνώμη τὸ πρεσβεῖον ἀποσεισαμένη τὸ βέλτιον D *ἰχνηλατεῖ καὶ πείθει ἀρετὴν ἀρετῇ παραβάλλοντα. δυσχερὲς δὴ τοῦτο τῶν ἁπάντων ἀγώνισμα τὴν κρείττω πειρᾶσθαι λαβεῖν. ἐπεὶ καὶ χρὴ τῷ βελτίστῳ προσνεῖμαι τὸ βέλτιον (βασιλείας δὲ τί ἂν τις θεῖτο σεμνότερον ἕτερον;) βουλοίμην μεντἂν, ἄνδρες συστρατιῶται, τῷ χρόνου πρεσβείῳ καὶ τὸ ἐξ ἀρετῆς μᾶλλον προσεῖναι ἐντελές. ἀλλ' ἥ γε ψῆφος ἐπὶ τὸν τελευταῖον ὁρᾷ, καὶ ὁ βασιλείας κανὼν τῷ ἐσχάτῳ μᾶλλον προσφύεται. καὶ οὐ δήπου ὀφθαλμίαν ἐμοὶ τὴν ἐξ εὐνοίας δεδιέναι ἔπεισι. παῖδε γὰρ ἄμφω καὶ φίλω πάντως ἀπὸ ταὐτοῦ, καὶ τοῦτό γε τὸ μέρος οὐδὲν ἅτερος προήκει.* P 15 *ψῆφον μὲν δὴ τὴν ἐπ' ἀμφοῖν ἐμοὶ καὶ μᾶλλον* V 12 *διὰ ταῦτα ἤπερ ὑμῖν πιστευτέον αὐτοῖς. ἐκεῖνο δὲ κοινῇ καὶ μάλιστα περιεργαστέον, λέγω δὲ μή ποτε ἀδελφοῦ μὲν κρατιστεύειν δήπου τὸν παῖδα ξυμβαίνῃ, ἐς δὲ τὸν θρόνον παραβαλλόμενος ἥσσων ἐλέγχηται. ἐμαυτῷ γὰρ οὐκέτι καὶ τοῦτο θαρρῶ, δεινῶς μονωθεῖσαν ὑπειδομένῳ τὴν εὔνοιαν· ἱκανὴ γὰρ μάλιστα ψῆφον δεκάσαι πηνίκα μὴ παρὰ ἴσης ἐκκρούοιτο. βούλεσθε τοίνυν αὐτοὶ μὲν ὑμῖν τῶν αὐτοῦ καταλέγοιμι, ἐπιψηφιεῖσθαι δ' αὐτοί; ἰσχύος μὲν δὴ καὶ ῥώμης καὶ τοῦ ἐς τὰ πολέμια θάρσους ὁπόσον* B *αὐτῷ μέτεστι, παντί που δῆλόν ἐστι. καὶ μαρτυρεῖ μοι τὰ Νεοκαισαρέων τοῖς λόγοις, ἔνθα ἐπιδήλως ἐς γόνυ τὰ Ῥωμαίων κάμψαντα ὑπὸ δὴ τούτῳ ἀνωρθωκότα περισωθείη. ἃ δὲ προσμαρ-*

3. *τὴν κρείττω*] *τὰ κρείττω?* 4. *βέλτιον*] Malim *βέλτιστον.*
11. *τὴν*] Cod. *τοῖν.* 17. *αὐτοὶ μὲν*] Malim *αὐτὸς μέν.*

vel postposito naturae ordine utilitati vestrae consulam. filii mihi sunt duo, uterque probis moribus, quorum alter aetate prior. sed temporis praerogativam mens mea respuit, quaerit quod optimum est, suadetque ut virtus cum virtute conferatur. ardua sane et prae ceteris difficilis contentio potiorem sententiam investigare. cum igitur quod melius est optimo debeatur, imperioque nihil quidquam videatur excellentius: optarem quidem, commilitones, adesset cumulata virtus cum aetatis praerogativa. sed haec minorem spectant, et in illum propendet calculus, qui genuina prae se fert imperandi symbola: quo in iudicio nulla me affectum protestor invidentia vel amore immoderatiori. uterque enim filii, uno caritatis gradu dilecti, proindeque nec alter alteri praeferendus. quamobrem suffragium mihi potius super iis, quam vobis ipsis concredendum videtur. id vero communi consilio studiose diligenterque explorare convenit, ne si seniori praeferatur minor, tamen ad imperium capessendum, si cum fratre comparetur, hoc minus deprehendatur idoneus. neque enim tantum mihi soli fido, cum nescio quam verear singularem propensionem, quae ut plurimum recta pervertit consilia, nisi a pari altera reprimatur. vultis igitur vobis commemorem quae illi insunt animi et corporis dotes, ut inde decernatis. quanta sit illius fortitudo, et in rebus bellicis audacia omnibus sat est compertum. testantur haec gesta ad Neocaesaream, ubi inclinatas penitus Romanorum res suapte manu erexit et ser-

τυρεῖν αὐτῷ μόνου ἂν εἴη τοῦ πατρός, ἀκούσατε δή. πολλὰ πολλάκις ἐν οὐ μετρίαις ἐμοὶ πονουμένῳ πραγμάτων δυσκολίαις οὗτος τῶν ἄλλων ἀπειρηκότων μέγας ἐν βουλαῖς ὤφθη, ἱκανὸς μὲν χειμῶνα προϊδέσθαι γινόμενον, δεξιὸς δὲ ζάλην ἀποκλῖναι καὶ βίαις πνευμάτων ἀντισχεῖν. ὃ δ' ἂν πρὸ τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτῷ
C σκοπεῖν δίκαιοι ἂν εἴημεν, βραβεῖα θεοῦ ἐπὶ τὸν μείρακα δὴ πίπτει. σκοπεῖτε δ' ὅπως· ἐμοὶ μὲν Ἀλέξιος ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐκλήθη, καὶ ἡ γνώμη χρόνοις τισὶν ἀποδέδεικτο πρότερον. θεὸς δὲ καὶ πρώην ἐμοὶ τὸν ἐφ' ὃν ἀναπέπαυτο προδεικνὺς τελευταῖον δὴ καὶ ἐκ μέσου μοι τὸν νεανίαν ἐκεῖνον πεποίηται. εἶπον ἂν ὑμῖν καὶ τῶν ξυμβόλων τινὰ ἃ τύχην τὴν παροῦσαν αὐτῷ προὔφαινεν, εἴγε μὴ λόγον ἄλλως αὐτὰ νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ἠπιστάμην· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐς διαβολὴν ῥᾴδιον ἀνθρώποις ὡς ὀνείρων φάσεις καὶ μελλόντων ὀμφαὶ γίνεται. ἃ μὲν οὖν αὐτὸς παιδὶ τῷμῷ ξυνειδέναι εἶχον, καὶ δή μοι εἴρηται. ὑμέτερον δ' ἂν εἴη τὴν γνώμην ἐπι-
D θεῖναι λοιπὸν τὴν ἑαυτῶν". βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα εἶπεν, οἱ δὲ σὺν ἡδονῇ τε καὶ δάκρυσιν ἐπένευον. ὁ δὲ παῖς (ἦν γὰρ φιλοπάτωρ εἴπερ τις ἄλλος) καὶ φύσεως θεσμοὺς εὐλαβούμενος κάτω νενευκὼς καὶ ἐπὶ στέρνα τὴν κεφαλὴν ῥίπτων δάκρυσι τὸ δάπεδον ἔπλυνε. τὴν χλαμύδα δ' ὅμως περιδυθεὶς καὶ ταινιωθεὶς τῷ διαδήματι βασιλεὺς ὑπὸ παντὸς ἀνηγόρευτο τοῦ στρατεύματος. βασιλεὺς δὲ Ἰωάννης ὀλίγαις τὸ ἐντεῦθεν ἐπιβιοὺς ἡμέραις πρὸς τὴν

1. πατρός, ἀκούσατε δή. πολλὰ πολλάκις] Cod. πατρός. ἀκούσατε δὲ πολλὰ πολλάκις. Post πολλὰ fort. γὰρ inserendum.

vavit. quae vero nemo praeter unum parentem attestari potest, ea iam quaeso audite. non semel enim mihi haud levibus rerum difficultatibus involuto, cum ceteri animos desponderent, optima ille subministravit consilia, in praevidendis tempestatibus prudens, in declinandis vitandisque procellis industrius. quod vero prae ceteris considerare par est, deus ipse impense favet iuveni. nam Alexium quidem ad imperii fastigium evehendum decreveram, meumque iam ab aliquot annis hac de re prodideram consilium. sed enim deus quem imperio dignum praeviderat constituens, rebus tandem humanis iuvenem exemit. quaedam praeterea vobis referrem portenta, quae praesentem illi fortunam pollicita sunt: nisi talia meras nugas ab imperita multitudine haberi scirem: nihil enim aliorum obtrectationibus magis expositum est quam somniorum species et ostenta futurorum. huiusmodi sunt quae de filio meo et comperta et dicenda habui: restat ut haec calculo vestro comprobetis." postquam imperator finem loquendi fecit, gratantes illi nec sine lacrymis assensum praebuere. Manuël vero, qui singulari prae ceteris in parentem amore flagrabat, naturae leges reveritus, demissis oculis, pronoque in pectus capite, profusis lacrymis pavimentum rigavit. chlamydem tamen indutus, sumptoque diademate ab universo exercitu imperator

ἐκεῖθεν λῆξιν μεθίστατο, ἐφ' ὅλοις πέντε καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοῖς καὶ μησὶν ἑπτὰ Ῥωμαίων ἄρξας, ὀγδόην ἄγοντος μηνὸς ὃν Ἕλληνες μὲν Ξανθικόν, Ἀπρίλλιον δὲ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.

proclamatur. Ioannes vero paucis post diebus moritur, cum totos viginti quinque annos, mensesque septem Romanis imperasset, octavo die mensis, quem Xanthicum Graeci, Romani Aprilem vocant.

ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

1. *Τὰ μὲν δὴ βασιλέως Ἰωάννου ἐνταῦθά μοι πέρας ἐχέτω.* P 16 V 13
βασιλεὺς δὲ Μανουὴλ τῶν σκήπτρων ἤδη ἐπιλαβόμενος, μειράκιον ἔτι, πρώτως ἄρτι γενειάζων, οὔτε ξυνεταράχθη πρὸς τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς οὔτε τι ἀγεννὲς ἔπαθεν. Ἰσαακίου γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν Βυζαντίῳ διατρίβοντος ὑποψίας τε ἐντεῦθεν τοὺς πλείστους εἰσιούσης, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἀνάσχοιτο μὴ αὐτίκα τι νεωτερίσαι, φύσει μὲν καὶ ἄλλως δύσερις ὢν καὶ θυμῷ τὰ πλεῖστα διοικούμενος, τότε δ' οὖν καὶ προφάσεως εἰς τοῦτο λαβόμενος, ὃ δὲ τούτου μὲν ἧττον ἐφρόντισεν, ἐφ' ὅλαις δὲ τριάκοντα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τῷ χώρῳ ἐνδιατρίψας ἡμέραις οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπῆρε, πρὶν ἂν τῷ πατρὶ τὴν ὁσίαν ὡς
τὸ εἰκὸς ἐξετέλεσε (πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ φροντιστήριον ἐπὶ P 17
τοῦ τόπου ἱδρύσατο, οὗ δὴ ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι τετύχηκε), καὶ τὰ Κιλίκων πράγματα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ κατεστήσατο. Ἀντιο-

6. *γενειάζων*] Cod. *γενειάσων.*

LIBER II.

1. Hunc finem habuere res a Ioanne imperatore gestae. Manuēl vero sceptro potitus, etsi adolescens vix prima aspersus lanugine, minime tamen tanta imperii mole perterritus est, nihilque egit maiestate regia indignum. Isaacio enim Constantinopoli agente, cum multos subiisset suspicio fore ut neutiquam se a rebus novandis contineret, utpote et ad turbas suopte pronus ingenio et quodam animi vehementioris impetu omnia exequi solitus, tum maxime quod id praesens suaderet occasio, haec tamen neglexit imperator. triginta autem post parentis obitum diebus illic commoratus non prius excessit, quam iusta eidem pro more peregisset (inter alia enim monasterium exstruxit eo loco, ubi pater vitam finierat), et Ciliciae res in tuto posuisset.

χεῖς δὲ καὶ πρότερον μὲν βασιλέως Ἰωάννου ἔτι περιόντος χειρὸς τῆς ἐκείνου ἀποσκιρτᾶν ἤρξαντο, τότε δὲ ἐπὶ βασιλέα πέμψαντες Μανουὴλ καὶ ὁρίων σφίσι γῆς ὑπεκστῆναι ἠξίουν, ἃ πόλει μὲν τῇ αὐτῶν ἀνήκειν ἔφασκον, βίᾳ δὲ καὶ οὐ ξὺν τῷ δικαίῳ πρὸς τῶν Ῥωμαίων τὰ νῦν ἔχεσθαι. οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον, βασιλεὺς δὲ εἰς ἀπολογίαν αὐτοῖς καταστὰς ἔλεξε τοιάδε· "ὡς μὲν οὐδενὸς ἔτι φλαύρου παρ' ἡμῶν Ἀντιοχεῖς πειραθῆναι ξυνέπεσεν, ὦ
B ἄνδρες πρεσβευταί, παντί που δῆλόν ἐστιν. εἰ δὲ ἅ τις παρ' ἑτέρων ἀφῄρηται, ταῦτα δὴ παρ' ἄλλων ἀποφέρεσθαι δίκαιον ἂν εἴη, τί μὴ καὶ ὑμεῖς Ἀντιόχειαν τήνδε Ῥωμαίοις ἀπέδοσθε πρότερον, ἀλλὰ χειρὶ καὶ βίᾳ ταύτην πρὸς πατρὸς ἀφῄρησθε τοὐμοῦ; ἢ οὐχ ἡμῖν Πέρσαι δουλεύουσαν ἀφείλοντο πρότερον; ἄλλως δὲ τίνος ὄντα ταυτὶ ἐξ ἡμῶν λαμβάνειν αἰτεῖσθε; πόλεως Ἀντιοχείας; ἡ δὲ καὶ αὐτὴ φθάνει κράτει δουλεύουσα τῷ ἡμῶν. εἰ δὲ τὰ ὑμῖν αὐτοῖς ὡμολογημένα παραβαίνειν ὑμῖν αἰσχύνη οὐδεμία, τί τῶν δικαίων παρόρασιν ἐπικαλοῦντες ἡμῖν πάριτε, οἵ γε εὐθύνας μᾶλλον ἐξ ὑμῶν δικαίως ἂν ἀπαιτοῖμεν; ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ
C τούτου καιρὸς ὁ προσήκων ἡμῖν παραστῆσαι ἱκανὸς ἔσται. τὸ δὲ
V 14 νῦν ἀπόστητε τῶν οὐ προσηκόντων κελεύω. ἐμοὶ γὰρ αὐξῆσαι ἃ πρὸς πατρὸς εἰς χεῖρας ἦλθον ἐμάς, μὴ ἂν ἐλαττῶσαι γένοιτο." τοῖς πρέσβεσι μὲν ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ ἐπὶ τὰς ναῦς αἳ παρὰ τὸν Πύραμον ὡρμίζοντο ποταμόν, ὃς διὰ Μοψουεστίας φερόμενος

ἐ

2. ἐπὶ βασιλέα] Ita Tollius. Cod. π. Heyse παρά. 7. ξυνέπεσεν] Cod. ξυνέπεσον. 13. αἰτεῖσθε] Cod. αἰτεῖσθαι.

Antiocheni autem, qui Ioanne adhuc superstite defectionem paraverant, per legatos Manuëlem rogant, ut agri sui finibus, quem et ad urbem pertinere contendebant, nec nisi per vim a Romanis, nulloque iure possideri, decederet: haec fuit legationis summa. quibus contra imperator in hanc sententiam respondit. "palam est omnibus, legati, nihil dum mali a nobis perpessos esse Antiochenos. si vero quae cui ablata sunt ab aliis, aequum sit prioribus dominis restitui: cur non et vos Romanis ultro reddidistis Antiochiam, sed rem eo deduxistis, ut vi et armis parenti meo repetenda esset? quid enim? nonne eam Persae, cum nobis pareret, expugnarunt? cuius autem in potestate esse creditis hos, quos a nobis repetitis, fines? scilicet Antiochiae esse dicetis, quae quidem et ipsa quondam pars imperii nostri fuit. quod si quae vos ipsi pepigistis foedera violare nihil vos pudet, quid posthabitae iustitiae crimen nobis ingeritis, qui longe aequiori iure poenas a vobis debebamus repetere? sed has forte tempus opportunius nostro pendet imperio. vos interim ab iis quae vestra non sunt abstinere iubeo: nam quae mihi a patre tradita sunt augere, non minuere est animus." ita ille legatis respondit. inde ad naves in Pyramo fluvio, qui Mopsuestiam dividens in

ἐπὶ θάλασσαν ποιεῖται τὴν ἐκβολήν, σὺν προπομπῇ τὸν νεκρὸν κατῆγεν αὐτὸς ἅμα τοῖς γνησιωτάτοις τὸν ὦμον ὑποσχὼν τῇ σορῷ. ἐπειδή τε ἐκεῖθεν οἱ δρόμωνες ἐπὶ θάλασσαν ἤδη ἀφῆκαν, λύσας καὶ οὗτος λοιπὸν τὴν στρατοπεδείαν διὰ μέσης ἐχώρει τῆς Περσῶν γῆς ἀκηρυκτὶ διαβιβάζων τὸ στράτευμα. πρὸς ὃ Πέρσαι καταπλαγέντες τῆς τόλμης τε τὸ περιὸν ἀγασάμενοι οὐδ' ἀντιβλεπτῆσαι Ῥωμαίοις ἐτόλμων· συνέβαινέ τε αὐτοὺς ὡς δι' οἰκείας D λοιπὸν ἰέναι τῆς ἀλλοτρίας. ὁ μὲν οὖν εἰς τὴν Ῥωμαίων οὐ διὰ πολλῶν εἰσέβαλε γῆν· αἱ δὲ τριήρεις ἐς Βυζάντιον ἀναχθεῖσαι τὴν βασιλέως κόνιν τῇ χέρσῳ ἀπέδοσαν, ἣν ἡ Ῥωμαίων γερουσία μεγαλοπρεπῶς ἀπολαβοῦσα εἰς τὸ ἱερὸν παρέπεμψε φροντιστήριον, ὅπερ ἡ βασιλίς, καθάπερ ἔφην, Εἰρήνη ἐπ' ὀνόματι τοῦ παντοκράτορος ἐτύγχανεν ἤδη δομησαμένη. βασιλεῖ δὲ Μανουὴλ ἔτι περὶ τὴν ἐπάνοδον ἔχοντι, ἐπειδὴ μηδέπω τὰ κατὰ τὸν σεβαστοκράτορα πύθοιτο, καὶ ὡς ἤδη τυραννίδι ἐπιθέσθαι βουλευσάμενον δόλῳ ὑπελθόντες, οἷς τὰ βασιλέως ἐπιτέτραπτο πρότερον, ἔμφρουρον τῷ τοῦ παντοκράτορος τεμένει ἐποιήσαντο, ἔννοια γέγονε μήποτε τῶν σὺν αὐτῷ τισι καὶ μάλιστα τοῖς τὰς ὑπερηφάνους διέπουσι δυσμεναίνων ἀρχάς, δράσῃ τι καὶ ἄχαρι τοῖς ἀνὰ P 18 τὸ Βυζάντιον οἴκοις αὐτῶν. ἀμέλει καὶ ἐσκέπτετο πῶς ἂν ἀμηχάνως τῆσδε τῆς ἐγχειρήσεως ἀπαγαγεῖν αὐτὸν γένοιτο. ἐδόκει τοίνυν αὐτῷ τόμους ἐς Βυζάντιον ἐκπέμψαι καθοσιώσει δῆθεν τοὺς ἄνδρας καθυποβάλλοντας χρημάτων τε διὰ τοῦτο καὶ κτη-

6. ἀντιβλεπτῆσαι] Cod. ἀντιβληπτῆσαι. 20. ἀμηχάνως] Malim εὐμηχάνως.

mare effunditur, subsistentes parentis funus cum magna subsequentium turba deducit, ipso pariter et agnatis feretro humeros supponentibus. inde ut cursoriae mare attigerunt, movit et ipse castra copiasque per medias Persarum terras, non petito per legatos commeatu, deduxit, quo eius facto attoniti Persae licet talem mirarentur audaciam, nihil tamen contra Romanos vicissim attentare ausi sunt. ita illi per hosticum nihilo securius quam per propriam ditionem transgressi sunt. neque ita multo post imperii fines Manuël ipse attigit. triremes autem Byzantium appulsae principis cineres in terram exposuerunt, quos magnifice susceptos senatus Romanus in monasterium intulit, quod imperatrix Irene, ut supra indicatum, exstruxerat dicaratque deo omnipotenti. at cum imperator reditum institueret, ac necdum de sebastocratore quidquam audisset, utque tyrannidem affectantem nonnulli, quibus rerum publicarum cura demandata erat, dolo aggressi in omnipotentis templo custodiendum incluserint, subiit illius animum cogitatio, ne quid temere sebastocrator in quosdam qui cum eo erant, et illustriores praesertim, ipsorumque aedes decerneret. anxius igitur quo pacto fratrem ab hoc consilio dimoveret, tandem libellos Byzantium mittere decrevit, qui homines damnationi subiicerent, eoque ipso bonorum ac possessionum iactura

μάτων ἐκπτώσεσι ζημιοῦντας. οὕτω γὰρ (ἔφασκεν) ὑπὲρ αὐτοῦ βασιλέως τὴν ἐπιβουλὴν ποιήσασθαι τοὺς ἄνδρας ὑπειληφὼς ὁ σεβαστοκράτωρ τὰ οἴκοι συντηρήσει μᾶλλον αὐτοῖς, ἵν᾽ ἐπὶ πλέον ἔχῃ πρὸς εὔνοιαν αὐτοὺς ἐπισπᾶσθαι.

2. Ἀλλ᾽ ἦν ἄρα τὰ τῇ προνοίᾳ καθάπαξ δεδογμένα δυσανάλυτα πάντῃ καὶ λογισμοῖς ἀνθρώπων δυσεπιβούλευτα. ὁ μὲν B γὰρ ταῦτα ἐνενόει, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν δὲ ἤδη τὴν βουλὴν ἐξεκάλυπτεν· Ἰσαακίους δὲ ἀμφοτέρους τὸν μὲν τὸ σεμνεῖον ἐτήρει φθάσαν ὡς ἔφαμεν, τὸν δέ, τὸν πρὸς πατρός φημι τῷ βασιλεῖ θεῖον, σιδηροπέδαι πρὸς Ἡρακλείᾳ καθειργμένον εἶχον τῇ Ποντικῇ. ἔνθα οὐ ξὺν ἀτιμίᾳ μὲν διῆγε τὸ πρότερον πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ καὶ βασιλέως ἔτι περιόντος ὑπερόριος γεγονώς, δι᾽ ἃς οὐκ ἀνίει ἔρωτι βασιλείας ἄλλοτε ἄλλας ὑπορύττων ἐπιβουλάς. τότε δὲ καὶ εἰς τοῦτο τύχης ἦλθε γνώμῃ τῶν ἐν Βυζαντίῳ τὸ τηνικάδε ἐφεστώτων, ἐπειδὴ νεωτέροις αὖθις καὶ αὐτὸν ἐγχειρεῖν ἐπύθοντο πράγμασιν. ἀλλὰ τὴν μὲν εἰς τὴν βασιλείαν πάροδον οὕτω C καθάπερ ἤδη ἔφην ἡ πρόνοια φθάνουσα εὔοδον βασιλεῖ ἐποίει. ὁ δὲ ἐπειδὴ τὰ κατὰ τοὺς σεβαστοκράτορας ἤκουσεν, ἐν Βυζαντίῳ λοιπὸν γενόμενος μετακαλεῖται μὲν παραχρῆμα τὸν ἀδελφὸν χερσί τε περιβάλλει καὶ ἀδελφικῶς περιχέεται· μεταπέμπεται δὲ καὶ τὸν θεῖον τῆς ὑπερορίας, τὰς αἰτίας τε λύσας ἐφ᾽ αἷς φυγῇ τὸ πρότερον ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐζημίου, συγγνώμης ἠξίωσεν. εἶτα

3. συντηρήσει] Cod. συντηρήσειν. praeterea paullo ante ἔφασκε parenthesi inclusi. sensum expressi in versione Latina. 9. ἔφαμεν] Cod. ἔφημεν (ε supra η). 19. παραχρῆμα] Cod. π χρῆμα.

multarent. sic enim futurum est (inquit) ut sui ipsius causa illos adversus principem insidias molitos ratus sebastocrator res eorum domesticas conservet diligentius, quo ipsos in suas partes traducat.

2. Enimvero quae semel divina providentia constituit, nullo modo convelli neque hominum argutiis everti possunt. nam ille quidem huiusmodi consilia agitabat, et iam cum suis communicabat; Isaacius autem uterque in vinculis habebatur, alter quidem, ut supra diximus, in templo: alter vero, imperatoris patruus, Heracleae Ponticae, ubi citra infamiam vixerat primum, eo a Ioanne fratre et imperatore adhuc in vivis agente in exilium actus, quod regni consilia agitans alias ex aliis insidias struere non cessaret. tunc autem ad hanc calamitatem redactus fuerat eorum, qui Constantinopoli summae rerum praeerant, decreto, quod iterum et ipse res novas moliri deprehensus erat. sed divina providentia ita, ut modo dictum est, facilem Manuëli aditum ad imperium fecit. hic autem ubi quid de sebastocratoribus factum esset rescivit, Byzantium ingressus, accersitum continuo fratrem fraterne excipit, eiusque in amplexum ruit. patruum etiam revocat ab exilio, et obliterata eius criminis memoria, cuius gratia relegatus a patre fue-

δὴ χρήμασι τὸ στρατιωτικὸν δωρησάμενος οἴκαδε ἀπέλυσεν, ἑκάστῃ γε μὴν τῶν ἀνὰ τὸ Βυζάντιον οἰκιῶν χρυσίνους παρέσχετο δύο. ἐπεὶ δὲ καὶ ποιμένος ἔδει τῇ Κωνσταντίνου, Μιχαὴλ ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνάγει, ὃς τοῦ κατὰ τὴν νῆσον, ἣν Ὀξεῖαν ἐκ τῆς θέσεως καλοῦσιν, ἦρχε φροντιστηρίου, παιδείας μὲν τῆς ἐγκυκλίου καὶ μαθημάτων τῶν ἐκτὸς ἄκρῳ φασὶ γευσάμενον δακτύλῳ, V 15 ἠθῶν δὲ κοσμιότητι καὶ τῇ τῶν θείων μελέτῃ λογίων οὐδενὸς D ἐλάσσω τῶν εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐπ' ἀρετῇ μάλιστα διαφανῶν, οὗ ταῖς χερσὶν ὕστερον ἐπ' ἐκκλησίας τῷ βασιλικῷ ταινιοῦται διαδήματι. ὅτε καὶ χρυσίου κεντηνάριον τραπέζῃ τῇ ἱερᾷ καταθεὶς τότε μὲν ἐξῄει τὸ ἐλευθέριον αὐτοῦ καὶ μεγαλοπρεπὲς ἐν τοῖς ἁπάντων καταλελοιπὼς στόμασιν. εἰσέπειτα δὲ καὶ ἐτησίαν τῷ κλήρῳ ἐκ παλατίου κεντηναρίων δύο προσαφώρισε δόσιν· καλοῦσι δὲ τοῦτο τὸ νόμισμα δεύτερον.

3. Τὰ μὲν οὖν ἐς τὴν βασιλείαν προοίμια τοιάδε τινὰ αὐτῷ γέγονεν. ὁ δὲ Ῥαϊμοῦνδον τὸν Ἀντιοχείας πρίγκιπα τῆς P 19 εἰς τὸν πατέρα μετελεύσεσθαι θέλων ἁμαρτάδος (οὔπω γὰρ ἔφθη ἐκεῖνος δίκην αὐτῷ ἐπιθεῖναι τὴν δέουσαν, χρέους αὐτῷ τοῦ φυσικοῦ τὴν ὁρμὴν ἀνακόψαντος), στρατὸν ἐπ' ἐκεῖνον ἠπειρώτην τε καὶ ναυτικὸν ἔπεμψεν. ἦρχον δὲ τοῦ μὲν Ἀνδρόνικός τε καὶ Ἰωάννης ἐς Κοντοστεφάνους ἀναφέροντε καὶ Προσοὺχ ἱκανὸς τὰ πολέμια. τοῦ γε μὴν ναυτικοῦ Δημήτριος ἡγεῖτο ᾧ Βρανᾶς ἐπίκλησις ἔκειτο. ἀλλὰ Προσοὺχ μὲν καὶ ἄμφω τὼ Κοντοστεφάνω, ἐπειδὴ πρὸς τοῖς Κιλίκων ὅροις ἐγένοντο, ἅ τε πρὸς Ἀντιοχέων

rat, veniam concessit. militem deinde pecuniis donatum domum remisit, binos etiam aureos Byzantinis in domos singulas largitus. cumque vacaret patriarchalis sedes Constantinopoli, Michaëlem illi imponit, monasterio in insula, quam Oxiam ex situ vocant, antea praefectum, virum liberalibus disciplinis humanioribusque literis leviter quidem imbutum, at morum elegantia rerumque divinarum scientia nemine inferiorem eorum, quorum ad eam aetatem virtus fuit maxime conspicua. huius manibus cum in ecclesia imperatorio diademate fuisset insignitus, deposito tum in sacra mensa auri centenario, inde excessit, omnibus uno ore liberalitatem illius et magnificentiam praedicantibus. postea clero etiam annuam ex palatio duorum centenariorum pensionem assignavit, id numismatis vulgo secundum nuncupant.

3. Eiusmodi fuere Manuëlis imperii primordia. ulciscendam vero statuens illatam Ioanni parenti a Raimundo Antiochiae principe iniuriam, (quippe illum dignam factis poenam rependere volentem mors prohibuerat) terrestres navalesque copias in eum misit. his Demetrius cognomento Branas, illis Ioannes et Andronicus ex Contostephanorum gente, nec non Prosuchus rerum militarium usu insignis praepositi sunt. Prosuchus quidem et uterque Contostephanus, postquam in Ciliciae fines pervenerunt, castellis,

Ῥωμαῖοι ἀφαιρεθέντες ἔτυχον ἐν ὀλίγῳ ἀνεσώσαντο φρούρια, καὶ Ῥαϊμούνδῳ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἐτρέψαντό τε αὐτὸν καὶ πολλοὺς
B τῶν σὺν αὐτῷ ἔκτειναν. τὸ δ' ὅπως ἄρτι δηλώσω. ἐπειδὴ τὰ εἰρημένα Ῥωμαῖοι παρεστήσαντο φρούρια, μηδενὸς ὅθεν δήποτε ἀντιστατοῦντος αὐτοῖς ἄχρι καὶ ἐς Ἀντιόχου ἦλθον τὴν πόλιν, λείαν Μυσῶν καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐργαζόμενοι. Ῥαϊμοῦνδος δὲ ἕως μὲν προσιόντας Ῥωμαίους ἑώρα, ἐντὸς τειχέων ἀτρέμας εἶχεν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖθεν συσκευασάμενοι ἀνεχώρουν (ἐπεξῄει γὰρ σφίσιν οὐδὲ εἷς), τότε κατὰ νώτου ἐπιθήσεσθαι αὐτοῖς ἐννοησάμενος εἵπετο ἐν τῷ ἀφανεῖ. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἐπί τινα χῶρον ἐλθόντες, ἔνθα σφίσι σκηνοῦν ἐδόκει, χάρακα ἐπήγνυντο. ὁ δὲ ἐν ἐπικαίρῳ καὶ αὐτὸς τὸ στράτευμα καταθεὶς ὀλίγοις ἅμα ἐπὶ κατασκοπὴν τῶν πολεμίων ἐχώρει. οὐ μὴν ἔλαθε Ῥωμαίους ἐπιών·
C τῶν γὰρ ἐπὶ χορταγωγίαν ἐξιόντων τινὲς οὐ μακρὰν ἄποθεν τῶν χαρακωμάτων ἐντετυχηκότες αὐτῷ δρομαῖοι τοῖς στρατηγοῖς ἀπήγγειλαν. οἱ δὲ τότε μέν, νὺξ γὰρ ἤδη ἦν, φυλακὰς τάξαντες ἀνεπαύσαντο. ἑξῆς δὲ οὔπω ἡμέρας καταλαβούσης ταξάμενοι ὀπισθόρμητοι ᾔεσαν, γνώμην ἔχοντες σκηνουμένοις ἔτι τοῖς ἀμφὶ Ῥαϊμοῦνδον ἐπεισπεσεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ Ῥαϊμοῦνδος ἠμέλει, ἀλλὰ καὶ ὃς ὀρθριαίτερον τοῖς περὶ αὐτὸν τὰ δοκοῦντα ἐπιτείλας αὐτοὺς μὲν αὐτοῦ ἔλιπεν, ὁ δὲ ἐπὶ κατασκόπησιν αὖθις ἐχώρει· Ῥωμαίοις δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου συμπεσὼν αὐτός τε νῶτα δοὺς ἔφευγε καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα πέμψας κατὰ τάχος ἐνθένδε

13. κατασκοπὴν] Cod. κατασκοπεῖν.

quae Romanis erepta fuerant ab Antiochenis, intra breve tempus receptis, consertis cum Raimundo manibus, ipsum verterunt in fugam, plurimosque ex eius exercitu obtruncarunt. his igitur arcibus obsistente nemine expugnatis, ad urbem usque Antiochiam, facta Mysorum, ut aiunt, praeda, et raptis quae obvia erant, penetravere. Raimundus interim ingruentes Romanos conspicatus, intra urbis moenia substitit. ut vero, collecta praeda, parant reditum, quod ne unus quidem in eos egrederetur: Raimundus clam a tergo recedentes est insecutus. ac Romani quidem idoneo reperto loco, ubi pedem figere possent, in eo tabernacula collocarunt. ipse vicissim opportune cum suis castra faciens, cum paucis ad explorandum hostem proficiscitur. non latuit eius adventus Romanos: nam pabulantium nonnulli, non procul a castris obviam facti, confestim ducibus id renuntiarunt: qui tum quidem (nox enim iam aderat) vigiliis dispositis sese continuere. sed orta vixdum luce, instructo agmine retro cesserunt, quo Raimundi copias in propriis tentoriis opprimerent. Raimundus contra nihilo segnius sese habens, primo diluculo, quae essent agenda suis praecipit, iisque ibi relictis, ipse denuo speculatum exit. sed enim in Romanos necopinatus incidens, continuo fugam capessit: missisque ad castra nuntiis suos hortatur, inde quam

*ἀπαίρειν προὐτρέπετο· ἀλλὰ παρὰ πόδας αὐτοῖς ὁ Ῥωμαίων
στρατὸς ἐπελθὼν ἐτρέψατό τε καὶ φόνον αὐτῶν πολὺν εἰργάσατο,
καὶ μέχρι τῶν Ἀντιοχείας πυλῶν ἡ δίωξις ἐγένετο. Ῥαΐμοῦνδος* D
*καὶ αὐτὸς μόλις τοὺς πολεμίους διαδρὰς νυκτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν
εἰσήλασεν. οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ τὸν Προσοὺχ ταῦτα Ῥαΐμοῦνδον εἰρ-
γασμένοι ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἀνεχώρησαν, Δημήτριος δὲ σὺν τῷ
στόλῳ ἐπελθὼν τὴν περίοικον καὶ θαλάσσῃ γείτονα ἐληΐσατο, καὶ
πλῆθος ἀνθρώπων ἠνδραποδίσατο, ναῦς τε τῶν ἐγχωρίων ὡς
πλείστας παρὰ τὴν θαλάσσης ἀνειλκυσμένας ἀκτὴν πυρὶ ἔφλεξεν·
ὅτε δὴ καὶ ὁ τὸ δημόσιον σφίσιν εἰσπραττόμενος νόμισμα αἰχμά-
λωτος Ῥωμαίοις ἐγένετο. Ῥαΐμοῦνδος δὲ ἐπειδὴ ταῦτα ἤκουσε* P 20
θυμῷ μεγάλῳ ἐπιών, ὡς τὰς Ῥωμαϊκὰς ναῦς ἀποσχομένας ἤδη V 16
*τῆς χέρσου κατενόει, ἄπρακτος ἐκεῖθεν ἀνεχώρει. Ῥωμαῖοι δὲ
τῆς θαλάσσης οὐ συγχωρούσης αὐτοῖς ἡμέραις δέκα τὸν χῶρον
ἐκεῖνον παραπλεύσαντες, ἐπειδὴ λειψυδροῦντες ἦσαν, τῇ χέρσῳ
αὖθις αἰφνίδιοι προσοκείλαντες τούς τε πολεμίους ἐτρέψαντο καὶ
δύο τῶν ἐπιθαλασσιδίων ἐκπορθήσαντες φρούρια οἴνου τε ὡς πλεί-
στου καὶ ποταμίου τὰς ναῦς ἐμπλήσαντες ὕδατος πνεύματός τε
ἐπιφόρου τυχόντες ἐς Κύπρον ἀνήχθησαν. ταῦτα δὴ συμπεσόντα
Ῥαΐμοῦνδον τὴν ἐς Βυζάντιον στείλασθαι ἠνάγκασαν· ἀφικομένῳ
δὲ οὐ πρότερον βασιλεὺς προσχεῖν ἠξίωσε, πρὶν ἐς τὸ τοῦ βασι-* B
*λέως καὶ πατρὸς ἀπιὼν μνῆμα ἐντεῦθεν δὴ τὴν συμπάθειαν ἐκο-
μίσατο καὶ λίζιον λοιπὸν αὐτὸν ἐποιήσατο.*

9. *ἀνειλκυσμένας*] Cod. *ἀνειλκομένας.*

celerrime excedant. at supervenientes e vestigio Romani fugarunt fuderuntque magnam partem, ad portas usque Antiochiae fugientes persecuti. Raimundus ipse ex hostium manibus aegre dilapsus, de nocte in civitatem pervenit. ea clade affecto Raimundo, Prosuchi milites Ciliciam repetiere. interea Demetrius cum classe adveniens, loca maritima incursat, oramque totam depopulatur, captivos abducit complures, navesque ipsas incolarum magno numero in littore stantes incendit. sed et publici apud illos tributi exactor in potestatem venit Romanorum. haec postquam ad Raimundum perlata sunt, summo animi ardore, ad classem hostilem contendit, quam ubi cognovit iam a statione avectam, rebus infectis inde regressus est. Romani autem, reflante vento, diebus decem percurrere eum tractum: cumque aquarum penuria premerentur, rursum ex insperato applicatos ad terram hostes in fugam dederunt, direptisque maritimis duobus castellis, magna vini, et fluvialis aquae copia impletis navibus, ventum nacti secundum, ad Cyprum insulam appulere. quae ibi gesta sunt Raimundum coëgerunt Byzantium proficisci. advenientem vero ad colloquium admittere renuit imperator, antequam ad parentis imperatoris monumentum, venia impetrata, sibi in posterum fidem et clientelam professus esset.

4. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Εἰρήνην τὴν αὐτῷ οὔπω βασιλεῖ μνηστευθεῖσαν βασιλεὺς ἠγάγετο, κόρην ἐς ῥῆγας μὲν ἀναφέρουσαν ἠθῶν δὲ κοσμιότητι καὶ ψυχικαῖς ἀρεταῖς οὐδεμιᾶς ἐλάσσω τῶν τότε γεγενημένην. λέγεται δή τι περὶ ταύτης τοιοῦτον. ὁπηνίκα ἐς Βυζάντιον ἄρτι παρῄει, ἄλλαι τε τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ διαφερουσῶν ὑπήντων αὐτῇ καὶ ἣ Ἀλεξίῳ βασιλεῖ ἥρμοστο· ἠμφίεστο δὲ ἐσθῆτα μὲν ἀπὸ βύσσου, τἆλλα δὲ ἐκ χρυσοῦ
C καὶ πορφύρας κεκόσμητο. ἀλλὰ τὸ τοῦ βύσσου κυαναυγὲς μελαμφόρον ταύτην ἐποίει τῇ νεήλυδι καταφαίνεσθαι. ἀμέλει καὶ ἐπυνθάνετο τῶν παρόντων, ἥτις ποτὲ εἴη ἡ μονήρης αὕτη καὶ μεγαλοπρεπὴς λέγουσα. τοῦτο δὴ ξύμβολον τοῖς ἀκούσασιν οὐμενοῦν ἀγαθὸν ἔδοξε, καὶ τὸ τέλος οὐκ εἰς μακρὰν ἠκολούθει. βασιλέα δὲ ἡ τῆς Ἀσίας εἶχε περαία καὶ τὰ Βιθυνῶν ὅρια σκεπτόμενον ὅπως ἂν μηκέτι ἐσβατὰ τῷ Περσῶν γένει τὰ τῇδε γένοιτο. τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιτειχιζόντων ὁρμὰς ἀμελείᾳ περιοραθέντων, εὐέφοδα Πέρσαις τὰ τῇδε ἐγένοντο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν χρόνοις ὕστερον φιλοτιμότατα πρὸς
D βασιλέως ἀνεπλήσθη πλείους ἀνοικισαμένου πόλεις· τότε δ' οὖν ἔγνω πολίχνην ἐν τοῖς οὕτω Μελαγγείοις καλουμένοις ἀνεγεῖραι. τοῦ μέντοι ἔργου προβαίνοντος ἠγγέλη αὐτῷ, ὡς τῇ πρεσβυτάτῃ τῶν βασιλέως Ἰωάννου θυγατέρων, ἣν ὁ καῖσαρ ἠγάγετο Ῥογέριος, νόσος ἐπιγεγονυῖα ἄφυκτον ὑπογράφει τὸν κίνδυνον. εἰς

6 ὑπήντων] Ita Tollius. Cod ἠπήντων. 16. ὁρμὰς] Addendum videtur φρουρίων. 20. ἠγγέλη] Cod. ἠγγέλει.

4. Sub idem ferme tempus Irenem, quam privatus adhuc sibi desponderat, coniugem accepit, regio ortam genere feminam, moribusque et animi dotibus nulla suae aetatis inferiorem. huic paulo ante Byzantium venienti tradunt obviam effusas, cum alias natalium splendore conspicuas matronas, tum eam maxime quae Alexio imperatori nupserat. induta erat illa byssina veste, auro ceteroquin et purpura intertexta. sed ob colorem in byssino caeruleum, cum atrata mulier novae nuptae videretur, quaenam illa esset monacha magnifico habitu, ex iis quae circumstabant percontata est. omen id parum felix visum audientibus, quod subsecutus non multo post comprobavit eventus Manuël traiecto freto in Asia et Bithynorum finibus versabatur et ne ille terrarum tractus Persarum incursionibus pateret curabat. nam cum prioribus seculis barbarorum irruptiones munitionibus subinde exstructis propulsarent, neglectis iis, pervia omnia erant Persis finitimis, sed postmodum restitutae sunt illae imperatoris liberalitate, compluraque ab eo ibi instaurata oppida. illo autem tempore in ea quam Melangia vocant regione oppidum condere constituit. quod opus dum urgetur, nuntiatur Manuëli filiam natu maximam Ioannis imperatoris, quam Rogerius Caesar uxorem habebat gravissimo morbo ad proximum vitae periculum adductam.

ὅσον οὖν πέρατι δοῦναι τὸ ἔργον τῷ χώρῳ ἐνδιατρίψας τῆς ἐπὶ Βυζάντιον εἴχετο. ἀλλὰ μεταξὺ τὸ χρεὼν ἐκείνη ἀπέπλησε, γυνὴ μεγαλόφρων ἐν ταῖς μάλιστα καὶ πολὺ τὸ ἀρρενωπὸν ἔχουσα. ἐγὼ δ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος εἰς μνήμην ἦλθον τοῦ ἔργου τῆς γυναικὸς ταυτησὶ καὶ εἰσέπειτα θαυμάζεσθαι ἄξιον. φασὶ P 21
τὸν καίσαρα Ῥογέριον τῇ βασιλείᾳ καὶ αὐτὸν κατ' ἐκεῖνον ἐποφθαλμίσαντα τὸν χρόνον, ὁπηνίκα οὔπω μετὰ τὴν βασιλέως Ἰωάννου τελευτὴν ἡ Κωνσταντίνου τὸν νέον αὐτοκράτορα εἶχε, στασιώτας ἑαυτῷ ἄλλους τε περιστῆσαι συχνούς, καὶ δὴ καὶ τῶν τινα Ἰταλιωτῶν γένους συμπατριώτην αὐτῷ τὸ πατρόθεν ὄντα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἑταιρίσασθαι εἰς τετρακοσίους μάλιστα ἀγειρομένους. ἦν δὲ ὁ Ἰταλιώτης γένει μὲν περιφανὴς καὶ ἐπίδοξος, Καπύης δὲ πόλεως ἐξάρχων Ἰταλικῆς πολυανθρωποτάτης ἄγαν καὶ εὐδαίμονος. αἰτία δὲ αὐτῷ τῆς ἐν Βυζαντίῳ διατριβῆς αὕτη ἦν· ὁ τῷ τηνικάδε Σικελίας τυραννῶν Ῥογέριος, οὗ πολὺν ἐν τοῖς ὄπισθεν ποιησόμεθα λόγον ἐπειδὰν τὰς Ἰταλικὰς ἀναγράφοιμεν μάχας, B
ἐπὶ τὴν Καπύης λιχνευσάμενος ἀρχὴν πολὺς ἐνέκειτο τῷ ἀνδρὶ πολεμῶν. ἐφ' οἷς οὗτος ἀπειρηκὼς τὴν εἰς Βυζάντιον ἐστείλατο. V 17
καίσαρι μὲν οὖν ταῦτα ἐπράσσετο. ἡ δὲ σύνοικος ἐπειδὴ μετὰ πολλὰς παραινέσεις ἰσχυρογνώμονα τοῦτον ἑώρα καὶ δεινῶς βασιλειῶντα καὶ οὐδ' ἂν εἴ τι καὶ γένηται μεταθησόμενον τοῦ σκοποῦ, τοὺς τῶν κοινῶν ἐπιμελητὰς ὡς ἑαυτὴν μεταπεμψαμένη κοινοῦται τὸ πρᾶγμα καὶ ἦ (φησὶν) αὐτοί μοι τὸν ἄνδρα παράδοτε,

2. ἀπέπλησε] ἀνέπλησε? 3. ἐν ταῖς μάλιστα] Tollius ἐν τοῖς μάλιστα.

itaque isthic aliquamdiu, quo absolveret quae inceperat, erat commoratus, dum Byzantium festinat, fato fungitur femina ingentis spiritus, quaeque virilem omnino animum prae se ferebat. at cum illius mihi hoc loco recurrat memoria, operae videtur pretium unum quod eam spectat deinceps admiratione dignum commemorare. Rogerium Caesarem ferunt, mortuo Ioanne imperatore, necdum Byzantium ullo obtinente principe, imperium cogitantem, collectos plurimos ad suas partes allexisse, atque in his gentilem quemdam Italum, ipsique a teneris annis familiarem, qui numero ad summum quadringenti. erat autem et ille gente perinde Italus, natalium splendore illustris et conspicuus, Capuae civitatis in Italia potentissimae clarissimaeque dominus, cui Byzantii commorandi id causae potissimum fuit. Rogerius tunc temporis Siciliae tyrannus, de quo multa deinceps memoranda occurrent, cum ad bella pervenerimus Italica, Capuano inhians principatui, acri bello hominem impetiit: cui cum ille resistendo non esset, Byzantium se contulit. his igitur a Caesare tentatis, ut eum coniux post multas admonitiones obstinatiorem vidit, imperiumque validius affectantem, ni provideretur, nequicquam a proposito posse dimoveri, accersitis quibus tum summa rerum

ἢ γοῦν μελήσει πάντως ὑμῖν τοῦ τὴν βασίλειαν ἀδελφῷ συντη-
ρῆσαι τῷμῷ. ἡ μὲν ταῦτα εἶπεν· οἱ δὲ τὸν καίσαρα παντοδα-
πῶς ὑπελθόντες ἐπί τινα τῶν ἀγχοῦ Βυζαντίου προαστείων ἐξῆ-
C γον χρείας δῆθέν τινος ἕνεκα. ἐπειδή τε ἐπὶ τοῦ τόπου ἐγένετο,
αὐτὸν μὲν ἐνταῦθα διατρίβειν ἀφῆκαν, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν ἦλθον.

5. Ἡ μὲν δὴ Μαρία τοιάδε τις ἦν. βασιλεὺς δέ, τοῦ
πάθους ἀγγελθέντος αὐτῷ, τότε μὲν ἐς Βυζάντιον ἦλθε· μετὰ
δέ τινα χρόνον ἐς τὴν ἐπὶ Ῥυνδακοῦ αὐλισάμενος πεδιάδα, ἔνθα
βασιλεῖ Ἰωάννῃ φρούριόν τι ἐκ καινῆς ἀνῳκοδομήθη, ὃ Λοπά-
διον ὠνόμασται τοῖς πολλοῖς, ἐνταῦθα τὸν στρατὸν ἤγειρεν, ἐς
τὴν Περσικὴν ἐμβαλεῖν διανοούμενος. Πέρσαι γὰρ τὰς μεταξὺ
Ῥωμαίων σπονδὰς παραλύσαντες Πρακανάν τε πόλιν Ἰσαυρικὴν
ἐκπορθήσαντες εἷλον καὶ πλεῖστα ἄλλα Ῥωμαίους προσεζημίωσαν.
ἐπειδὴ γοῦν ὡς ἄριστα παρεσκεύαστο ἤδη, ἄρας ἐκεῖθεν σπουδῇ
ἐπὶ τὰ πρόσω ἐχώρει, κατὰ νοῦν ἔχων ὡς ἂν ἀφυλάκτοις αὐτοῖς
D ἐξαπιναίως ἐπελθὼν ἡβηδὸν ἀπολέσειε. πλὴν ἀλλὰ τοῦ μὲν σκο-
ποῦ οὐ πάντῃ διήμαρτεν. οὐ μὴν καὶ χεῖρας ἔχρησέ τῇ μάχῃ
ἐκείνῃ. ὡς γὰρ ὀξέως τὸν Μύσιον διαβὰς Ὄλυμπον ἄχρι τε ἐς
τὸν Πιθηκᾶν γεγονώς, ἔνθα φρούριον αὐτὸς ἐδείματο καρτερόν,
νύκτωρ διὰ τῶν ταύτῃ ὀρῶν ἐπορεύετο, ἃ τῇδε ἀποκρέμαται
ὑψηλὰ καὶ δεινῶς λάσια, ξυνέβαινεν ἐκ τῶν κατὰ τὰς λόχμας
ἀναγομένων ἀτμῶν ἐμπιπλαμένης αὐτῷ τῆς κεφαλῆς ἀθρόον

3. **ἐπί τινα**] Malim **ἐπί τι.** 8. **Ῥυνδακοῦ**] Cod. **Ῥυνδακᾶ.**

erat, quae agebantur, prodens, aut mihi, inquit, virum tradite, aut vobis curae sit imperatoris filiam fratri meo reservare. hi modis omnibus Caesarem adorti, in propinquum Byzantio suburbanum adduxerunt, quasi res quaepiam illic agenda instaret, tum ubi eo accessere, ibi dimisso illo, in urbem rediere.

5. Eiusmodi ingenii fuit Maria. illius autem cognito obitu Byzantium princeps rediit. nec multo interiecto tempore, locatis ad Rhyndacenos campos castris, ubi castellum de novo exstruxerat Ioannes imperator, quod Lopadium vulgo appellant, copias cogit, et in Persidem impetum facere constituit. Persae si quidem, posthabitis foederibus, Pracanam expugnaverant, urbem Isauriae, et alia insuper damna Romanis intulerant. rebus ut par erat ad bellum compositis, castra inde movens, in ulteriora progreditur, quo incautos inopinate aggressus, puberes omnes internecione deleret. nec aberravit omnino a proposito, etsi ad manus ventum non est. superato enim Olympo Mysiae monte, ad Pithecam cum pervenisset, ubi validam ipse arcem condiderat, noctu in eos secessit montes, qua confragosi, praeruptique sunt, atque arbustis consiti: verum accidit ut ascendentes crebri e tesquis vapores caput ipsius adeo occuparent, ut subito concideret neque surgendi potestatem haberet, et ad mediam usque noctem omnis sen-

κατενηνέχθαι, ὡς μηκέτι μηδὲ ἀναστῆναι δύνασθαι. μέχρι μὲν οὖν καὶ περὶ μέσας νύκτας σχεδόν τι καὶ ἀνεπαισθήτως εἶχεν αὐτοῦ, μετὰ δὲ ὀλίγον ἀνασφήλας εἶτα ῥάων ἐς τὴν ὑστεραίαν P 22
γεγονώς, αὐτὸς μὲν ἡσυχῇ ἔμεινε, μοῖραν δὲ τοῦ στρατεύματος ἀπολεξάμενος ἱκανὴν ἅμα στρατηγοῖς ἐπὶ τὸ ἔργον διαφῆκεν, οἳ καὶ οὐκ ἐς μακρὰν δυνάμεσι περιτετυχηκότες ἐχθρῶν, ἐπειδὴ καθυπέρτεροι τῇ μάχῃ ἐγένοντο, λαφύρων τε μέγα τι περιεβάλοντο χρῆμα καὶ σὺν τροπαίοις ἐκεῖθεν ἀνέστρεψαν. βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔπρασσε. Πέρσαι δὲ ἐν τούτῳ συσκευασάμενοι στρατῷ μεγάλῳ τῇ Θρακησίων ἐμβάλλουσι γῇ, οὐδενός τε σφίσιν ἀντιστρατοῦντος (Θεόδωρος γὰρ ᾧ Κοντοστέφανος ἐπίκλησις ἦν, τούτου δὴ ἕνεκα πρὸς βασιλέως πεμφθείς, οὔπω ἔφθη τὸν στρατὸν ἀγείρας τῇδε καταλαβεῖν) ἄχρι καὶ ἐπί τι τῶν οὐκ ἄπο θαλάσσης χωρίων, ὃ Κελβιανὸν ὀνομάζεται, προνομεύοντες ἦλθον, B
λείαν τε ὡς πλείστην ἐπαγόμενοι ἀνεχώρησαν. τούτων ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσεν, οὐκέτι κατέχειν ἑαυτὸν οἷός τε ἐγένετο. ταχὺ γοῦν συσκευασάμενος ὅλαις ὁρμαῖς τὴν ἐς Ἰκόνιον ἐφέρετο, γράμμασι περὶ τούτου τῷ σουλτὰν μεμηνυκὼς πρότερον. εἶχε δὲ τὰ γράμματα ὧδε. "εἰδέναι βουλόμεθά σε πράγμασιν ἐγχειρεῖν, ἃ τὴν ἡμετέραν κατὰ σοῦ διερεθίζουσιν ἔφοδον. Πρακανάν τε γὰρ οὐδέν σοι προσήκουσαν αὐτὸς ἀφελόμενος ἔχεις, καὶ πρός γε Ῥωμαίων ἔναγχος ἐπῆλθες τῇ γῇ. σὺ δὲ καὶ Ἰαγουπασὰν ἀνδρὶ Ῥωμαίοις ὑποσπόνδῳ πλείστοις τε ἄλλοις τῶν τῇδε φυλάρχων οὐκ

1. κατενηνέχθαι] Cod. κατενηνέχθη. 7. λαφύρων] Ita Tollius. Cod. λαφύροιν. 11. ἀντιστρατοῦντος] Fort. ἀντιστρατεύοντος.

sus fere expers permaneret. tum recreatus paululum, recuperataque consequente die valetudine, ipse quidem substitit; suorum vero partem dimisit, praefectis ad rem peragendam idoneis ducibus. hi confestim hostibus obviam facti, iisque profligatis, victorem exercitum cum multiplici praeda, ovantes reduxerunt. dum haec aguntur ab imperatore, Persae, rebus ad bellum paratis, cum ingenti militum multitudine in Thracesiorum terram irrumpunt, et resistente nemine (nam Theodorus cognomento Contostephanus, ad id ab imperatore missus, exercitu comparato, nondum advenerat) castellum illi non longe a mari dissitum, quod Celbianum vocant, populabundi ineunt, factaque non modica praeda, regrediuntur. his imperator cognitis, impos sui statim cum universis copiis citato impetu Iconium contendit, scriptis prius ad Sultanum literis, quibus consilium suum nuntiaret. harum haec fuit sententia. "scire te volumus nostrae huic adversus te expeditioni molimina tua causam praebuisse. neque enim tantum Pracanam haud tui iuris civitatem, a te pridem expugnatam, detines, sed et in Romanos agros nuper irrupisti. Iagonpesanem quoque socium nostrum, compluresque alios ibi phylarchos

ἀνίεις τρόπῳ τινὶ πολεμῶν. καίτοι ἔδει σε ἄνδρα ξυνετὸν ὄντα
C ἐκεῖνο κατανοεῖν ὡς οὐκ ἄν ποτε Ῥωμαῖοι τοιάδε περιφρονούμενοι καταδέξαιντο ἄν, καὶ λελείψεταί σε πολυπλασίαν ἅμα θεῷ τὴν ποινὴν ἀποδοῦναι. ἢ τοίνυν ἀπόσχου τῶν παραλόγων, ἢ μὴν ἐν παρασκευῇ ἔσο ὡς αὐτίκα Ῥωμαίους ὑποστησόμενος." τὰ μὲν δὴ γράμματα ἐν τούτοις ἦσαν. ὁ δὲ ταύτην αὐτῷ κομισθεῖσαν ἀναλεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν ἀμείβεται ὧδε. "ἐδεξάμεθά σου τὰ
V 18 γράμματα, μέγιστε βασιλεῦ. καὶ δὴ καὶ παρεσκευάσμεθα ὥσπερ ἐκέλευες. σὸν δ' ἂν εἴη λοιπὸν ἐπιταχήσειν τὴν ἄφιξιν, μηδὲ μακραῖς ἡμᾶς ἐνταῦθα διάγειν ἐπαγγελίαις. τἆλλα δ' ὅπως ἔσται θεῷ καὶ ἡμῖν μελήσει. χῶρος δ' ἡμῖν εἰς ξυντυχίαν Φιλομίλιον τόδε ἔστω, οὗ δὴ ἐν τῷ παρόντι ἡμᾶς ἐστρατοπεδεῦσθαι ξυμ-
D βαίνει." τούτοις ὁ σουλτὰν φορτικώτατα βασιλεῖ διαμειψάμενος, ὁ μὲν αὐτοῦ που ἐν Φιλομιλίῳ, ἔνθα τὸ πρῶτον ἐνστρατοπεδευσάμενος ἔτυχε, σὺν τῷ πλείονι τοῦ Περσῶν ἔμεινε στρατοῦ, μοῖραν δέ τινα τούτων ἀποτεμόμενος ὑπαντιάζειν Ῥωμαίοις ἐπιοῦσιν ἐξέπεμπεν. οἳ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἀγχοῦ πόλεως Ἀκρουνοῦ περί τινα χῶρον ᾧ Καλογραίας βουνὸς ἡ κλῆσίς ἐστι βασιλεῖ γεγονότι συμμίξαντες ἡττήθησάν τε κατὰ κράτος καὶ φυγάδαι ἐπὶ τὸν σουλτὰν ἦλθον. πολλοί τε ἄλλοι καὶ Χαιρὴς παρὰ Πέρσαις ὀνομαστὸς Ῥωμαϊκῆς ἔργον ἐγένετο μαχαίρας. ὁ δὲ τῷ συμπεσόντι καταπλαγεὶς τὴν ψυχήν, οὐδ' ὅσον ἐνσκευάσασθαί τι, οὐδ' ὅσον κομίσασθαι τῶν πρὸς τὴν χρείαν τῷ χώρῳ ἐπιμείνας
P 23 ᾤχετο φυγὰς ἐκεῖθεν ἀπιών. ὃ πυθόμενος βασιλεὺς ἀμφοτέρων

bello lacessere non desinis. tibi autem viro prudenti cogitandum fuit, nequaquam id neglecturos Romanos, multiplicemque a deo vindice istiusmodi facinoribus poenam rependendam. proinde vel abstine huiusmodi iniquitatibus, vel ad sustinendos extemplo Romanos te praepara." literarum id fuit argumentum: quas simul ac ille traditas perlegit, in hunc modum rescripsit. "literas tuas accepimus, maxime imperator, paravimusque omnia quae iussisti. reliquum tibi est accelerare adventum. nobis autem crebris identidem missis legationibus hic morari non convenit, cetera et deo et mihi curae erunt. locus vero congressui Philomelium erit, ubi modo castra posuimus." arrogantissimo hoc misso ad imperatorem responso, Sultanus Philomelii, ubi castra prius locaverat, cum maiori Persicarum copiarum parte consistit, reliquas vero mittit, qui adventantibus Romanis occurrerent. atque illi haud multo post cum imperatore qui prope Acrunum aderat, civitatem in ea sitam regione quae Calograeae collis nuncupatur, praelium conserunt, funditusque deleti ac superati, quam celerrime fugiunt ad Sultanum; complures, quos inter et Chaeres, magni vir apud Persas nominis, Romanorum gladiis interiere. ille ex accepta clade animo confusus, nec instaurare curans aciem, aut rebus loco necessariis providere, fugae et ipse se dedit. quo cognito

τε ἐπικερτομῆσαι αὐτὸν διανοηθείς, θράσους τε τοῦ πρότερον καὶ δειλίας τῆς εἰσέπειτα τοῦ μετρίου πέρα γεγενημένον, ἐπέστειλεν αὐτῷ τοιάδε. "ἔδει μέν σε, ὦ γενναῖε, ἐκεῖνο καλῶς εἰδότα, ὡς ὅσον αἰσχρόν ἐστιν ἡ δειλία τοσούτῳ μᾶλλον αἴσχιον γίνεται, ὁπηνίκα θράσος αὐτῆς προηγησάμενον τύχοι, μὴ οὕτως ἀνεπιστρόφως τῶν ἐς τὸν πόλεμον ἔχειν. ἐπεὶ δ' ὥσπερ παντάπασιν ἐπιλελησμένος λήματός τε τοῦ προτέρου, ὧν τε ἔναγχος ἐς τὴν ἡμετέραν ἐπέστειλας βασιλείαν λόγον πεποιημένος οὐδένα ἀποτρέχεις οὐκ οἶδα ὅπη, ἡμεῖς ἰδού σοι τούτων ἀνάμνησιν φέρομεν. εἰ μὴ τοίνυν ἐν Φιλομιλίῳ, ὥσπερ ἤδη φθάνεις ἡμῖν ἐπηγγελμένος, τὴν ἡμετέραν ἀναμενεῖς ἄφιξιν, λείπεταί πάντως ὡς τὸ B γενναῖον ἐκεῖνο καὶ μεγαλόψυχον αὐτὸ σφόδρα δειλὸν καὶ ἀγεννὲς ἀντιπεριέστί σοι." τὰ μὲν δὴ γράμματα ἐν τούτοις ἦσαν. βασιλεὺς δὲ ἐν Φιλομιλίῳ γενόμενος αὐτὸ μὲν κατὰ κράτος τε εἷλε καὶ ἐνέπρησεν ἅπαν. Ῥωμαίων δέ τινας μακροῦ τοῦ χρόνου ἐνταῦθα ὑπὸ φρουραῖς καθειργμένους εὑρὼν ἔλυέ τε τῶν δεσμῶν τοὺς ἀθλίους καὶ φῶς ὁρᾷν παρεῖχεν ἐλεύθερον. Πέρσαι γὰρ τὸ μὲν πρῶτον δυνάμει τῇ σφῶν θαρρεῖν ἔχοντες, ἄλλοθι γῆς βασιλέως ἐπιόντος μετοικίζειν αὐτοὺς οὐδαμῇ ἔγνωσαν· ἐπεὶ τὸ δέος αὐτοὺς ἤπειγεν, οὐχ ὅπως αὐτῶν κατημέλουν, ἀλλὰ καὶ τὰ σφέτερα περὶ ἐλάσσονος ἔθεντο. τῶν δὲ γραμμάτων ἀπενεχθέντων εἰς τὸν σουλτάν, εἴτε τὴν ἐντεῦθεν ἐπίπληξιν αἰδεσθείς, C εἴτε καὶ ἄλλο τι ἐννοησάμενος ὀπίσω ἐχώρει. ἐπί τινά τε χῶρον

7. λήματος] Cod. λήμματος. 21. τὰ σφέτερα] Cod. τὰ σφετέρου.

imperator, utrumque illi exprobrare gestiens, et quod audaciae primum et metus deinde excessisset fines, literas ad eum in hanc fere sententiam dedit: "non decebat te, generose princeps, qui probe noveras per se turpem metum fieri turpiorem, cum praecessit ferocia, bellum adeo segniter gerere. quandoquidem igitur propositi prioris immemor, et iis quae paulo ante ad maiestatem nostram rescripseras, neglectis, nescio quo recedis, ecce tibi horum memoriam refricamus. nisi itaque adventum nostrum, sicuti nobis iam antea nuntiasti, Philomelii opperiaris, reliquum erit, ut palam profiteamur magnanimitatem istam tuam degeneri timore elanguisse." literarum ea fuit summa. Manuël vero Philomelium progressus, urbem vi expugnat, totamque incendit, et e Romanis aliquot, qui captivi iamdudum detinebantur, pristinae restituit libertati. Persae quippe freti primo viribus suis, atque alio terrarum abeunte imperatore, de transferendis iis nequicquam cogitarant. at ubi illos incessit metus, non captivos modo, verum etiam propria neglexerunt. perlatis ad Sultanum literis, sive ex castigatione principis pudore suffusus, sive alia nescio qua de causa, retulit pedem, regio-

Ἀνδραχμᾶν Περσικῶς ὠνομασμένον ταχὺ γεγονώς, ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύετο. ταῦτα ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσε, παραυτίκα διεκόσμει τὸ στράτευμα, πόλιν τε Ἀδριανούπολιν ὑπερβὰς (διαβαίνει γὰρ καὶ ἐς αὐτὴν Λυκαονίαν τὸ ὄνομα τοῦτο) ἔν τινι χώρῳ Γάϊτα ὄνομα τὴν παρεμβολὴν ἐποιήσατο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ (ἤδη γὰρ οὐ πόρρω ἀποσκηνοῦν ἀμφοτέροις συνέβαινε τοῖς στρατεύμασι) ταξάμενος προσώτερον ἐχώρει, ἐπειδή τε ὁμόσε τοῖς Πέρσαις ἦλθεν, ἔργου εἴχετο. Πέρσαι τοίνυν μηδὲ τὴν πρώτην Ῥωμαίους ὑποστάντες ἐς ὑπαγωγὴν ἔκλιναν. οἱ δὲ κατὰ νώτου αὐτοῖς ἐφεπό-
D μενοι οὓς μὲν ἀνῄρουν, οὓς δὲ ἐζώγρουν. ὁ δὲ σουλτὰν οὐ πρότερον ἀνῆκε φεύγων πρὶν ἢ τεταραγμένος ἐς Ἰκόνιον ἐλθὼν ἐντὸς τειχέων εἰσπεσεῖν· ἐπειδή τε ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθεστήκει, βουλὴν βουλεύεται τοιάνδε. μένειν μὲν ἔνδοθι οὐ πάνυ τι ἐθάρρει, ὡς μὴ ἐνταῦθα κατακλείσας ἑαυτὸν ἀπρόϊτον πολιορκοῦσι Ῥω-
V 19 μαίοις ἐργάσηται, ἄλλως τε καὶ τὸ τοῦ πολέμου τέλος οὐκ εἰδὼς εἰς ὅ τι τύχης αὐτῷ περιστήσεται, ἐν στενῷ περισχεθῆναι ἀξύμφορον ᾤετο. καὶ δὴ τὸ μὲν τοῦ στρατεύματος ἐπὶ φυλακῇ τῆς πόλεως ἔταξε, τὸ δ' ἄλλο διχῇ διελὼν τὸ μὲν κατὰ νώτου τῆς
P 24 πόλεως ἐπὶ τοῦ κατάντους ἔστησεν, ὃ δὲ αὐτὸς ἔχων ἐν δεξιᾷ παρετάξατο τῇ τοῦ ὄρους ὀχυρότητι μάλιστα πεποιθώς, ὃ μεταξὺ πόλεως Ἰκονίου καὶ τοῦ φρουρίου Καβάλλας ὑπερτείνει.

6. Πέρσαι μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν· βασιλεὺς δὲ ἐπειδὴ πρὸς τῇ Καβάλλᾳ ἤδη ἐγένετο, δαιμονίᾳ τινὶ κεκινημένος ὁρμῇ

nemque Andrachmam a Persis nuncupatam magnis itineribus petiit, ibique castra posuit. id postquam accepit imperator, apparato confestim exercitu, urbem Adrianopolim supergressus (istud quippe nominis ad Lycaoniam usque excurrit), in quadam regione, quam Gaïtam vocant, fixit tabernacula. postera die, cum levi utique intervallo utraque derimeretur acies, instructo agmine, castris excedit, signisque cum hostibus collatis, praelium init. ac Persae quidem primum Romanorum non sustinentes impetum, ad receptum sese comparant. instant contra Romani a tergo, alios occidunt, alios capiunt vivos. Sultanus non ante destitit a fuga, quam perculsus metu intra Iconii moenia sese abdidisset. sed neque ibi adhuc in tuto positus, haec secum animo volvit. cum nempe vereretur, ne si intra moenia sese pateretur includi, Romanis urbem obsidione cingentibus, nullus sibi superesset evadendi locus: ancipites praeterea mente versans bellorum eventus, incertusque quo inclinatura esset fortuna, angusto coërceri loco haud opportunum arbitrabatur. itaque relicto ad praesidium civitatis idoneo militum numero, reliquos bifariam dividit. partem unam a tergo urbis, loco arduo, stare iubet: aliam, cui ipse praeerat, ad dexteram locat, fretus maxime positione montis, qui Iconium Caballamque castrum interiacet.

6. Dum haec agebantur apud Persas, pervenit imperator ad Caballam, ibique nescio quo oestro percitus, in Sultanum invadere decrevit: sed quo

τὴν ἐπὶ τὸν σουλτὰν ἐσφάδαξεν ἰέναι. οὐκ ἔχων δ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα στοχάσασθαι ὅπη αὐτὸν ξυνέβαινεν εἶναι, πρὸς βραχὺ μὲν ἐπεσχέθη τῆς ὁρμῆς, στρατηγικῇ δ' ἐμπειρίᾳ τῆς ἐν δεξιᾷ τῆς πόλεως ἐξηγεῖσθαι φάλαγγος αὐτὸν διεγνωκὼς (ὀξὺς γὰρ εἴπερ τις τὰ τοιαῦτα ἐτύγχανεν ὤν), αὐτίκα τοῦ σημειοφόρου λαβόμενος εἷλκε τοῦ ῥυτῆρος ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐπιστρέφων αὐτόν. διαπορουμένου δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ καὶ ἐν θαύματι μεγάλῳ B ποιουμένου τὸ πρᾶγμα, ὅπως ἐς τηλικαύτην ἀνυπέρβλητον ἰσχὺν ἀπροοράτως οὕτως παρακινδυνεύειν ἐθέλοι (ἐξεπλήττετο γὰρ αὐτοὺς τὸ μηδαμοῦ τοῦ στρατεύματος ἐκείνου διαφαίνεσθαι, κἀντεῦθεν ᾤοντο πρόδρομα ταῦτα τῆς σὺν τῷ σουλτὰν ἔσεσθαι παρατάξεως τῷ τοῦ ὄρους ὡς εἰκὸς ἀμφιλαφεῖ κρυπτομένης), θαυμαζόντων οὖν, αὐτὸς ἠρέμα διακεχυμένος τὸ πρόσωπον "ἄνδρες" ἔφη "Ῥωμαῖοι, μὴ δὴ τέχνη βαρβαρικὴ δεδιττέσθω τὴν ἡμετέραν ἀγχίνοιαν, μηδ' ἐπὶ τὰς σημαίας ἀπεῖναι ξυμβαίνει τοῦ κατα μέτωπον ἡμῖν ὁρωμένου τούτου στρατεύματος, ἀλλαχόθεν που ταύτας σὺν στρατεύματι ἄλλῳ παρεῖναι οἴεσθε. οὔτε γὰρ ἑτέρα C τις μοῖρα δυνάμεως ὑπολέλειπται οἶμαι Πέρσαις, καὶ τὰ σημεῖα δὲ σφίσιν αὐτοῦ που καὶ ἐπὶ τῇ λόχμῃ ἑστᾶσιν ἐν τῷ ἀφανεῖ, ἵν' ἐπιδείξει πλήθους ἐκπλήττειν ἡμᾶς ἔχοιεν. μὴ τοίνυν τοῦ πλήθους θαμβεῖσθε τὸ βάρβαρον, περιφρονεῖτε δὲ μᾶλλον τῆς ἀσθενείας. οὐ γὰρ πέφυκεν ἀλήθεια φαντασίᾳ συγγίνεσθαι. ἀλλ' ἐγὼ μὲν σὺν τῶν ταγμάτων τοῖς ἐμπροσθίοις ἄπειμι παρ' αὐτὰ συμ-

10. *ἐκείνου*] Fort. addendum *τὰς σημαίας*. 15. *μηδ' ἐπὶ*] Fort. *μηδ' εἰ*.

is loco consideret, cum statim non potuisset rescire, animi impetum paulisper inhibuit. tum militari, qua potissimum praestabat experientia, edoctus, ad dexteram civitatis praeesse illum militum cuneo, signiferum fraeno apprehensum eo confestim trahit, rapitque. stupuit ad eiusmodi facinus Romanus exercitus, magni instar miraculi ratus esse, quod tantas copias, et quae suas numero longe excederent, inopinato vellet aggredi atque ita praelii aleam subire. terrebat enim quod non appareret agmen illud hostile, eosque quos videbat, praecursores esse arbitraretur copiarum hostilium, quae forte in montium faucibus delitescerent. ea admiratione defixis, leniter subridens "viri" inquit "Romani, animorum nostrorum solertiam ne perturbet barbarorum strategema. neque enim propterea quod ab exercitu, qui e regione conspicitur, abesse signa contingat, ea aliunde cum alio exercitu adfore existimandum est. nullam, ut arbitror, aliam exercitus partem habent Persae: sed intra arbusta et in obscuro habent militaria signa, ut ostentatione multitudinis terrorem nobis incutiant. nolite numerum extimescere barbarorum, spernite potius imbecillitatem; iis enim quae fucum faciunt, adest raro veritas. contendo igitur cum his qui coram sunt conser-

μίξων αὐτοῖς, ὑμᾶς δέ μοι ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατεύματι ξυντεταγμένους ἐπιέναι χρεών, μή ποτε πολεμίων ἐνέδραις περιπεσεῖν γένοιτο." ταῦτ' εἰπὼν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἵετο,
D χώραν αὐτὸς τὴν ἐν ἀριστερῷ κληρωσάμενος, ἅτε τῷ μεσαιτάτῳ ἀντιμετωποῦσαν τοῦ τῶν ἐναντίων στρατεύματος, ἔνθα πλείστους τε καὶ ἀρίστους ξυνέβαινεν εἶναι Περσῶν. Πέρσαι τοίνυν μάχαις οἶμαι ταῖς προλαβούσαις περιῃρημένοι τὴν τόλμαν, ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαϊκὴν εἶδον ῥομφαίαν, τὴν τάξιν ἀπολιπόντες οὐδενὶ κόσμῳ ἐφέροντο, ὅπως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος ἐνθένδεν ἀπαλλάσσοιτο σπουδὴν ἔχοντες. ἔνθα καὶ τὸν σουλτὰν ἡ φήμη παρεῖναι διήγγελλε. φευγόντων οὖν Ῥωμαῖοι τῇ διώξει ἐγκείμενοι πολύν τινα κατέτριψαν χρόνον. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν· τὸ δὲ ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα κατὰ νώτου συντεταγμένως ὥσπερ εἴρηται ἐπιὸν τὸ μὲν πρῶτον λόχοις τισὶν ἐξ ἀπροσδοκήτου περιτυχὸν ἐτρέψατο, εἶτα καὶ τῶν ἄλλων κατόπιν ἐπιθεμένων αὐτοῖς,
P 25 ὅσοι τε Ἰκονίου ἐντὸς φυλακὴν εἶχον (ἐπεξῄεσαν γὰρ ἤδη καὶ οὗτοι θαρσήσαντες τῷ τὸν αὐτοκράτορα μακρὰν ἄποθεν Ἰκονίου ποιεῖσθαι τὴν δίωξιν) καὶ ὅσοι ἐν τῷ κατάντει τῆς πόλεως ὀπίσω καθάπερ εἴρηται ἐτάξαντο, κλονεῖσθαι ἤδη ἤρξατο. ὅπερ ἐπειδὴ τάχιστα βασιλεὺς ἤκουσε δυνάμεις τῶν σὺν αὐτῷ τὴν ταχίστην ἐξέπεμπεν ἐπ' αὐτοῖς, ὧν Πυρρογεώργιός τε ἦρχεν ἀνὴρ δραστή-
V 20 ριος μάλιστα, ὃς καὶ τῷ τοῦ πριμικηρίου τῆς αὐλῆς ἐσύστερον τετίμηται ἀξιώματι, καὶ ὁ Χουροὺπ ἐς τοὺς βασιλέως καὶ πρὸς τῆς ἁλουργίδος ὑπηρέτας τελῶν. ἀλλὰ καὶ τούτων βεβοηθηκό-

4. ἀριστερῷ] Malim ἀριστερᾷ.

turus manus. vestrum erit cum ceteris copiis subsequi, ne alias hostium insidiis circumveniamur." haec locutus imperator impetu magno in hostes fertur, locumque occupat sinistrum mediae illorum obversum aciei, in qua plurimi stabant optimique Persarum. at hi superioribus, ut opinor, praeliis attriti repressaque audacia, ubi Romanos micare gladios vident, relictis ordinibus dissipantur passim, unoquoque militum inde evadere inter primos adnitente. in quibus ipsum etiam aiunt adfuisse Sultanum. Romani dum fugientibus acrius instant non parum temporis consumpsere. atque ita quidem sese res habuit. aliae interim Romanorum copiae instructis, ut retuli, ordinibus a tergo succedentes primo quidem in insidias quasdam, necopinato delapsae fugantur. ingruentibus quoque a tergo aliis turbari etiam coeperunt: nam et quotquot erant Iconii praesidiarii milites excesserant, ea fiducia, quod imperatorem longius ab urbe insequendi ardor abripuisset: ut et quotquot post civitatem, uti memoratum, in declivi steterant. id simul accepit Manuël, partem copiarum quanta potest celeritate mittit, quibus praepositus fuit Pyrrogeorgius, vir maxime industrius, qui postmodum primicerii aulae dignitate auctus est, et Churupus, inter ministros imperatoris, qui a purpura sunt, allectus. illis licet adiuvantibus, nihilo secius rursum

τῶν οὐδὲν ἧττον καὶ πάλιν κλονεῖσθαι συνέβαινεν ἅπαξ πεποιηκὼς τὸ στρατιωτικόν. ἀλλὰ βασιλεύς, ἦν γὰρ ὀξύτατος τὸ δέον B εὑρεῖν καὶ καταστοχάσασθαι τοῦ πρακτέου δεξιώτατος, ἔγνω ἐπινοίας μᾶλλον ἢ ἰσχύος ἐνταῦθα χρῄζειν τὸ πρᾶγμα. αὐτίκα τοίνυν τῶν τινα στρατιωτῶν καλέσας, Βεμπιτζιώτην μὲν ἐπικεκλημένον πόλεως δὲ ὡρμημένον Ἀδριανοῦ, ἐκέλευε τὸ κράνος τῆς κεφαλῆς ἀποθέμενον μετέωρόν τε αὐτὸ ἐπὶ τῆς χειρὸς πανταχόσε περιδινοῦντα τὴν τοῦ σουλτὰν δῆθεν ἐπὶ τοῦ στρατεύματος διακηρυκεύεσθαι ἅλωσιν. οὗ γεγονότος ἀνεθάρσησέ τε παραχρῆμα τὸ Ῥωμαϊκὸν καὶ τοὺς ἐναντίους ἰσχυρῶς ἐγκειμένους ἀπεώσατο. οὕτω πολλάκις ἓν βούλευμα συνετὸν ὑπὲρ μυριοπληθεῖς ὤνησε χεῖρας, καὶ ἀνδρὸς ἑνὸς ἀρετὴ πολλῶν ἀσπίδων δυνατωτέρα γίνεται. ἀλλὰ τότε μὲν ἐπειδὴ τάχιστα νὺξ ἐγένετο, αὐτοῦ που ηὐλίσαντο· ὄρθρου δὲ ἄρας ἐκεῖθεν πρὸς Ἰκονίῳ ἐστρατοπεδεύσατο. ὡς δὲ κύκλῳ περιελθὼν οὐκ εὐέφοδον εἶναι αὐτὸ κατε- C νόει, ἥ τε φήμη, ἣ ἔθνη τὰ πρὸς δύοντα ἥλιον ἐξ ἐθῶν ἐπαναστάντα τῶν πατρίων ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων παμπληθεὶ ἐμήνυε φέρεσθαι, ἑκάστης ηὔξανεν ἡμέρας, τοῦ μὲν πολιορκεῖν ἀπέσχετο, χρόνου τε πλείονος καὶ μείζονος ἄλλης ἢ κατ᾽ ἐκείνην δῆθεν νομίσας παρασκευῆς, δῃώσας δὲ καὶ ἀφανισμῷ τὰ ἐν ποσὶ παραδοὺς ἐκεῖθεν ἀπήλαυνεν. ὅτε δὴ λέγεται ὡς τοῖς πρὸ τῆς πόλεως Περσῶν τάφοις πολλὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἐνυβρίσαντος ἔκθετά τε τῶν σωμάτων ὡς πλεῖστα πεποιηκότος, ὁ δὲ οὐδ᾽ ἐν τηλικαύταις και-

11. οὕτω πολλάκις] Expressit Euripidis sententiam. Vide Stobaeum Flor. 54. p. 205. et Nicephorum Bryenn. p. 102. C. 16. ἐξ ἐθῶν] Fort. ἠθῶν. 19. δῆθεν] Fort. δεῖσθαι.

conturbatur acies. at imperator animo perspicacissimus et in rebus investigandis solertissimus, consilio potius quam armis rem tum egere animadvertit. advocato igitur cuidam e militibus, nomine Bempitziotae, qui Adrianopoli oriundus erat, iussit ut demptam capite galeam, et manibus in altum sublatam circumferret ubique, captumque esse Sultanum magna per exercitum voce proclamaret. id strategematis Romanorum extemplo sublevavit animos, vimque hostium acrius insistentium retudit. ita saepe numerosis copiis utilius fuit consilium prudens, virique unius virtus clipeorum robore validior. at deficiente die, ibi pernoctatum. inde primo mane profectus ad Iconium castra posuit, quod cum undique explorasset adituque haud facile esse vidisset, rumore ad haec increbrescente in dies, Occidentis populos patriis excitos sedibus ingenti multitudine ad fines Romanorum contendere, ab oppugnatione quidem destitit longiore tempore et maiore apparatu, quam qui aderat, opus sibi fore animadvertens; sed obviis quibusque incensis et perditis recessit. ferunt tum militibus Romanis foede ac contumeliose Persarum posita iuxta urbem sepulcra tractantibus, nec non ex iis multa refodientibus cadavera, principem eo difficilium temporum momento,

ρῶν ὀξύτησι καθυφεῖναι θέλων τοῦ μεγαλοπρεποῦς τῆς τὸν σουλ-
D τὰν γειναμένης παντάπασιν ἀνύβριστον τηρηθῆναι τὴν κόνιν ἐκέλευε, χρῆναι τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ σωφρονοῦσιν εἰπὼν αἰδεῖσθαι μᾶλλον δυστυχοῦσαν εὐγένειαν, γράμμα τε χαράξας οὐ πόρρω θρύψεως ὂν παρὰ τὴν τοῦ σουλτὰν ἔπεμπε γαμετήν. εἶχε δὲ ὧδε τὸ γράμμα. "εἰδέναι βουλόμεθά σε, ὡς τὸ τῆς ἡμετέρας παιδίον βασιλείας ὁ σουλτὰν ζῇ καὶ ἔτι περίεστι τὰς τοῦ πολέμου χεῖρας διαπεφευγώς." ἡ δὲ πρόβατα περί που τὰ δισχίλια καὶ βοῶν μέγα τι χρῆμα καὶ πλεῖστα ἄλλα τῶν ἐδωδίμων ἐν παρασκευῇ μὲν εἶχεν ἐφ' ᾧ βασιλέα τούτοις δεξιώσαιτο· ἐπεὶ δὲ πυρὶ τὰς πρὸ τῆς πόλεως οἰκοδομὰς καθάπερ εἴρηται τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔφλε-
P 26 ξεν, οὐκέτι πέρατι τὸν σκοπὸν ἔδωκε. καὶ ταῦτα μὲν τοιάδε τινὰ ἦσαν. βασιλεὺς δὲ ἐπειδὴ τῆς ἀποπορείας ἤρξατο, γράμμα καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν σουλτὰν ἔπεμψεν. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε· "πολλά σε πολλάκις ἀναζητήσαντες οὔπω ἐτύχομέν σοι. φεύγεις γὰρ ἀεὶ καὶ καθάπερ σκιὰ διολισθαίνεις ἡμῶν. ἵν' οὖν μὴ καὶ δοκοίημεν σκιαμαχεῖν, τῷ τέως μὲν ἄπιμεν παλινοστοῦντες· ἔαρος δὲ σὺν μείζονι τῇ παρασκευῇ ἐπί σε ἥξομεν. μελήσει δέ σοι τοῦ μὴ καὶ τότε ἀναξίως οὕτως ἑαυτοῦ φεύγοντι οἴχεσθαι διόλου."

7. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν τὰ γράμματα. Περσῶν δὲ οἱ ἀνωτάτω πόλεως ᾠκοῦντο Ἰκονίου, ἔνθα Τανισμὰν ἦρχεν ἐκεῖνος, δυνάμεις ὡς πλεῖσται ἐπὶ ὁμαιχμίαν παρὰ τὸν σουλτὰν ἀφικόμεναι συνέμιξαν ἤδη τούτῳ, αἷς ἐπαρθεὶς οὐκέτι

15. ἐτύχομέν σοι] Malim ἐνετύχομέν σοι. 21. ᾠκοῦντο] Cod. ᾤκοντο.

magnanimitatis non oblitum suae, inviolatus ut servaretur matris Sultani cinis, praecepisse: dixisseque, vel minimum sapientibus reverendam esse nobilitatem infelicem. scriptas itaque officiosas admodum literas ad Sultani coniugem mittit, in hanc sententiam: "scias velim, Sultanum maiestatis nostrae servum vivere, et superesse adhuc, vitatis belli periculis." illa vero pecudum circiter duo millia, boum copiam ingentem, et cibaria alia complura, quibus exciperet imperatorem, adparaverat. sed ubi aedificia suburbana, uti memoravimus, Romani incenderunt, haudquaquam executa est propositum. his ita constitutis, cum iam reditum moliretur imperator, iterum ad Sultanum scribit literas, eo argumento: "multum te saepenumero quaesivimus, necdum invenimus. fugis enim semper, atque instar umbrae te nobis subducis. ne itaque videamur bellum gerere cum umbra, domum denuo repetimus: proximo autem vere maiori cum apparatu ad te revertemur. providendum tibi ne et tum quoque fugam inertem quaquaversum capessas."

7. Haec ille; interea Persarum magna vis, quae regiones ultra Iconium sitas incolebat, ubi imperaverat Tanisman ille, auxilium ut ferret Sultano venit, illiusque copiis adiungitur. quibus ille elatus, non fugere, ut

φεύγειν ὡς τὸ πρότερον ἤθελε, ταξάμενος δὲ Ῥωμαίοις περί τινα B
χῶρον Τζιβρηλιτζημανὶ βαρβαρικῶς ὠνομασμένον ἤδη γεγενημέ-
νοις ἐπιθέσθαι ἠπείγετο. ἔστι δὲ ὁ χῶρος δυσπρόσοδός τε εἴπερ
τις καὶ ἀνδράσι μὴ ὅτι γε συντεταγμένοις, ἀλλ᾽ οὐδὲ πορευομέ-
νοις κατ᾽ ὀλίγους ῥᾳδίως διεξίτητος. τὸ μὲν οὖν ἄλλο Ῥωμαίων V 21
στράτευμα ἤδη ἀμφὶ τῷ χάρακι ἐπονεῖτο· βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν τῇ
ἡλικίᾳ τυραννούμενος τὸ δέ τι καὶ γυναικὶ οὐ πολλῷ ξυνοικήσας
πρότερον, κατὰ ἔθος τὸ αὐτῶν αὐτουργῆσαί τι ἐς τὴν μάχην
ἤθελεν. ἀνδρὶ γὰρ Λατίνῳ ἄρτι γυναῖκα εἰσοικισαμένῳ μὴ οὐχὶ
ἀριστέα φανῆναι αἰσχύνην οὐχὶ τυχοῦσαν ἐπάγεται. ὁ μὲν οὖν C
λόχους παρ᾽ ἑκάτερα ἐν φάραγξι δυσὶ καταθείς, ὃν μὲν ἐκ τῶν
καθ᾽ αἷμα καὶ ἐγγυτάτω αὐτῷ συνεστῶτα, ἐν οἷς ἄλλοι τε ἦσαν
τῶν αὐτῷ οἰκειοτάτων πολλοὶ καὶ οἱ ταῖς ἀδελφαῖς αὐτοῦ ξυνοι-
κοῦντες, ὃν δὲ καὶ ἐκ καταλόγων δύο στρατιωτικῶν, ὧν ἡγεῖτο
Νικόλαος ἐπίκλησιν Ἄγγελος, ἀνὴρ τήν τε χεῖρα γενναῖος καὶ ἀν-
δρείας εὖ ἥκων, αὐτοὺς μὲν αὐτοῦ ἡσυχῇ μένειν ἐκέλευεν, ἕως
ἐπὶ τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἱππαζόμενον ἴδοιεν. ὁ δὲ μόγις ἀξιοῦ-
σιν Ἰσαακίῳ τε πεισθεὶς τῷ ἀδελφῷ καὶ Ἰωάννῃ τῷ τῶν ἀνατο-
λικῶν καὶ δυτικῶν δομεστίκῳ, ἅμα αὐτοῖς ἐπί τι χωρίον ἦλθεν,
οὗ δὴ χορταγωγίας ἕνεκα τῶν τινας Ῥωμαίων σποράδας ἰόντας D
ἑώρα, ἐνταῦθά τε τὰ ὅπλα καλυψάμενος, ὡς μὴ ἐκ τοῦ παραλ-
λάσσοντος Πέρσαις κατάδηλος εἴη, τῶν Περσῶν τινας ὡς τὸ εἰ-
κὸς κακουργήσοντας ἰέναι ἐξεδέχετο. ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμόθεν

9. εἰσοικισαμένῳ] Cod. εἰσοικησαμένῳ.

ante, voluit: quin potius ordinato agmine cum Romanis, qui tum ad locum pervenerant, quem Tzibrelitzeman barbarico vocabulo nuncupant, praelium initurus deproperat. est vero is, si quis alius, difficilis accessu, nec explicato duntaxat agmini, sed et paucis incedentibus, aegre pervius. dum castra communire occupat miles, imperator, quem acrius pungebat aetatis vigor, quique paulo ante duxerat uxorem ex Latinorum gente, militari aliquo facinore, secundum eorum morem, vires suas decrevit experiri. viro quippe Latino, qui nuper coniugem sibi nuptiarum iure adiunxerit, nullum edere generositatis specimen, non modicum est dedecus. insidias igitur in vallibus binis locat, quarum alterae constabant ex agnatis, sibique arctissimo sanguinis nexu proximis, ac etiam sororiis: alterae ex duabus militaribus cohortibus conflatae erant, quibus praeerat Nicolaus cognomento Angelus, vir impiger manu, et fortitudine insignis. hos omnes isthic subsistere iubet, donec se conspiciant equo insidentem contra hostes progredi. vix autem rogantibus Isaacio fratri et Ioanni Orientalium atque Occidentalium domestico assensus, simul cum ipsis in locum quemdam proficiscitur, ubi Romanorum turmas aliquot sparsim pabulari animadvertit, ibique absconditis armis, ne a Persis ex eorum comparatione agnosceretur, opperiebatur, dum Persae, uti erat vero simile, in pabulatores irruerent. ubi vero nemo

αὐτῷ κατεφαίνετο, τῶν τινα Ῥωμαίων μεταπεμψάμενος στρα-
τιωτῶν, Πέρσην μὲν τὸ γένος Πουπάκην ὄνομα, ἀνδρεῖον δὲ ἄλ-
λως καὶ πολὺ τὸ δραστήριον ἔχοντα, ἐκέλευε προσωτέρω χωρή-
σοντα εἴπου Περσῶν τινας ἐπιόντας προσίδοι ἐπιμελέστατα δια-
P 27 σκοπεῖσθαι. ὁ μὲν οὖν ἀπῄει, καὶ μικρῷ ὕστερον ἐπανιὼν Περ-
σῶν οὐ πλείονας τῶν ὀκτὼ ἰδεῖν ἰσχυρίσατο. ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς
ἄλλους πρὸς ταῖς ἐνέδραις, καθάπερ εἴρηται, ἀπολιπὼν αὐτὸς
σὺν τῷ ἀδελφῷ καὶ τῷ δομεστίκῳ τοῦ Πουπάκη τὴν ὁδὸν σφίσιν
ὑποδεικνύντος ᾗ τάχους εἶχεν ἐπ᾽ ἐκείνους ἤλαυνε. γαμβροῖς μέντοι
τοῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοσοῦτον ἀγανακτῆσαι περιοραθεῖσιν ἐγένετο, ὥς
καὶ ὅρκοις φρικωδεστάτοις αὐτῶν τε ἕκαστον καὶ πάντας ὁμοῦ
ξυνδῆσαι καὶ καταλαβεῖν, ἦ μὴν μηδὲ βουλομένῳ ἂν οὕτω τύχῃ
ταύτην ξυνάρασθαι βασιλεῖ τὴν μάχην. βασιλεὺς δὲ οὔπω τοῖς
ὁραθεῖσιν ἀνεμίγνυτο τῶν Περσῶν, καὶ εἰς ὀκτωκαίδεκα τούτους
ἠθροῖσθαι συνέβαινεν. ἤθελε μὲν οὖν καὶ ἐσφάδαξεν ἐπ᾽ αὐτοὺς
ἰέναι· ὅπως μέντοι μὴ ἅτε εὐζωνότεροι ὄντες ἀποδρᾶναι δυνη-
B θεῖεν (οὐ γὰρ εἶχεν ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτῶν καθιππάσασθαι ἀπωτέρω
ἔτι ἑστώς), τοιάδε τινὰ ἐνενόει. ἐκέλευε τὸν Πουπάκην ἔγγιστα
αὐτῶν γεγονότα, ἐπειδὰν προσιόντων αἴσθοιτο, φεύγειν δυνάμει
τῇ πάσῃ ἕως ἤδη παρ᾽ αὐτὸν γένοιτο. ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευ-
σθὲν ἐποίει, ἐπεί τε διώκεσθαι πρὸς τῶν βαρβάρων ἤρξατο ἤδη,
ἔφευγε λοιπόν· οὐ μέντοι παντάπασιν κατετάχει τὸν δρόμον, ἀεὶ
δὲ ἐλπίδα τοῦ καταληφθήσεσθαι σφίσιν ἐμπαρεχόμενος ἔλαθεν.

4. προσίδοι] Malim προΐδοι. 12. ἦ μὴν μηδὲ] Cod. ἦ μὴ μὴν δέ. 18. τοιάδε τινὰ] Cod. τοιάδε τι.

in conspectum venit, militem vocat ad se, Persam quidem genere, virum ceteroquin magnanimum, manuque strenuum, nomine Pupacem, huic praecipit, ut progrediatur longius, speculeturque diligentissime, num forte adventantes aliunde Persas conspiceret. abit ille, et exiguo post tempore, haud amplius octo se vidisse renuntiat. tum vero princeps, reliquis, ut ante dictum est, in insidiis relictis, cum fratre et domestico, praemonstrante viam Pupace, quanta potuit celeritate in eos contendit. at illius consanguinei, quod nullo loco habiti visi essent, tanta exarserunt indignatione, ut horrendis sacramentis se, et quotquot aderant omnes, constringerent, etiam si iuberet, deinceps una cum imperatore non se amplius certaturos. ille visos Persas non ante est adortus, quam coivissent numero octodecim. cum igitur vellet gestiretque illos statim invadere, ne cum essent expeditiores, fuga se proriperent; nec posset cum iis collato pede praeliari, quod ipse adhuc distaret procul, tandem id comminiscitur. Pupacae imperat, ut Persis accederet quam proxime, et simul ac illos cerneret advenire, fugam arriperet, nec desisteret, donec sibi adiungeretur. mandata ille executus, barbaris insequentibus, paulatim cessit, non tamen ita maturavit fugam, ut sui attingendi spem praeriperet hostibus: cum vero ii fraudis nescii ad im-

οὕτως ἄχρι καὶ εἰς βασιλέα τούτους παρελκυσάμενος· οὐ μὴν οὐδὲ ὡς τοῦ κατὰ σκοπὸν βασιλεὺς ἔτυχεν. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν εἶδον θᾶττον ἢ λόγος ἐξιππασάμενοι ᾤχοντο· ὡς δὲ πεντήκοντα ἑτέροις κατόπιν αὐτῶν ἰοῦσι συνῆλθον, τῷ πλήθει θαρσήσαντες ἐλογίζοντο ἤδη ὡς ἐπιόντα τοῦτον ὑποστησόμενοι. ὁ δὲ καίτοι πολλὰ C
τῶν ἀμφ' αὐτὸν οὐκ ἐπαινούντων τὸ ἐγχείρημα (πολλῷ γὰρ ἔφασκον ἤδη ἄποθεν τοῦ στρατεύματος αὐτοὺς γεγενῆσθαι), ὅλοις ὅμως ῥυτῆρσιν ἐδίωκεν οὐδένα καιρὸν ἀνιείς. μέχρι μὲν οὖν τινος συμπαρῆν αὐτῷ καὶ ὁ σεβαστοκράτωρ καὶ συνιππάζετο· ἐπεὶ δὲ τοῦ ἵππου ἤδη αὐτοῦ κεκμηκότος οὐκέτι προσώτερον χωρεῖν ἠδύνατο, αὐτὸς μὲν αὐτοῦ που ἐλέλειπτο, τήν τε σωτηρίαν ἤδη ἀπο- V 22
γνοὺς πολλὰ τὸν ἀδελφὸν παρεκάλει γυναικός τε καὶ παίδων πέρι τῶν ἑαυτοῦ. ὁ δὲ αὐτῷ μὲν ἐπετίμα καὶ τὴν ὀλιγωρίαν ὠνείδιζεν "εἶτα" λέγων "ὦ φίλτατε ἀδελφέ, ζῶντά με ὑπείληφας ὑπὸ ταῖς τῶν πολεμίων σε λελοιπέναι χερσί; μὴ σύ γε· μὴ οὕτως ἀναξίως ἑαυτοῦ καὶ φρόνει καὶ λέγε." τοῦ δὲ "ἀλλὰ κἂν μεῖνον γοῦν, ὡς D
συνέψομαί σοι τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἰόντι" προστιθέντος τοῖς λόγοις, "μετὰ τὴν συμπλοκὴν" ἔφη, "θᾶττον ἢν διδῷ θεὸς ἐπί σε ἥξω· ὡς νῦν γε πρὸς ἑτέροις τὸν νοῦν ἔχω, καί με ἡ τοῦ ἀνδραγαθίζεσθαι ἐπιθυμία δεινῶς ἐφ' ἑαυτὴν ἕλκει." ταῦτ' εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἤλαυνεν. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν βασιλέα τῇδε ἐφέροντο· οἱ δ' ἐπὶ τῶν λόχων καθάπερ εἴρηται τεταγμένοι τῶν ἐπὶ δόξης τινὰ ἐπίκλησιν Κοτέρτζην ὅπῃ ποτὲ τύχης

10. **προσώτερον] Tollius προσωτέρω.**

peratorem usque fuissent pertracti, nihil inde tamen ex animo ille consecutus est. ipso quippe animadverso, statim fugae se dedere. mox adiuncti quinquaginta aliis subsequentibus, numero confisi, consilium capiunt opperiundi imperatoris. ille, etsi comites ut plurimum facinus improbarent seque dictitarent procul semotos ab exercitu, tamen laxis habenis, ne tantillum quidem moratus, insequitur. aliquamdiu quidem etiam sebastocrator ipsi aderat et una cum eo fugientes hostes equo vectus sequebatur. ubi vero fatigato iam equo pergere ulterius non potest, despondens animum saluteque quodammodo desperata, fratrem obsecrat, uxorisque ac liberorum curam habeat hortatur. at ille succensens fratri exprobransque metum "frater" inquit "carissime, mene dum superstes sim existimas sub manibus te hostium relicturum? noli, quaeso, tam indigne de me aut sentire, aut loqui." tum ille "mane igitur" ait "donec tecum barbaros aggrediar." imperator autem "post initum praelium" inquit "quam cito deus dederit ad te redibo. nunc quidem alia animo obversantur, ac nescio quae praeclari cuiuspiam edendi facinoris me tenet libido." his fratrem allocutus irruit in hostes. atque ille tum casus imperatori obvenit: qui vero in insidiis, uti memoravimus, positi erant, quemdam e magnatibus Cotertzem nomine confestim mit-

P 28 ἔσχε τὰ κατὰ τὸν βασιλέα μαθεῖν σπουδῇ ἔπεμψαν. ἀλλ' αὐτὸν μὲν βασιλεὺς αὖθις ἐπ' ἐκείνους ἔπεμψεν ἥκειν τὴν ταχίστην κελεύσας αὐτούς. ὁ δὲ ἄρτι βουνόν τινα παρακείμενον διελθὼν ὅλῳ Περσικῷ ἐντυγχάνει στρατεύματι ἐς πεντακοσίους μάλιστα ξυνισταμένῳ, οὗ κατόπιν οὐ πολλῷ ἄποθεν πανστρατὶ ὁ σουλτὰν ἐπορεύετο. ἅμα τε οὖν εἶδε καὶ ἅμα τὸ δόρυ ἰθύνας κατ' αὐτῶν ἵετο πολλούς τε δορατίσας εἰς γῆν ἔβαλλεν. οἱ δὲ ὥσπερ εἰς ἀφασίαν ἐμπεπτωκότες ἑστήκεσαν ἀτρεμοῦντες. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο Ῥωμαίων δυνάμεις αἱ τὰς ἐνέδρας καθάπερ εἴρηται συμπληροῦσαι ἐγγὺς παρεφάνησαν βασιλέως αὐτὰς καθάπερ εἴρηται μεταπεμψαμένου, ὃ συμβαλλόμενοι Πέρσαι μέρος ἀποτεμόμενοι τῆς στρατιᾶς B κατὰ νώτου τούτῳ γεγονότας ἐκέλευον ἐμποδὼν Ῥωμαίοις ἐπιοῦσιν ἵστασθαι. ᾤοντο γὰρ ἤδη ἀρκύων ἐντὸς αὐτὸν περιποιησάμενοι ἔχειν. οἱ μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν· ὁ δὲ ὀρθίῳ τῷ δόρατι κατὰ γῆς ἐρεισάμενος ἵστατο, τόν τε Πουπάκην (παρίστατο γὰρ ἤδη τούτῳ) ἐκέλευε τηρεῖν ἀκριβῶς μὴ καὶ ἀπὸ τοῦ ἄγχιστα βουνοῦ διεῖρξαι Πέρσαις τὸ Ῥωμαϊκὸν γένοιτο, κἀντεῦθεν παντάπασιν ἀδιεξίτητα αὐτῷ ἔσται. ἀλλ' ὁ Πουπάκης τοὐναντίον ἤπερ αὐτὸς ἐβούλετο προσφερόμενος "μέθες τὸ λίαν" ἔλεγε, "μέθες ὦ δέσποτα. οὐχ ὁρᾷς οἷ κακῶν γενοίμεθα; μνῆσαι δὴ σωτηρίας τῆς ἑαυτοῦ." ὁ μὲν τοσαῦτα καὶ πλείω τούτων εἰπὼν ἐπειδὴ μὴ πείθειν εἶχε, κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. ὁ δὲ βασιλεὺς (οὐ γὰρ C ἐξῆν αὐτῷ μὴ οὐχὶ σὺν ἀτιμίᾳ τοῦ λοιποῦ διαδρᾶναι) τοῖς μὲν λεγομένοις προσέσχεν οὐδαμοῦ, τῶν δὲ πολεμίων αὖθις καθιππευ-

tunt qui sciscitaretur quem exitum habuissent ab imperatore tentata. verum hunc imperator ad eos rursus missum, quam cito iussit celerare. praetergressus ille adiacentem collem, incidit in agmen Persicum militum quingentorum, quod a tergo haud procul cum universa acie subsequebatur Sultanus. hos ut vidit, directa statim hasta in hostes ruit pluresque fortiter dimicando in terram prosternit. tantum facinus admirati illi, nescio quo stupore perculsi sunt. interea dum haec geruntur, iam prope conspiciebantur accitae iussu imperatoris Romanorum, quae latuerant, ut dictum est, in insidiis, copiae, quas postquam advertere Persae partem exercitus imperatori in tergum immittunt eamque ut adventantes Romanos prohiberet iubent. iam enim intra retia conclusum illum esse arbitrabantur. dum suas sic componunt acies, imperator defixae in terram hastae innixus, dat in mandatis Pupacae, qui tum ipsi aderat, ut curaret sedulo, ne Romanos a proximo colle arcerent Persae: ita quippe fore, ut omnis sibi intercluderetur exitus. sed enim Pupaces consilium respuens imperatoris: "desine" inquit "desine; nonne vides domine, quanta in mala praecipites ruamus? salutis tandem memineris tuae." haec igitur aliaque multa id genus clamitans, posteaquam nihil persuasit, iussa exequitur. cum enim non absque probro locum se deserere posse putaret imperator, eiusmodi monitis aurem praebere noluit. rursum

σάμενος καὶ αὐτῶν ἕνα κτείνας τοὺς λοιποὺς συνετάραξεν, ἀδείας τε οὕτω λαβόμενος ἐπί τι γήλοφον ἀνιὼν ἔστη, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἄλλοι τε αὐτῷ συνέστησαν καὶ πρό γε πάντων Ἰωάννης, ὃν ἅτε ἀδελφιδοῦν αὐτῷ ὄντα ἐς τὸ τῶν πρωτοσεβάστων χρόνοις ὕστερον ἀνεγράψατο ἀξίωμα. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοῦτον τὸν τρόπον περισωθεὶς ἐκεῖθεν ἀπηλλάττετο, ἱδροῦντος αὐτῷ κομιδῇ τοῦ ἵππου καὶ δεινῶς πνευστιῶντος. ὁ δὲ δομέστικος Ἰωάννης τοῦ βασιλέως ἔτι τοῖς πολεμίοις ἐμπλεκομένου κατόπιν ἀπολειφθείς, δείσας μὴ τῶν πολεμίων ἄλλοτε ἄλλων ἀεὶ κατὰ συστήματα ἐκφαινομένων ἔρημος D βοηθείας ὢν ὑπὸ χερσὶ γένοιτο ταῖς αὐτῶν, σκήψεις οὐχ ὑγιεῖς τινας ἐπὶ ξυμφέροντι τῷ αὐτοῦ ἀνέπλαττε, φάσκων μάλιστα ὡς ἐπίκαιρον εἶναι τὸν χῶρον οὗ δὴ αὐτὸς ἑστὼς ἔτυχε, καὶ δεῖν αὐτοὺς βασιλεῖ κατάντημα ποιουμένους ἐνταῦθα μᾶλλον ἠθροῖσθαι. πολλοὺς τῶν ἐς βασιλέα ἐκ τοῦ στρατοπέδου καθάπερ εἴρηται ἰόντων τούτῳ τῷ τρόπῳ παρ' ἑαυτῷ κατασχεῖν ἴσχυσε, πρὸς αὐτῶν τε διασωθεὶς ἐπὶ βασιλέα ἦλθεν. ὅτε δὴ αὐτὸς Ἰωάννης καὶ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων πολλοὶ ὠνείδιζόν τε αὐτῷ τὴν τόλμαν καὶ οὐ πόρρω θράσους εἶναι τὰ τοιαῦτα διετείνοντο. ἐμοὶ δὲ ταῦτα διασκοπουμένῳ θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως ἐν μέσῳ τηλικούτων γεγονότι κινδύνων V 23 οὐδὲ τετρῶσθαι γοῦν οὐδὲ βεβλῆσθαι ἐκείνης τῆς ἡμέρας συνέπεσεν P 29 αὐτῷ· εἴτε οὖν ἐκ τοῦ συχνὰ κατὰ τουτωνὶ τῶν βαρβάρων ἀνδραγαθίσασθαι πεῖραν τῆς αὐτοῦ παρασχόμενος σφίσι γενναιότητος ἀπρόσιτος μονονουχὶ τούτοις ἐγένετο, εἴτε καὶ τῆς προνοίας αὐτὸν περιεπούσης τρόποις οἷς αὐτὴ ἐπίσταται, λέγειν μὲν οὐ πάνυ

11. *μάλιστα ὡς*] Malim *ὡς μάλιστα*.

igitur in hostes progressus, uno ex iis occiso ceteris terrorem iniecit. auctis inde animis collem petit, quo et alii e Romanis conveniunt et ante omnes Ioannes fratris filius, quem postea sebastocratoris dignitate donavit. ita liberatus periculo princeps inde abscessit, sudante non modicum acriusque anhelante equo. Ioannes vero domesticus implicito hostibus imperatore relictus post tergum, veritus ne hostibus subinde turmatim subeuntibus, cum nulla adesset praeterea auxilii spes, veniret in eorum potestatem; haud sanos in his rerum angustiis suae salutis causa praetextus meditatus, locum in quo tum erat esse dicebat maxime opportunum, ac necesse esse ut qui ad regem se conferre vellent, eo potissimum loco sese colligerent. cum igitur plurimos ex iis, qui a castris pergebant ad principem, detinuisset, eorum ope servatus ad imperatorem venit. Ioannes autem Romanique alii imperatoris damnarunt audaciam, quod ad temeritatem propius accederet. mihi sane haec percensenti mirari subit, qua ratione in mediis versatus periculis neque vulneratus illo die neque laesus fuerit. an vero, quod crebrius rem fortiter adversus barbaros gerendo, generositatis suae non pauca hactenus dedisset documenta, ab iis nequaquam sit impetitus: vel quod divina illum circumsteterit providentia, tutataque fuerit, modis ipsi soli cognitis, non ausim

θαρρῶ. τό γε μὴν πεπραγμένον οὐκ ἐν ἐπαινετέοις αὐτὸς τίθεμαι. οὔκουν οὐδὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τόλμαν ἐπαινεῖν ἔχω, ὁπότε μὴ σὺν τύχῃ τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα διεξετάζοιμι, εἰ μήτις διδῷ τι καὶ ἡλικίᾳ νεότητος· ἄμαχον γάρ τι χρῆμα νεότης ἐστίν, ἰσχύϊ δὲ καὶ ῥώμῃ συνεργούμενον δυσμαχώτερον γίνεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς πῃ φί-
B λον ἑκάστῳ φρονείσθω τε καὶ λεγέσθω. βασιλεὺς δὲ πολλὰ πρὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὥσπερ εἴρηται κακιζόμενος "οὐ χρεία τοιούτων ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι" ἔφη "βουλητέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα μὴ καὶ πλείους Ῥωμαίων ἀπολέσθαι συμβαίη ἐς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν· πολλοὶ γὰρ κατόπιν ἡμῶν ἀπολελειμμένοι χωροῦσιν." ἐδόκει τοίνυν λόχον αὐτοῦ που καὶ παρὰ τῇ ἔγγιστα καθίσαντας φάραγγι, ὡς τοῖς κατόπιν ἰοῦσιν ἐπιβοηθεῖν ἔχοιεν, τοὺς ἄλλους ἠρέμα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἰέναι. οὕτω δὴ ταῦτα εἶχε. καὶ βασιλεὺς μὲν σὺν ὀλίγοις τῶν περὶ αὐτὸν πρόσω ἐχώρει· Νικόλαος δέ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, ἐνεδρεύσων ὀπίσω ἐλείφθη φάλαγξιν ἅμα δυσίν, ἃς καὶ τὴν πρώτην ὁπηνίκα Περσῶν κατεφέρετο ὑπ' αὐτῷ βασιλεὺς
C ἔταξεν. ἀλλ' οὔπω ἐπὶ πλεῖστον βασιλεὺς προῆλθε, κἀπειδὴ περί τινα φάραγγα ἐγένετο Πέρσας ἐπιόντας ἰδὼν κατὰ τάδε ἐποίει. ὁ μὲν ἐπὶ θάτερα τῆς φάραγγος ὀλίγοις ἅμα τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἔστη, τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευεν ὑπερβάντας εὐθὺ τῶν πολεμίων ἰέναι. ἅμα τε οὖν ἐκεῖνοι ὁμόσε τοῖς βαρβάροις ἐχώρουν καὶ οἱ ἐπὶ τῶν ἐνεδρῶν αἰσθόμενοι ἐβοήθουν δρόμῳ. Νικόλαός τε οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην Πέρσην ἄνδρα τῷ δόρατι ἔβαλε μέν, οὐ μὴν καὶ ἀποσφαιρίσαι τῆς ἕδρας ἠδυνήθη, ἅτε μηδὲ σφοδρᾶς διὰ τὸ τοῦ χώρου ἀναν-

plane definire. ego quidem ut nequaquam id laudo facinus, ita nec Alexandri commendare ausim audaciam, si absque fortuna quaecumque ab illo gesta sunt spectentur, nihilque detur adolescentiae. res quippe invicta est iuventus: et quae cum viribus et animi fortitudine fulcitur, omnino nequit superari: sed de his prout libitum fuerit quisque sentiat velim ac scribat. a suis igitur, ut dictum est, obiurgatus princeps "nihil haec" inquit "in praesens iuvant: quin potius videndum maxime, ne plures hodie pereant ex nostris, cum multi adhuc a tergo relicti veniant." itaque placuit ibi in valle proxima insidias ponere, quae pone venientibus ferrent opem, dum ceteri pedetentim castra repeterent. his ita constitutis, cum paucis ex suis imperator ulterius progreditur. Nicolaus vero, cuius supra memini, mansit in insidiis cum duabus cohortibus, quibus a principe, cum primum in Persas movit, praefectus fuerat. neque ita multum perrexerat, cum ubi ad vallem quandam pertigit, adventantes conspicit Persas. quare paucis ex iis qui secum erant assumptis, partem vallis occupat: ceteros collem superare, et in hostes recta progredi iubet. simul atque illi conflixere cum barbaris, qui in insidiis erant, confestim auxilio venerunt: Nicolaus autem, de quo supra retulimus, Persam quidem percussit hasta, sed non potuit de sella deii-

τες γενομένης τῆς ἀντερείσεως. ἵν᾽ οὖν μὴ καὶ ἐπὶ πλέον ἀπώσαιτο αὐτοὺς μηχανώμενος, ἐκέλευεν ἤδη καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ὅλῳ δῆθεν ῥυτῆρι ἄχρι καὶ ἐπὶ τὴν φάραγγα ἰέναι, μὴ μέντοι καὶ ὑπερβαίνειν. D ὃ Πέρσαι κατανοήσαντες ἀνεχώρουν ἠρέμα. ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Κοτέρτζην τοξόται, οὓς τοῖς κατόπιν καθάπερ εἴρηται ἀπολειφθεῖσι Ῥωμαίων ἐπιβοηθεῖν βασιλεὺς ἔπεμψε, ξυνέμιξαν ἤδη τῷ βασιλεῖ, καὶ λοιπὸν αὖθις ἀντεπεξῄει τοῖς πολεμίοις. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι αἰφνίδιον τὰς ἡνίας στρέψαντες φεύγειν ἤρξαντο. ὅπερ ὁ βασιλεὺς κατιδὼν "θαρσεῖτε" τοῖς σὺν αὐτῷ· ἔφη "δύναμις γὰρ ἐς ἡμᾶς ἔρχεται στρατοπέδου." τῶν δὲ μὴ προσιεμένων τὸν λόγον τινὲς ἔφησαν "Πέρσαι, δέους αὐτοὺς ἐπείγοντος οὐδενὸς (οὐδὲ γὰρ ἀξιόμαχοι αὐτοῖς τέως τυγχάνομεν ὄντες) αἰφνίδιον οὕτω νῶτα στρέψαντες οἴχονται ἤδη πάντως, ὅτι ἔξεστι σφίσιν ἅτε P 30 ἀφ᾽ ὑψηλοῦ σκοπουμένοις τὰ ἡμῖν τέως ὁρᾶν ἀφανῆ." καὶ ἔτυχέ γε τοῦ ἀληθοῦς εὐστοχώτατα τὸ πρᾶγμα τεκμηριωσάμενος. Ῥωμαῖοι γὰρ οἱ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἦσαν, ἐν στενῷ κομιδῇ τὸν βασιλέα περισχεθῆναι μεμαθηκότες σπουδῇ βεβοηθηκέναι ἠπείγοντο. ὅτε δὴ λέγεται ὡς ὁ πρὸς πατρὸς τῷ βασιλεῖ θεῖος ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος τῷ στρατοπέδῳ τηνικάδε παρών, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα ἐπύθετο καὶ ὡς ἐν ἐσχάτοις εἴη κινδύνοις, εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν παρελθών, εἴσω δὲ τοῦ δι᾽ ἐπίπλων σχεδιαζομένου εὐκτηρίου γεγονὼς ἐκαραδόκει τὸ μέλλον, ἐπιθέσθαι τῇ βασιλείᾳ διανοούμενος. V 24 ἔρως γὰρ αὐτῆς ἐκ πολλοῦ καθάπερ εἴρηται τὸν ἄνδρα B

21. δι᾽ ἐπίπλων] Cod. δι ἐ πϊ πλῶν. Tollius διὰ πέπλων.

cere, quod fuisset ictus ex asperitate loci remissior. itaque ne longius illos propelleret, suos iubet ad vallem usque laxis habenis, sed non ultra, progredi. quod ubi animadvertunt Persae, sensim retro cedunt. interea sagittarii, qui erant cum Cotertze, et ab imperatore, ut dictum est, submissi fuerant ad ferendam opem qui pone relicti erant Romanis, iam se imperatori adiunxerant: quibus suffultus praelium cum hostibus rursum instaurat. quos postquam vidit conversis protinus equis fugam meditari "bono" inquit suis "estote animo; tota enim exercitus nostri moles ad nos venit." quidam vero qui dictis aurem praebere nolebant dixere "Persae nullo impellente metu, (neque enim viribus hactenus ipsis fuimus pares) de repente sic passim terga vertunt, abeuntque, quod liceat iis in alto constitutis, quae hactenus nobis occulta fuerunt explorare." nec imperatoris coniecturam fefellit eventus. nam qui castra servabant Romani, non modicis imperatorem implicitum angustiis edocti, citato agmine opem laturi properabant. quo tempore tradunt Isaacium sebastocratorem imperatoris patruum, qui tum in ipsis aderat castris, ubi ea super principe, ipsumque adeo in extrema adductum pericula accepisset, in imperatorium venisse tabernaculum, ibique in confecto e supellectile oratorio eventum rei, imperii iam avidum expectasse; illius quippe

τοῦτον εἰσιὼν συνήκμασέ τε αὐτῷ καὶ συνανετράφη μονονουχί, ἤδη δὲ καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς αὐτοῦ καθάπερ τις πατρῷος διέβη κλῆρος. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ὁ λόγος ἑξῆς διηγήσεται προϊών.

8. Βασιλεὺς δὲ (ἐπάνειμι γὰρ ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην) ἐπειδὴ αἱ παρὰ τῷ στρατοπέδῳ ὥσπερ ἔφην συνέμιξαν ἤδη τούτῳ δυνάμεις, τῷ πλήθει θαρσήσας καθιππεύσατό τε αὖθις τῶν πολεμίων καὶ γενναίων αὐτουργὸς γεγονὼς ἀριστείων συντεταγμένως λοιπὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἧκεν. ὄρθρου δὲ ἀναστὰς ὁδοῦ εἴχετο. Πέρσαι τοίνυν (ἔγγιστα γάρ που καὶ οὗτοι C ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἔτυχον) περί τινα δυσχωρίαν αὖθις γενομένῳ τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἐκ τοῦ παρ' ἑκάτερα ἐπιθέμενοι ἰσχυρῶς ἔθλιβον, ὅτε δὴ καὶ πολλοὺς τῶν ἐκ πεζικῶν καταλόγων πεσεῖν ἐγένετο ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἦν τις ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὰ πολέμια ᾧ Κριτόπλης ἐπίκλησις ἔκειτο. οὗτος δὴ ὁ ἀνὴρ πεζικῶν μὲν τῷ τότε δυνάμεων ἦρχε· τὴν τάξιν τε παρεκκλίνας Πέρσαις ἐκ τοῦ σχεδὸν ἑπομένοις εἰς χεῖρας ἦλθε, τῷ πλήθει τε βιασθεὶς εἰς φυγὴν ἀπαρακάλυπτον ἔβλεψε, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀποβεβληκὼς μόγις ἐσώζετο. ὅπερ αἰσθόμενος ὁ αὐτοκράτωρ τὴν ἀμφ' αὐτὸν φάλαγγα τῷ ἀδελφῷ πιστεύσας ἄλλοις τε τῶν γνησιωτάτων πολλοῖς, αὐτὸς σὺν ὀλίγοις τὸ D πεπονηκὸς τοῦ στρατοῦ ἀνακτήσασθαι ἠπείγετο. ἐς μέσους τοίνυν αὐτοὺς παρελθὼν στῆναί τε θαρσαλέως ἐνεκελεύσατο καὶ Πέρσαις ἀντεπεξῆγε. ὅπερ ἐκεῖνοι κατανοήσαντες οὐκέτι ἀπὸ χειρὸς Ῥωμαίοις ἐμάχοντο. τῷ δὲ βασιλεῖ ἐπιμελὲς ἐγεγόνει ὅπως ἂν ἀνα-

22. Πέρσαις] Cod. Πέρσας.

invadendi iam pridem virum invaserat libido, adoleveratque, ut ita dicam, et cum ipso fuerat enutrita, unde postmodum in liberos patriae instar haereditatis transfusa est. sed haec a nobis deinceps commemorabuntur.

8. Imperator, ut eo unde deflexit revertatur oratio, adiunctis uti diximus quae e castris advenerant copiis, numero confidens rursum in hostes sese infert; editisque praeclaris ibi facinoribus, composito agmine revertitur in castra, indeque postridie sub auroram discedit. at Persae, quorum haud procul aberant acies, Romanos qui rursum in difficili quodam stabant loco ab utraque parte adorti, nonnullos e peditibus cecidere, cuius quidem cladis ea narratur causa. vir erat in Romanorum exercitu armis prae ceteris strenuus, cui nomen Critoples, copiis aliquot pedestribus praepositus. relicto ille ordine cum Persis e propinquo subsequentibus congressus tandemque multitudine circumfusus, palam fugae se commisit vixque multis suorum amissis sospes evasit. quod ubi intellexit imperator, commissa fratri aliisque aliquot ex consanguineis acie, laborantibus opem laturus cum paucis ipse festinat. in medios igitur illos sese inferens, fortiter stare iussos rursum in Persas educit. at illi re animadversa cominus rem gerere detrectant. tum imperatorem subiit cura, quo pacto Romanorum demissos ani-

θαρσῆσαι τὸ Ῥωμαϊκὸν γένοιτο· ἤδη γὰρ ὡς τὸ περὶ τὰς πεζικὰς ὡς εἴρηται τῶν δυνάμεων συμπεσὸν ὑποκλέπτειν ἠρέμα τὸ γενναῖον αὐτοῖς ἤρξατο, ἐπεὶ μηδὲν οὕτω ψυχήν ἐστι κατασεῖσαι ἱκανὸν ὡς τὸ συμφύλων αἱμάτων ἐκχύσεις ἐκ τοῦ σύνεγγυς καθορᾶσθαι. ἀμέλει καὶ ὃν ἐπικόλπιον εἶχε τόμον ἐξενεγκών, ᾧ πρὸς ὄνομα τῶν ταγμάτων ἐγένετο ἕκαστα, ἐν οὕτως ὀξείᾳ πραγμάτων ῥοπῇ ἑκάστῃ P 31 τὸ ποιητέον ἐπέστελλεν. ἤδη γὰρ τῶν ταγμάτων ὡς πλεῖστα πανημέρια τοῖς πολεμίοις ἀντιτάττεσθαι ἀπειρηκότα ἀπέλιπόν τε τὴν τάξιν καὶ ἐπὶ τὸ σκευοφορικὸν μετέθεντο τοῦ στρατοῦ, ἐπὶ τοσοῦτον τῶν βασιλέως ἀφροντιστήσαντες κελευσμάτων, ὡς καίτοι πολλῶν ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐς τὸ σῶμα πρὸς αὐτοῦ διὰ ταῦτα ζημιωθέντων, τοὺς ἄλλους οὐδ' ἐπαΐειν τῶν πραττομένων μονονουχί. τὸ γὰρ λίαν φιλόψυχον παντάπασιν ἀνεπίμνηστον τῆς ἀρετῆς γίνεται. τὸν οὖν τρόπον τοῦτον ἀεὶ τῶν κατόπιν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπιμιγνυμένων, ἅπαν λοιπὸν τὸ τοῦ πολέμου βάρος εἰς τὸν βασιλέα περιστὰν δεινῶς τοῦτον ἐπίεζεν· ἀλλὰ στρατηγικῇ ἐμπειρίᾳ τοῖς πο- B λεμίοις ἀντεπεξιὼν ἀσινὴς οὕτω διαγενέσθαι ἴσχυσε. τότε δὴ τοῖς μὲν ἄλλοις αὐτοῦ που σκηνοῦν ἐδόκει μηδὲ προσωτέρω χωρεῖν· τὸν βασιλέα δὲ ταῦτα οὐδαμῇ ἤρεσκεν, ὡς μὴ ἐν συγχύσει καὶ ταράχῳ φερομένοις καταπολεμήσεσθαι μᾶλλον Ῥωμαίοις γένηται ἢ αὐτίκα ἢ γοῦν ἐς νέωτα πάντως ἐς τὴν ἀπορίαν συσκευαζομένοις· ἐπεξιέναι δὲ μᾶλλον ἔλεγεν εἶναι χρεών, εἴ πως τοὺς πολεμίους ἀπωσάμενοι

3. μηδὲν] Cod. μηδέ. 6. ἑκάστῃ] ἑκάστῳ? 16 περιστὰν] Cod. παραστάν. Correxit Duc. 21. ἀπορίαν] Fort. ἀποπορείαν h. e. ***aut nunc aut postridie*** (hoc enim est εἰς νέωτα) ***abitum parantibus.***

mos recrearet. iam enim illa peditum clades imminuere innatam eorum virtutem coeperat; nihil quippe tam validum ad commovendam mentem quam effusi popularium sanguinis e propinquo conspectus. ad ultimum protrahit e sinu chartam omnium ordinum nomina continentem, inque eiusmodi rerum angustiis, quid cuique agendum esset, singulis transmittit. magna enim iam militum pars quae continuis cum hoste praeliis congredi nolebat, relictis ordinibus ad impedimenta se exercitus retulerat, neglectis usque adeo imperatoris mandatis, ut etiamsi nonnulli hactenus eapropter poenas dedissent, ceteri tamen eorum quae fiebant nullam propemodum rationem haberent. immodicus quippe vitae amor virtutis oblivionem omnino inducit. dum igitur qui agmen claudebant ita continuo se adiungunt prioribus, tota etsi in imperatorem incumberet belli moles, militari tamen arte subinde hostes aggressus ab eorum manibus incolumis evasit. ibi tum locanda castra censebant quidam neque progrediendum ulterius. sed non placuit ea principi sententia, quin potius Romanis esse bellandum censebat, dum nulla adhuc consternatio tumultusve illorum invasisset animos, quam primo quoque tempore, aut anno sequenti, cum angustiis omnino premerentur. satius itaque sibi

κατ᾿ ἐξουσίαν τε τὸν χάρακα πήξονται καὶ σκηνώσουσιν οὐκ ἐν στε-
νῷ χώρου εἰρχθέντες. ταῦτα λέγων ἐπειδὴ μὴ καὶ πάντας ἐνδεχο-
μένους τὸν λόγον ἑώρα, Τζικανδύλην μὲν καὶ Σινωπίτην, πρὸς δὲ
C καὶ Κριτόπλην καὶ τῶν ἄλλων πολλοὺς στρατηγῶν τῷ στρατοπέδῳ
V 25 ἐφίστα, ὁ δὲ αὐτὸς τὴν βασιλικὴν ἀνελόμενος σημαίαν σὺν τοῖς
ἀμφ᾿ αὐτὸν ὅλῳ ῥυτῆρι ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἤλαυνε. καταπλήξας
τε τῷ ἀθρόῳ τῆς ἐπελάσεως εἰς φυγὴν βλέψαι ἠνάγκασε. λαμπρᾶς
τοίνυν γενομένης τῆς διώξεως, κατόπιν ἐπισπόμενοι Ῥωμαῖοι πολ-
λοὺς ἔκτειναν, τινὰς δὲ καὶ ζωγρείαν εἷλον, ἐν οἷς καὶ Φαρκουσᾶς
ἦν ἀνὴρ παρὰ Πέρσαις ἐπιφανής, ὃς δειπνοῦντι τῷ σουλτὰν ἐνετί-
θει τὸ ἔκπωμα ταῖν χεροῖν· πιγκέρνην τοῦτον Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.
ἦν δέ τις ἐν τῇ βαρβάρων στρατιᾷ εἰς Ῥωμαίους μὲν ἀναφέρων τὸ
γένος, ἐν δὲ Πέρσαις καὶ τραφεὶς καὶ αὐξηθεὶς τύχῃ τινὶ σατρα-
πείαν κατ᾿ ἐκεῖνο καιροῦ παρ᾿ αὐτοῖς διεῖπε· Γαβρᾶς αὐτῷ ἐπί-
κλησις ἦν. τοῦτον ἐπειδὴ κατ᾿ ἐκείνην τὴν ἡμέραν Ῥωμαῖοι ἔκτει-
D ναν, κεφαλὴν ἄγοντες τὴν αὐτοῦ παρὰ τὸ στρατόπεδον ἦλθον.
βασιλεὺς δέ (πόρρω γὰρ ἤδη ἦν τῶν νυκτῶν) καὶ ἔτι τοῦ διώκειν
ἀποσχόμενος σὺν τροπαίοις ἐκεῖθεν ὑπέστρεφεν, ἐν συγχύσει τε ἔτι
καὶ ἀταξίᾳ πολλῇ Ῥωμαίους εὑρών (οὔπω γὰρ οὐδὲ τοῦ κατὰ νώ-
των ἄχθους τὰ σκευοφόρα τῶν ζώων ἀπηλλάττοντο), ἅπαν τὸ
στρατόπεδον σπουδῇ περιελθὼν τῶν ταγμάτων ἑκάστῳ τὴν προσή-
κουσαν ἐνείματο χώραν. ἀλλὰ καὶ ὣς τῶν στρατιωτῶν οὐκ ὀλί-
γους ἐφίππους διανυκτερεῦσαι ξυνέπεσε τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς πυ-

9. ζωγρείαν] ζωγρείᾳ? ζωγρείας?

videri hostibus occurrendum, iis pulsis habituros tutiora castra atque in loco liberiore consessuros. His dictis, etsi non omnes sibi assentiri animadverteret, Tzicandylem, Sinopitem et Critoplem aliosque e ducibus complures castris praeficit. ipse arrepto imperatorio vexillo, toto impetu cum suis in hostem fertur, crebraque irruptione fatigatum, tandem ad fugam compellit. protracta longius insecutione, Romani a tergo instantes multos occidunt, quosdam et capiunt vivos, quos inter fuit Pharcusas, magni vir apud Persas nominis, qui discumbenti Sultano poculum porrigebat. pincernam hunc Romani vocant. erat autem quidam in barbarorum exercitu, qui a Romanis oriundus, apud Persas vero enutritus et educatus, forte provinciam quamdam sub haec tempora ab ipsis regendam susceperat, nomine Gabras. hunc posteaquam ea die occiderunt Romani, amputatum illius caput in castra secum attulere. imperator, quoniam multa iam nox erat, fugientes non longius persecutus, cum tropaeis inde revertitur: Romanisque in summa rerum perturbatione et absque ullo ordine inventis (necdum enim sarcinis iumentorum dorsa exuerant), universa confestim circumequitans castra singulis ordinibus opportunum locum adsignat. sed non pauci interim e militibus noctem in equis transegere, quod adeo compressi confertique starent,

κνώσεως οὐδ᾽ ὅσον ἀποβῆναι τῶν ἵππων ἰσχύσαντας. τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην οὕτως ηὐλίσαντο. ἡλίου δὲ ἄρτι πρὸς τὸ τῆς γῆς P 52 ἐπανάγοντος πρόσωπον, ἐς μέσην ἔφιππος παρελθὼν τὴν στρατιάν, ὡς ἔθος ἐστὶν οἷς στρατιωτικῶν ἡγεῖσθαι ταγμάτων συμβαίνει, ἔλεξε τοιάδε· "ἄνδρες γενναῖοι, οὐχ ὡς δειλίαν ὑμῶν καταγνοὺς ἤ τινα μαλακείαν ἄλλην ἐπὶ θάρσος ἥκω παρακελεύων ὑμᾶς· μὴ οὕτως Ῥωμαίους γένοιτο σχεῖν ἀγεννῶς, μηδ᾽ οὕτω πάτριον αἰσχῦναι δόξαν· ἀλλὰ νόμον τε τοῦτον στρατηγικὸν ἐκπληρῶν, πρὸς τὸ μέλλον δὲ ἀσφαλεστέρους ἐνάγων ὑμᾶς. ἀπροόρατον γὰρ ἐπερχόμενον τὸ δεινὸν καὶ γενναίαν ἔστιν ὅτε ξυνετάραξε γνώμην. ἴστε τοίνυν ὦ συστρατιῶται πόλεμον ἡμῖν ἀπαντήσειν τὴν σήμερον τὸν μείζω τε τῶν προλαβόντων καὶ ὥσπερ ἀγώνισμα τελευταῖον δὴ B τοῦτο καὶ ἔσχατον· καὶ χρὴ παρεσκευάσθαι καλῶς τῶν τε προτέρων ἡμῖν ἀγώνων ἕνεκα καὶ ὡς ἂν μὴ καὶ τὴν φθάσασαν ἤδη τῶν ἔργων ἐλέγξωμεν ἀρετήν, καὶ αὐτοῖς δὲ ἡμῖν ὅπως μεγάλων ἄρτι αἴτιοι ἐσόμεθα συμφορῶν. ὡς γὰρ προλαβοῦσαν δυστυχίαν τελευταῖον ἐπανορθοῦν εὐτύχημα πέφυκεν, οὕτως ἀτύχημα ὕστερον τὴν ἤδη διέφθειρεν εὐκληρίαν. ἀλλ᾽ ὅπως μὴ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τηλικοῦτόν τι, ὦ λῷστοι, γένοιτο ξυμπεσεῖν, τηρητέον ὡς ἔνι μάλιστα τὴν τάξιν ἑκάστῳ, ἐκεῖνο καλῶς εἰδόσιν, ὡς εἰ μὲν τὰ τῆς τακτικῆς ἀπαράλυτα παντάπασιν ἡμῖν γένοιτο ἕκαστός τε τὸ ἑαυτοῦ τοῖς ἄλλοις ξυνεισενέγκῃ, νικᾶν τε ἡμῖν περιλήψεται καὶ κλέος ἑαυτοῖς περισώζειν, ὃ καὶ εἰς τοὺς εἰσέπειτα πάντως ἀνθρώπους C

7. σχεῖν] Ita Tollius. Cod. σχοῖν. 9. δὲ] τέ? 12. τὸν μείζω] Fort. delendum τόν. 22. περιλήψεται] περιλείψεται?

ut ab iis nequirent desilire. sic igitur nox illa transacta. at orto iam sole imperator equo in medium exercitum invectus, ut solent militarium ordinum duces, in hunc modum verba fecit. "viri strenui, non quod timiditatem ullam in animis vestris vel quampiam aliam deprehenderim ignaviam, ad virtutem et audaciam vos excitaturus venio (absit enim ut degeneres sint Romani partamque a maioribus gloriam deturpent), sed ut consuetum ducibus servem morem et adversum futura pericula vos reddam obfirmatiores. quod enim improviso supervenit malum vel fortissimam mentem interdum potest perturbare. scitote igitur, commilitones, imminere nobis hodie bellum ante actis ceteris longe maius, illudque postremum et ultimum veluti esse certamen, quod quam optime apparari deceat, tum propter priora quae hactenus gessimus bella, tum ne vilescat tot praeclare factis probata virtus nostra, utque nobis ipsis ingentes paremus utilitates. ut enim priorem infelicitatem auspicatior deinde emendat fortuna, ita priorem felicitatem subvertit subsecuta calamitas. igitur ne eiusmodi quid nobis eveniat, viri praestantissimi, curandum inprimis, ut suos quisque ordines teneat, sibique inducat in animum, si illi serventur probe nec a nobis dissolvantur omnino, si denique operam quisque suam iunxerit, certam nos adepturos victoriam et quae trans-

παραμενεῖ. εἰ δ' αὖ τοὐναντίον ὁποσονοῦν ἡμῖν ἀλλήλων ἀποδιῃρῆσθαι συμβαίη, αὐτίκα ἴστε ὅτι δὴ εὐχείρωτοι τοῖς ἐχθροῖς ἐσόμεθα. καθάπερ γὰρ πολιορκουμένης πόλεως πλευρὰ διαρραγεῖσα εὐέφοδον αὐτὴν τοῖς πολεμίοις ποιεῖ, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἔχει. ἀμέλει καὶ τούτου ἕνεκα λόχοι καὶ παρατάξεις, ὀπίσθιαί τε καὶ ἐμπρόσθιαι φάλαγγες, τὰ δεξιά τε καὶ εὐώνυμα τῶν κεράτων, ἰσοστοιχίαι τε καὶ σχήματα παρατάξεων τοῖς πάλαι ἀνθρώποις ἐπινενόηται. πόλις γάρ τις καὶ τὸ στρατόπεδόν ἐστι. καὶ δεῖ μὲν αὐτῇ πυλῶν, δεῖ δὲ πλευρῶν, δεῖ δὲ τάφρων, καὶ πάσης
D
V 26 ἄλλης πόλεσιν ἀναλογούσης ἀκολουθίας. χρὴ τοίνυν οὕτω παρασκευάσασθαι καὶ ἡμᾶς. ἔτι γὰρ περὶ μέσην που τὴν πολεμίαν ἐσμὲν καὶ τῶν Ῥωμαΐδος μακρὰν ἀποπλανώμεθα ὁρίων." τοσαῦτα εἰπὼν συντάξας τε κατὰ κόσμον τὸ στράτευμα εὐθὺ τῆς λίμνης, ἣν πάλαι μὲν τοῦ Σκληροῦ κατὰ δὲ τοὺς νῦν χρόνους τοῦ Πουγγούση καλοῦσιν, ὁδοῦ εἴχετο. ἐπεὶ δ' ἐν ταῖς πεδιάσιν ἤδη ἐγένετο καὶ τῆς προτέρας στενοχωρίας ἐν εὐρυχώρῳ καθίσταται τούτῳ τὸ στράτευμα, κελεύει τῶν στρατιωτῶν τινι μέγα τι καὶ ἐξάκουστον ἀνακραγόντι Περσῶν τινα καλέσαι. ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. προσιόντι δὲ τῷ Πέρσῃ "ταῦτα πρὸς τὸν σουλτὰν"
P 33 βασιλεὺς ἔφη "ἀγγελεῖς. βασιλεύς σοι μέγας ταῦτα ἐπιστέλλει δι' ἐμοῦ. ἥκομεν ἄχρι καὶ εἰς Ἰκόνιον αὐτό. περιήλθομέν σου τὴν χώραν μετελεύσεσθαί σε τῆς ἐς τὴν ἡμετέραν βασιλείαν ἁμαρτάδος μάλιστα προθυμούμενοι. σὺ δ' ἀνεχώρεις ἀεὶ κατὰ τοὺς

16. καὶ τῆς] Fort. καὶ ἀντὶ τῆς vel ἐκ τῆς.

mittetur ad posteros gloriam consecuturos. contra si vel minimum ordines solvi contigerit nosque ab invicem disiungi, pro certo habete nos facile in hostium venturos potestatem. quemadmodum enim effracta obsessae civitatis latera aditum expugnantibus facilem praebent, ita se res habet in castris et in explicato exercitu. neque porro aliam ob causam prisci duces invenere insidias, aciei instructionem, primam vel postremam aciem, dextra aut sinistra cornua, aequales ordinum series, formamque explicandae aciei. est enim instar urbis exercitus: cui et portis opus et turribus et lateribus et fossis et ceteris quae ad urbium usus necessaria occurrunt. haec igitur omnia a nobis apparanda sunt, qui in medio soli hostilis versamur a finibus Romanis longo intervallo disparati." haec postquam est effatus, rite composita ordinataque acie, ad paludem, quam olim veteres Scleri nunc vero Pungusae vocant, recta iter intendit. cumque in patentes campos pervenisset, et relictis montium angustiis, in porrecta planitie collocasset exercitum, militi cuidam imperat, ut altiori contenta voce Persam aliquem advocaret. is iussa exequitur. accedenti Persae "haec" inquit princeps "Sultano nuntiabis. haec tibi per me significat magnus imperator. ad ipsum usque Iconium venimus: regionem tuam percurrimus, summo ardore tua adversus maiestatem nostram peccata vindicaturi. tu vero profugorum more alias at-

δραπέτας, ἄλλην τε ἐξ ἄλλης ἀμείβων οὔπω μέχρι καὶ νῦν ἀντιμέτωπος στῆναι ἡμῖν ὑπέμεινας. ὅθεν ἡμεῖς μὲν ἄπιμεν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν, σὲ δὲ χρὴ παρεσκευάσθαι καλῶς εἰδότα ὡς ἅμα ἦρι φανέντι σὺν μείζονι αὖθις ἐπί σε ἥξομεν τῇ παρασκευῇ." ταῦτα τῷ Πέρσῃ ἐπισκήψας ἐπιθωρακίῳ τε τῶν ἐπὶ δόξης τινὸς δωρησάμενος, ὡς ἔκδηλος εἴη πρὸς βασιλέως πεμφθείς, ἀπεπέμψατο. ὁ δὲ σουλτὰν ἐπειδὴ ταῦτα ἤκουσε, πρέσβεις ὀλίγῳ ὕστερον περὶ εἰρήνης B ἐπερωτήσοντας ἔπεμψεν. ἀλλ' ἦν ὁ βασιλεὺς μεγάλων τινῶν καὶ οὐκ εὐπαροράτων τὸ πρᾶγμα σταθμώμενος· ἀμέλει καὶ ἐπὶ σκήψεις τε ἄλλοτε ἄλλας ἀνεχώρει, καὶ ἀεὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τὸ τῆς πρεσβείας ἀπετίθετο τέλος, ἕως οἶμαι σαφές τι περὶ τῶν ἐξ ἑσπέρας, καθάπερ εἴρηται, προσδοκωμένων μαθεῖν αὐτῷ γένοιτο.

9. Ἐπεὶ δὲ περί τινα χῶρον ἐγένετο οὗ δὴ Μαίανδρος τὴν ἐκβολὴν ποιεῖται, ἔξω τῶν πολεμίων ἤδη γεγενῆσθαι νομίσας εὔυδρόν τε ἄλλως τὸν χῶρον ἰδὼν καὶ πολὺ τὸ χαρίεν ἀνθρώπων ὄψεσι παρεχόμενον, κυνηγεσίων ἀνέσει πόνους τοὺς ἐκ τῆς μάχης παραμυθεῖσθαι ἤθελε. κινήσεως οὖν τινος ἀμφὶ τῇ λόχμῃ αἰσθόμενος C πόρρωθεν, ἐπειδὴ μὴ εἶχε διὰ τὴν λίαν ἀπόστασιν ξυνεῖναι τοῦ φαινομένου, τῶν περὶ αὐτόν τινας ἐπὶ κατασκοπήσει στείλας σκηνὰς μὲν ἐνταῦθα ἠθροῖσθαι πολλὰς ἤκουσε, τὰ δ' ἐπὶ τοῦ ἄλσους ταράσσοντα ἵππους εἶναι τῶν ἐν ταῖς σκηναῖς ἀνέτῳ στόματι τῇ πόᾳ ἐγχάσκοντας. τούς τε οὖν Πέρσας οἵτινες εἶεν αὐτίκα συνεῖδεν ἐκ τῆς σφετέρας αὐτοὺς ὀνομάσας φυλῆς, Ῥαμάν τινα γεν-

9. ἐπὶ σκήψεις] Cod. ἐπισκήψεις.

que alias in terras demigras semper, nec nostrum expectare conspectum audes. quandoquidem igitur in proprias sedes abscedimus, praeparari te ad bellum quam optime convenit, scireque cum primum ver advenerit nos rursum maiore apparatu venturos." his dictis, praeceptisque, sago militari cuiusdam e magnatibus donatum, quo missus ab imperatore dignosceretur, remisit. quibus intellectis, Sultanus non multo post legatos mittit ad imperatorem, qui eum de pace rogarent. at princeps rem utpote maioris momenti et minime aspernandam expendens, cum varia praetexeret, de die in diem legatis responsa facere differebat: donec, opinor, quid certi super iis quae ex Occidente, ut supra dictum est, afferebantur in dies, inaudivisset.

9. Postquam ad eam regionem venit, ubi Maeander oritur, iam sese ab hostibus tutum ratus, conspicatusque locum aquis irriguum, qui amoenitate sua hominum oblectabat animos, pristinos ex ante actis bellis labores venationum exercitiis demulcere constituit. cum vero circa silvam e longinquo moveri nescio quid advertisset, nequiretque accuratius rem, quod inde abesset longius, discernere: missis aliquot ex suis qui specularentur, rescivit tandem conferta ibi esse tabernacula, et motum qui conspiceretur in silva, ab equis eorum, qui in tabernaculis erant, avido ore herbas depascentibus. mox Persas esse qui adessent agnovit, nominataque illorum tribu

νεάρχην αὐτοῖς καταλέγων εἶναι, καὶ ὡς κατ᾽ ἔθος τὸ αὐτῶν τοὺς
ἐκ γειτόνων Ῥωμαίων ἤδη καὶ νῦν ληστεύσαντες λαφύρων πλησά-
μενοι ἥκουσι. καὶ δὴ τῶν περὶ αὐτὸν συχνοὺς ἀπολεξάμενος στρα-
D τιωτῶν σπουδῇ διαφῆκεν ἐπὶ τὴν δίωξιν. ὁ δὲ εἰς ἄποπτόν τι χω-
ρίον ἀναδραμὼν ἐνταῦθα σὺν ὀλίγοις ἀποσκοπῶν ἵστατο. ἐν τού-
τοις δὲ οἱ Πέρσαι συσκευασάμενοι ἐκεῖθεν ἀπήλαυνον. ὡς δὲ τά-
χιστα πρὸς τῶν Ῥωμαίων καταλαμβάνεσθαι ἤρξαντο, σποράδην
αὐτοὺς φερομένους ἰδόντες, ἀντιστραφέντες ἀντιμέτωποι ἵσταντο.
ἀλλὰ Ῥωμαίων ἐπικαταλαμβανόντων νῶτα καὶ πάλιν ἐδίδουν·
τοῦτό τε πολλάκις γεγονὸς πολλοὺς Ῥωμαίων ἀπαυδῆσαι ἐποίησεν·
ὅθεν καὶ τοῦ διώκειν ἀφέμενοι παλινῳδίας ἐμέμνηντο. ὅπερ ὁ βα-
σιλεὺς κατανοήσας (ἑστήκει γὰρ ἀνωτάτω που ὥσπερ ἔφην ἀπο-
P 34 σκοπῶν) αὐτίκα ὡς εἶχε τάχους ἀθωράκιστος ἐπ᾽ ἐκείνους ἐχώρει.
V 27 Πέρσαι δὲ ἐπειδὴ πολλοὺς Ῥωμαίων τῇ διώξει ὥσπερ ἔφην ἤδη ἐκ-
κακήσαντας χωρὶς ἀπ᾽ ἀλλήλων γεγονότας εἶδον, κομιδῇ ὀλίγους
τοὺς ἄλλους κατανοήσαντες ἀμφιβόλους τε ἤδη ἐποιήσαντο καὶ ἐγ-
γὺς ἦλθον τοῦ μέγα τι καὶ ἀνήκεστον δρᾶσαι, εἰ μὴ βασιλεὺς
ἀπροσδόκητος αὐτοῖς ἐκφανεὶς τοῦ κινδύνου διεσώσατο. φεύγουσι
τοίνυν ἀεὶ ἀμφεπόμενος Πέρσαις πολύν τινα κατέτριψε χρόνον.
ὅθεν καὶ ἐπειδὴ τοῦ ἵππου κεκμηκότος ἤδη ᾔσθετο, αὐτὸς μὲν
αὐτοῦ που ἔμεινε, τὸν ἐν τοῖς μάλιστα δρομικὸν ὄντα τῶν ἵππων
αὐτῷ κομισθῆναι καραδοκῶν, ὃν καὶ Ἀγρίμην τὸ τάχος αἰνιττό-
μενοι ἐκάλουν. Ῥωμαίων καὶ τοῖς ὅσοι κατόπιν αὐτοῦ καθ᾽ ἕνα
B καὶ σποράδην ἰόντες ἀεὶ ἐπικατελάμβανον, ἐκέλευε διώκειν ἔτι μᾶλ-

23. καὶ τοῖς] Malim δὲ τοῖς.

Raman quemdam ipsis praeesse, adeoque secundum morem finitimos Romanos depopulatum venisse. confestim itaque delectam bellatorum partem ad eos insectandos proficisci iubet: ipse vero cum paucis locum editiorem conscendit, quae agerentur exploraturus. contra Persae collectis sarcinis reditum parabant. sed ut se a Romanis iamiam comprehendi, illosque effusiore impetu conspexere in se ferri, obversa fronte restitere. at Romanis instantibus, pedem rursum referunt, quo saepius eiusmodi repetito dolo fatigati complures e Romanis despondere animum reditumque cogitarunt. quod ubi imperator animadvertit (ex alto enim, ut retuli, eventum rei speculabatur), citato quantum poterat cursu absque lorica ad illos contendit. sed ubi Persae plurimos Romanorum insecutione iam animo deficientes et a se invicem divisos conspexerunt, reliquos exiguo admodum numero rati, undique circumveniunt, iamque haud multum aberat quin eos delerent omnino, nisi inopinate superveniens periculo exemisset princeps. tum vero fugientium Persarum insecutione plurimum temporis absumpsit: unde cum iam equum deficere animadvertit, substitit paululum donec alius e velocioribus adduceretur, quem celeritatem innuentes Agrimen vocabant. sequentibus autem pone singilatim et sparsim Romanis imperat ut instarent acrius, neque

λον μηδ' ἀνίεσθαι τῆς προθυμίας. ἄλλοι μὲν μετὰ πλείστην ὅσην τὴν δίωξιν ἐπειδὴ μηδὲν ἀνύτειν εἶχον τόν τε χῶρον ἔνθα ἐπιπλεῖστον ἐκπεπτωκότες ἦλθον ἐρημόν τε καὶ δεινῶς ἄβατον ἔγνων, ὀπίσω ἐχώρουν. ὁ δὲ τῷ ἐξαδέλφῳ περιτυχὼν Ἀνδρονίκῳ, οὗ πολὺν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐποιησάμεθα λόγον, τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰόντι καὶ αὐτῷ πολλὰ βιασάμενος τὸν ἵππον ἀφεῖται. ἐπιβὰς δὲ αὐτὸν μὲν αὐτοῦ μένειν εἴασεν ἐπισκήψας ὃν εἴρηται Ἀγρίμην ὅσον οὐκ ἤδη κομισθησόμενον λαβεῖν οὕτω τε σὺν αὐτῷ ἐπὶ τὴν μάχην ἐλθεῖν, ὁ δὲ τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐφέρετο. Πέρσαις δὲ δίχα διῄρηται τὸ στράτευμα. καὶ τὸ μὲν πρόσθεν τὴν ἵππον ἐπαγόμενον πᾶσαν ἐχώρει, ὅση ἄνευ ἐπιστρωμάτων ἀγελαία τούτοις εἵπετο· τὸ λοιπὸν δὲ κατόπιν ἐπορεύετο Ῥωμαίους ἐπιόντας ὑποδεξόμενον. C ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμῶς Ῥωμαίων ὑπεφαίνετο, θαρσήσαντες τοῦ λοιποῦ συνῄεσάν τε ἀλλήλοις καὶ τὴν ἵππον ἄνετον ἥπερ εἴρηται φερομένην ἐφ' ἕνα χῶρον ξυνάγειν διενοοῦντο. ἐπειδή τε βασιλέα μόνον ἐκ πάντων Ῥωμαίων ἀθωράκιστον ἐπ' αὐτοὺς ἰόντα κατενόησαν, ἀθρόοι λοιπὸν ἐπ' αὐτὸν ἐξεχέοντο ἐντείνοντές τε τὰ τόξα καὶ ἀλλήλοις ἐγκελευόμενοι. ὁ δὲ ἡρωϊκόν τινα καὶ ἀνδρείας πρόσω τρόπον ἀναλαβών, ἐπειδὴ κύκλωσίν τινα αὐτοῦ πρὸς τῶν πολεμίων γεγονέναι ἀδύνατα εἶναι κατενόει (χῶρος γάρ τις ἀμφιλαφὴς ἐκ θατέρου παρακείμενος μέρους ἐκ ποδῶν εἰς τοῦτο αὐτοῖς καθειστήκει), τὴν συμπλοκὴν ἀναδέχεται, πλείστους τε αὐτῶν ἐπὶ στόμα D κατενεγκὼν τοὺς λοιποὺς εἰς φυγὴν βλέψαι ἠνάγκασεν. ὅτε καὶ

2. ἀνύτειν] Cod. ἀνύττειν. 3. ἔγνων] Immo ἔγνωσαν. 5. ἐποιησάμεθα] Ita Duc. Cod. ποιησόμεθα. 6. ἀφεῖται] Nonne ἀφαιρεῖται? 21. ἐκ ποδῶν] Expectabam ἐμποδών.

ab ardore remitterent. alii quidem cum post plurimam insecutionem nihil demum peragerent, et regionem, in quam pervenerant, desertam nec facile perviam esse viderent, retro cessere: princeps autem Andronico patrueli, de quo multa a nobis in superioribus dicta sunt, in hostem contendenti obviam factus equum invito extorquet, quem ille insilit, et eum expectare ibi tantisper iubet, dum Agrimen illum iamiam adducendum nactus secum una contenderet in praelium. interim in hostem proficiscitur. copias Persae bifariam diviserant. prior pars constabat eo equitatu, qui liberius absque stramentis gregatim subsequi solet. reliquus exercitus a tergo incedebat, subeuntes Romanos excepturus. ubi vero nemo Romanorum conspicitur audaciores effecti, coëunt in unum omnes, equitatumque, qui liberius ut dixi, excurrit, in locum unum statuunt. simul ac autem imperatorem solum, nec lorica indutum, contra se adventare cernunt, irruunt in ipsum universi, sagittisque impetunt, sese invicem subinde ad virtutem hortati. sed ille heroico generosoque plusquam resumpto animo, postquam aegre circumveniri se posse ab hostibus agnovit, (locus quippe densis virgultis obsitus ab altero latere iis obversabatur) praelium aggreditur, multisque obtruncatis, ce-

τῶν τις βαρβάρων ἐκείνων τὴν βασιλέως οὐχ ὑπομείνας ἀκμὴν
ὕπτιός τε διὰ τοῦτο τῷ ἐδάφει προσερεισθείς, ἐπειδὴ προσωτέρω
ἱππαζόμενον αὐτὸν κατενόει, βέλος ἀφεὶς ἄκρου τυγχάνει τοῦ πο-
δὸς ὄπισθεν, ἔνθα μετὰ τὰ σφυρὰ ἐπὶ πτέρναν ἡ φύσις ἀναχω-
ροῦσα τὴν ἐξοχὴν ποιεῖται. καὶ ὁ μὲν καὶ δευτέραν πέμψειν ἠπεί-
γετο, βασιλεὺς δὲ προτερήσας τὴν ὁρμὴν τῶν τριχῶν εἷλκε ζω-
γρείαν, σὺν αὐτῷ δὲ τὴν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἰὼν Ἀνδρονίκῳ συν-
αντᾷ. ἤδη γὰρ τοῦ βασιλείου ἐνεχθέντος αὐτῷ ἵππου ὀχησάμενος
P 35 κατὰ Περσῶν καὶ αὐτὸς ἤλαυνε, πολλά τε τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω πο-
ρείας εἴργων, ἅτε παντάπασιν ἄνοπλον ὄντα καὶ αὐτόν, ἐπειδὴ μὴ
πείθειν εἶχε (θάρσει γὰρ καὶ οὗτος ἀπείρῳ διῳκεῖτο καὶ ἔπνει τὰς
μάχας, ἐπιεικῶς τὸ δόρυ χειρίσας καὶ τὴν ἀσπίδα, οἷς καὶ αὐτοῖς
οὐχ ὡς ἰδίοις ἐχρῆτο ἀλλά τινος τῶν ἀπὸ δόξης ἀφελόμενος ἔτυ-
χεν), αὐτὸν μὲν ἀφῆκε πορεύεσθαι· ὁ δὲ ὁδῷ προϊὼν καὶ τοῖς
λοιποῖς ξυνέμιξε τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ. πυθομένοις τε ὅπως αὐτῷ
τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἀπαντήσειε μόνῳ τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοὺς βαρ-
βάρους ἰόντι, περὶ μὲν τοῦ τῶν πολεμίων φόνου, οὓς καθάπερ
B εἴρηται ἀπεκτονὼς ἔτυχεν, ἀπήγγελλεν οὐδέν, καυχήσεως ἀγεννοῦς
ὑποψίαν παραιτούμενος. ἔργον γὰρ οὐχ ὑπ᾽ ὄψιν ἐλθὸν τοῖς μὴ
V 28 εὐμενῶς ἀκούειν ἐθέλουσιν ῥᾴδιον εἰς ἀνατροπὴν γίνεται. τοῦ γε
μὴν τραύματος ἐπιμελεῖσθαι αὐτίκα ἐκέλευεν, ὡς μὴ φλεγμήναν-
τος ἀνήκεστόν τι καὶ ἐπισυμβῇ· ὅτε δὴ γέγονέ τι καὶ λόγου ἄξιον.
ἐπειδὴ γὰρ μὴ εἶχον ὅπως αὐτῷ χρήσηται, τῶν στρατιωτῶν τις

23. χρήσηται] Duc. χρήσεσθαι.

ρείσας, μόγις μὲν καὶ ξὺν βίᾳ ἀνῆγε δ' οὖν ὅμως τὸ στράτευμα. ὅτε ξυνέβη μίαν τῶν κλιμάκων τῷ τῶν ἀνιόντων ἄχθει κατασπασθεῖσαν εἰς θάλασσαν πολλοὺς ἐνεγκεῖν, οὗ δὴ τλήμονες τὰς ψυχὰς P 57 ἐκφυσήσαντες πολύν τινα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς Ῥωμαίοις ἀπολελοίπασι λόγον. ἀλλὰ Σικελοὶ καίτοι ἔνδον ἤδη τειχέων Ῥωμαίους γεγονότας ἰδόντες ἐνδιδόναι βασιλεῖ τὴν πόλιν οὐδαμῇ ἤθελον. ὅθεν καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ὡς εἶχον τάχους ἀναδραμόντες ἐντεῦθεν ἠμύνοντο λίθους καὶ βέλη καὶ ἅπαν τὸ παρατυχὸν ὡς ἐξ οὐρανοῦ τινος ὀμβρηδὸν ἐπ' ἐκείνους ἀφιέντες. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ὕψος ἀνέρπει τὸ φρούριον, ὡς μηδ' ὀφθαλμῷ ῥᾳδίως ἐξεῖναι τὴν οἰκοδομίαν ἀνατεθέντι περιαθρεῖν. ὅτε δὴ λέγεται θυμῷ τὸν βασιλέα περιζέσαντα πρὸς τὸ ἐκ τῆς τύχης ἐκεῖνο δυσκλήρημα B ὄρθιόν τε ἐφ' ἧς ἐφέρετο στῆναι διήρους καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς εἰρεσίας κελεύειν προσάγειν αὐτίκα τοῖς τείχεσι τὴν ναῦν, ὡς αὐτὸς οἶμαι ἀνόδου πειράσαιτο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῶν στρατηγῶν τινες καὶ πρὸς αἷμα ἐγγιζόντων αὐτῷ παντὶ σθένει διεκώλυσαν, δοκῶ μὴ οὐδὲ αὐτῷ σφόδρα ἐθέλοντι. πρὸς γὰρ τῷ γενναίῳ καὶ ἀσφαλὴς ἦν τὰ πολλά. ἤδη δέ τινων ἔγωγε καὶ θράσους αἰτίαν προστριβόντων ἤκουσα αὐτῷ· δαιμόνιον γὰρ ἀεὶ καὶ ἀνδρείας πρόσω ἔτρεφε λῆμα. ἀμέλει καὶ ἑκκαίδεκα ἐνιαυτῶν πολλάκις ἑνὸς χερσὶν οἰκείαις ζωγρείας παρέσχετο βαρβάρους. δι' ἅ ποτε καὶ ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν αὐτῷ ξυνοικήσασα ἐπὶ μέσης ἐξελάλησε τῆς συγ- C

14. *ναῦν*] Cod. ut supra p. 14. c. et bis infra p. 57. d. et 121. d. *ναῦ*, quod vide ne servari possit. 16. *δοκῶ μὴ*] Fort *δοκῶ μέν*. 20. *λῆμα*] Cod. *λῆμμα*. *ibid.* *ἐνιαυτῶν*] Fort. addendum *ὤν*.

cultate ad moenia applicatas, milites eduxit: quarum una conscendentium pondere effracta, in mare complures deiecit, ubi miserandum in modum effusa anima egregiam virtutis suae memoriam Romanis reliquerunt. verum Siculi, etiamsi intra moenia iam Romanos conspicerent, non ideo tamen urbem imperatori tradere voluerunt; sed in arcem quanta potuerunt celeritate contendentes, inde se tuiti sunt lapidibus telisque ac rebus aliis quae ad manus occurrebant, imbris de coelo fusi instar, in oppugnantes proiectis. tantam enim in altitudinem assurgit acropolis ut ne oculis quidem illius structura comprehendi facile possit. aiunt eo tum tempore propter reluctantem fortunam graviter succensum imperatorem, rectum in biremi qua vehebatur constitisse ac mandasse remigibus, ut appellerent navem ad moenia, quo ipse ascenderet. verum ducum aliqui, praesertim consanguinei, totis hoc viribus prohibuere, ut equidem opinor ipso nequaquam volente. nam praeterquam quod animi generositate praestabat, erat etiam imperterritus. nonnullos audivi qui et temeritatis illi crimen affingerent, siquidem divinum prope et humano maiorem animum semper prae se tulit; adeo ut cum annum ageret decimum sextum, sua unius manu captos saepe barbaros adduxerit. unde uxor, quae ex Alemannia ortum ducebat, in medio aliquando senatu

κλήτου βουλῆς, μεγάλου μὲν καὶ αὐτὴ καὶ πολεμικωτάτου ὡρμῆ-
σθαι γένους εἰποῦσα, μηδέπω δὲ μηδένα τῶν ἁπάντων ἀκοῦσαι
τοσούτοις εἰς ἐνιαυτὸν ἐγκαλλωπισάμενον ἀριστεύμασιν. ὅτε γε
V 45 μὴν πρὸς τῷ Κερκυραίων τείχει ἐγένετο ναῦς τῶν ἐκ τοῦ Ῥω-
μαϊκοῦ στόλου, οὐ τῶν κουφοτέρων οὐδ' ὁποῖαι χθαμαλαὶ τυγ-
χάνουσιν αὗται καὶ ἐπιμήκεις, ἀλλὰ ὕψους μὲν καὶ εὔρους ἱκα-
νῶς ἔχουσα, ἵππων δὲ πλήρης καὶ ὅπλων μεστὴ παντάπασιν οὖσα,
βίᾳ πνεύματος ἐπί τι τοῦ περιβόλου παρενεχθεῖσα μέρος, ἔνθα
πετρῶν προβολαὶ ῥαχίων ἱκανῶς ἐπιστοιβαζόμεναι δυσπρόσοδον
πάνυ τὸν χῶρον ποιοῦσι, δεινῶς ἐκλονεῖτο. λίθοι γὰρ ἁμαξο-
πληθεῖς καὶ βέλη καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ὁμοῦ ἐπ' αὐτὴν ἐφέ-
D ρετο πάντα, ὡς τοὺς ἐν αὐτῇ ἀπαγορεύσαντας ἤδη τοῖς ξυμπε-
σοῦσι περιδείλους τε καὶ κατεπτηχότας τὰ τῆς νεὼς ὑπελθεῖν κα-
ταστρώματα. ὃ κατανοήσας βασιλεὺς θατέρᾳ μὲν χειρὶ ἀσπίδα
εἵλετο, οὐ τῶν συνήθων δὴ τούτων οὐδὲ ἐξ ὧν σῶμα φράγνυται
ἕν, εὐρεῖαν δὲ μάλιστα καὶ ἣν οὐδὲ κουφίσαι ἀνδρὶ ῥᾴδιον γίνε-
ται, θατέρᾳ δὲ τὸ ἐπὶ τῆς βασιλικῆς συνήθως τεταμένον διήρους
χειρισάμενος ἔπιπλον εὖ τε ξυναγαγών, ὡς δι' αὐτοῦ ἅτε μὴ ἀν-
τιτυποῦντος τὰς ἐκ τοῦ τείχους βολὰς ἀποκρούοιτο, ἐπὶ τὴν ναῦν
ἐφέρετο, καλῳδίοις τε οὕτω ξυνδήσας ἑλκύσαι τε ἐκεῖθεν αὐτὴν
P 58 ἴσχυσε καὶ τοῦ κινδύνου διασώσασθαι. ὅτε δὴ λέγεται ὡς ὁ τὴν
Κερκύρας πρὸς τοῦ Ῥογερίου ἐπιτετραμμένος φρουράν, λίθους

1. ὡρμῆσθαι] Cod. ὁρμεῖσθαι. 6. αὗται] Tollius e coniectura οὖσαι. 9. προβολαὶ] Ita Tollius ex coniectura. Cod. προσβολαί. Ante ῥαχίων Tollius καὶ inseruit. Fort. πετρῶν προβολαὶ τραχειῶν.

in haec verba prorupit: praeclaro quidem et bellicosissimo genere se esse oriundam, at neminem unquam auditum a se fuisse, qui tot egregiis facinoribus anno uno editis claruerit. cum forte ad Corcyraeorum muros e classe Romana navis, non ex levium genere aut earum quae planae sunt et oblongae, sed altitudine idonea perinde ac latitudine, plena equis armisque refertissima, vi ventorum ad murorum partem quamdam esset adacta, ubi rupes subinde prominentes locum aditu plane difficilem efficiunt, graviter affligebatur. quippe ingentes lapides et tela et quidquid occurrebat simul in eam coniiciebantur, adeo ut ex tali casu desponderent animum qui in ea erant, trepidique ac pavidi subirent tabulata. quod ubi rescivit imperator, altera quidem manu scutum arripuit, non ex iis quae gestari consueta sunt aut ex quibus unicum tegitur corpus, sed amplum et quod erigere haud facile homini esset, altera vero prehendit armamenta, quae in imperatoria biremi intendi solent, et apte convolvit, ut iis non resistentibus telorum e muro ictus propelleret, ac deinde ad navem fertur. mox funibus colligatam detrahere inde et periculo eximere summa ope annixus est. tum vero eum cui demandatum a Rogerio fuerat Corcyrae praesidium, oppidanis crebros in

τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ βασιλέα συχνοὺς ἐπαφιέντων "μὴ δῆτα πρὸς τῆς ὑμῶν, ἔφησε, σωτηρίας, μὴ δῆτα ὦ συστρατιῶται βέλος παρ' ὑμῶν σώματι τηλικούτῳ ἐπαφείσθω μηδέν. κἂν λόγους ὑπὲρ τούτου δεδωκέναι χρεών, αὐτὸς ὑποίσω τὴν ἀγανάκτησιν." ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐφέρετο· ὁ δὲ Σικελὸς στόλος εἰς χεῖρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Χουροὺπ ἐλθὼν ὁ μὲν πλεῖστος κατηγώνιστο, τετταράκοντα δὲ νῆες ἐξ αὐτῶν τὸν κίνδυνον διαφυγοῦσαι ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθον. ἔνθα καταχθέντες οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἔδρασαν· ταῖς δὲ περὶ τὴν Δαμάλεως περαίαν πῦρ ἐπαφεῖναι πειρασάμενοι καταγωγαῖς αἰσχρῶς ἐκεῖθεν ἀπηλλάγησαν πολλοὺς τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες. οὐ μὴν οὐδ' ὅσοι τὸν κίν- B
δυνον ἔφυγον ἐρρύσθησαν ἐς τὸ παντελές. ναυσὶ γὰρ περιτυχόντες, αἳ τὸ δημόσιον Κρήτηθεν ἐκόμιζον νόμισμα, τῆς μάχης οἱ πλείους γεγόνασι λάφυρον. βασιλεὺς δὲ λιμῷ καὶ πολιορκίᾳ τὴν πόλιν παραστησάμενος ἐκεῖθεν ἀνέζευξε. καὶ τοῦ λοιποῦ περί τε Σικελίας καὶ τῆς Ἰταλῶν ἐσκέπτετο γῆς ὡς καὶ ταύτας Ῥωμαίοις ἀνασώσαιτο.

6. Πυθόμενος δὲ ὅτι δὴ Ἀλαμανοὶ καὶ Δαλμάται καὶ Παίονες ἐπὶ τὸν κατὰ Σικελίας συσκευάζεσθαι πόλεμον μεμαθηκότες αὐτὸν αὐτοὶ μὲν ἐξ ἑσπέρας Ῥωμαίοις ἐπιτεθήσεσθαι εἰς ὁμολογίαν ἀλλήλοις ξυνῆλθον, Ἰαγουπασὰν δὲ ὁ Περσῶν φύλαρ- C
χος τῷ σουλτὰν ἅμα Ἀσίαν ληΐζεσθαι ἔγνωσαν, αὐτὸς μὲν ἐπὶ Δαλμάτας ἐφέρετο τὸν ἐν σφίσιν ἀρχιζουπάνον ἤδη καὶ χειρῶν

10. πειρασάμενοι] Cod. πειρασάμεναι.

imperatorem lapides coniicientibus dixisse ferunt "ne per vestram salutem, ne quaeso, commilitones, ullum a vobis adversus tale corpus vibretur telum. quodsi haec improbari contingat, ipse solus indignationem sustinebo." ea tum quidem istic agebantur. classis autem Siculorum congressa cum iis qui sub Churupo erant, maiorem partem devicta est. quadraginta autem naves eorum vitato periculo versus Byzantium pervenere, ac re nulla alia memorabili gesta aedificiis, quae in continenti circa Damalim adiacent, ignem iniicere conati turpiter inde recesserunt, multis suorum amissis. neque tamen quotquot discrimen evaserant incolumes omnino rediere. quippe incidentes in naves quae publicum e Creta apportabant vectigal, maximam partem praelio devicti capti sunt. imperator interea fame et oppugnatione Corcyram adeptus inde abscessit, in Siciliam et Italiam expeditionem animo volvens, quo utramque provinciam Romano rursum imperio assereret.

6. Ut autem accepit Alemannos et Dalmatas et Pannones adversus Siciliam bellum apparari edoctos de impugnandis ex Occidente Romanis pacta inter se fecisse: Iagupasanem praeterea Persarum phylarchum una cum Sultano decrevisse Asiam incursionibus infestare: ipse in Dalmatas proficiscitur, ut Archizupanum, qui iis imperitabat, primusque bellum inceperat, con-

ἄρξαντα τῷ τέως ἀμυνεῖσθαι διὰ σπουδῆς ἔχων, τὸ δὲ ναυτικὸν
ἅπαν Ἰωάννῃ τῷ τῶν ἀνατολικῶν καὶ ἑσπερίων δομεστίκῳ πι-
στεύσας ἐκέλευε τῷ Ἀγκῶνι προσεσχηκέναι (ἐπίνειον δὲ Ἰταλίας
ἐστὶν ὁ Ἀγκὼν) ἐντεῦθέν τε ὡς ἐξ ὁρμητηρίου κατὰ τῆς Ἰταλίας
ἰέναι. ἀλλ' ὁ μὲν Ἰωάννης μέχρι ποταμοῦ Βοόσης ἐλθὼν περαι-
τέρω ἰέναι οὐδαμῇ ἐφρόντισεν. εἴτε δὲ ἀπειρίᾳ τῇ περὶ τὰ ναυ-
μαχικὰ τοῦτο τῷ δομεστίκῳ διημάρτητο, εἴτε καὶ ταῖς Οὐεννέ-
D των ἡγμένῳ ξυμβουλαῖς ὡς μὴ Ἰταλίας ἐγκρατεῖς Ῥωμαῖοι γεγο-
νότες χώρᾳ τε ἐν γειτόνων ἤδη καταστάντες τῇ αὐτῶν περιφρο-
νεῖν αὐτοὺς ὡς τὸ εἰκὸς ἔχοιεν καὶ ξυμμαχίας ὀλίγα τῆς ἐξ αὐ-
V 46 τῶν χρήζοιεν· εἴτε οὖν οὕτως εἴτ' ἐκείνως, οὐδὲν ὅμως ὁ δομέ-
στικος ὧν πρὸς βασιλέως ἐντέταλτο πέρατι διδοὺς εἰκῇ τὸν και-
ρὸν ἔτριβεν. ὅθεν καὶ λαίλαπος ἀθρόον ἐπιγεγονότος πολλοῦ
(ἤδη γὰρ ἀμφὶ τροπὰς ἦν μετοπωρινὰς) συνέβη τῶν νεῶν ὡς
πλείστας θραυσθῆναι περιορωθείσας ὀλιγωρίᾳ τοῦ στρατηγοῦ.
P 59 ἐξὸν γὰρ ἐς τὸν ποταμὸν ἀναχθείσας παρ' ἑκάτερα πάσας ἀνελ-
κυσθῆναι, ὃ δὲ ἐν τῇ τῆς θαλάσσης ἀκτῇ μετεώρους αὐτὰς εἴα-
σεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐς Δαλματίαν ἐμβαλὼν τὸ Ῥᾶσόν τε κατε-
στρέψατο φρούριον καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐληΐσατο πάντα· πλῆθός τε
ἀνάριθμον ἐν δορυαλώτων μοίρᾳ πεποιηκὼς Κωνσταντίνῳ μὲν
σεβαστοϋπερτάτῳ, ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν, αὐτοῦ σὺν δυνάμεσιν
ἔλιπεν, ὃ δὲ προσωτέρω ἐχώρει Νικαβάν τε καταλαβὼν χώραν
ὑπὸ τῷ Ἀρχιζουπάνῳ τελοῦσαν καὶ αὐτὴν φρούρια μὲν τὰ ὅλα
ὅσα τῇδε ἵδρυται πόνῳ οὐδενὶ παρεστήσατο· ἐν δὲ Γαλίτζῃ γε-

21. σεβαστοϋπερτάτῳ] Malim σεβαστῷ ὑπερτάτῳ.

festim ulcisceretur. classe vero universa Ioanni Orientalium et Occidentalium thematum domestico commissa, iussit ut Anconam tenderet (est autem Ancona Italiae emporium) atque inde tamquam e sede belli Italiam impeteret. at Ioannes ad fluvium Boosem cum pervenisset, omnem ulterius pergendi curam abiecit; seu domesticus rei nauticae imperitia hac parte peccaverit, sive suasionibus inductus Venetorum, ne scilicet Italia potiti Romani et vicinae eorum regionis possessores facti ipsos ut par erat contemnerent, et rarius ab iis auxilia accerserent: sive igitur hanc sive illam ob causam nihil eorum quae ab imperatore iussus erat executus domesticus tempus inutiliter consumpsit. sed et turbine validius ingruente (imminebat quippe iam aequinoctium autumnale) pleraeque naves laceratae sunt negligentia ducis; qui, cum adactae in flumen utrimque potuissent subduci, eas ad littus maris in alto tenuit. imperator vero facta in Dalmatiam irruptione, Rasum castellum evertit, et obvia quaeque depopulatus est; multitudine deinde innumera, quam in servitutem redegerat, Constantino sebastohypertato, cognomine Angelo, commissa, eoque ibi cum copiis relicto, ulterius perrexit. Nicabam regionem ingressus, quae Archizupano et ipsa parebat, quotquot erant ibi praesidia nullo labore expugnavit. mox Galitzam assecutus, cum videret

γονώς, ἐπειδὴ τοὺς ἐνταῦθα βαρβάρους πλήθει τε καὶ τῇ ἐκ τοῦ τόπου δυσχερείᾳ πεποιθότας οὐκ ἐνδιδόντας αὐτῷ τὸ κρησφύγετον εὗρε, χάρακα πηξάμενος βέλεσι καὶ λίθοις τοῖς ἀπὸ σφενδόνης τοὺς ἐπὶ τῶν προπυργίων βάλλειν ἐκέλευε μηδένα καιρὸν ἀνιέντας, οὕτω τε τρίτῃ ὕστερον ἡμέρᾳ καὶ κατὰ κράτος εἷλεν αὐτό. ἔνθα πλήθει βαρβάρων περιτετυχηκώς, μοίρᾳ τε τῆς ὁπλιτικῆς, καὶ ἄλλως ἀγελαίων τυγχάνοντι, ἐκεῖθεν ἀνάστατον ἦγεν αὐτό. καὶ αὐτὸ μέν, ἐπειδὴ παλινοστήσας ἐπὶ τὸ Ῥᾶσον ἦλθεν, ἔν τε Σαρδικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίων χωρίοις ἐγκατοικισθησόμενον ἔπεμψεν, ὃ δὲ πρὸς τοῦ Ἀγγέλου πεπυσμένος ὅτι δὴ καιροφυλακήσας ὁ ζουπάνος μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐνθένδε ἀναχώρησιν ἐπικαταβαίνειν τε Ῥωμαίοις ἤρξατο καὶ τὴν μάχην ἀπὸ χειρὸς ἤδη κρατεῖν, τὴν ταχίστην ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε καταλήψεσθαι τοῦτον προθυμηθείς. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπιόντας Ῥωμαίους ἀκηκοὼς ἐς τὰς τῶν ὀρῶν ἀνατρέχων ὑπερβολὰς τὸν παρὰ πόδας ἀπεδίδρασκε κίνδυνον· βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν χώραν ἐτράπετο, ἀλλ' αὐτὴν μὲν κατ' ἐρημίαν τοῦ κωλύσοντος ἐληΐσατο πᾶσαν καὶ τοὺς ἐνταῦθα τῷ ἀρχιζουπάνῳ εἰς ἀρχεῖον ἀποτεταγμένους δόμους πυρὶ φλέξας παρῆλθεν.

7. Ἐπεὶ δὲ χειμὼν ἤδη κατέσχε δεινός, ὡς τοῦ φύσει θερμοῦ περὶ τὴν καρδίαν ἀντιπεριϊσταμένου τῷ γένει τῷ ζωϊκῷ πολλοῖς ἤδη λώβην περὶ τοῖς ἄκροις ἐμπεπτωκέναι, τότε μὲν τῆς ἐπὶ Βυζάντιον ἐμέμνητο. ἐς δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος φθινούσης ἤδη τῆς ὥρας, πηνίκα καὶ μάλιστα εὐέφοδα πολεμίοις τὰ κατὰ τὴν

16. ἀλλ' αὐτὴν] Fort. καὶ αὐτήν. 24. πηνίκα] ὁπηνίκα?

barbaros hominum multitudine locique difficultatibus fretos, nolle sibi arcem dedere, castris positis, suis imperavit ut tela et lapides e fundis sine ulla intermissione in eos qui exteriora munimenta defendebant, iacerent. ita tertio die locum vi expugnavit. ibi cum barbarorum multitudinem cum armatam tum gregariam reperisset, eam inde abduxit. deinde, postquam reditu instituto, venit ad Rasum, illos ut Sardicam et alias Romanorum regiones incolerent, dimisit. ab Angelo certior factus Zupanum captata post suum inde recessum occasione coepisse Romanos adoriri praeliumque iam exarsisse, motis castris ut eum opprimeret summa celeritate contendit. at ille ubi intellexit adventare Romanos, secessit in montium iuga, eaque ratione praesens vitavit periculum. imperator igitur in eam regionem effusus, totam utpote orbam defensore populatus est, consumptisque incendio aedificiis, quae palatiorum vice Archizupano erant, abscessit.

7. Cum vero adeo valida tunc esset hiems, ut naturali calore animantium circa cor collecto, extremae membrorum partes laborarent, de reditu Byzantium cogitavit. sequenti vero anno sub aestatis exitum, cum maxime

D Σερβικὴν γίνεται, ἅτε τοῦ ἀμφιλαφοῦς ἐπιλιπόντος ἤδη τοῖς δέν-
δροις, ἐπὶ Ναϊσὸν τὸ στράτευμα ἤγειρεν. ἔνθα δυνάμεις ἐκ
Παιονίας ἐπὶ συμμαχίᾳ Δαλμάταις στέλλεσθαι μαθών, σπουδὴν
ἐποιεῖτο διὰ τοῦ Λογγομηροῦ λεγομένου χώρου διαβιβάζειν τὸ
στράτευμα, ὡς τοῖς Παίοσιν ἐν δεξιᾷ πορευομένοις συμμῖξαι γέ-
νοιτο τῷ Ῥωμαίων στρατῷ. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς Σάου ἐγένετο, ἐφ' ἕτε-
ρον ἐκεῖθεν μετῆλθε ποταμὸν Δρυνᾶν ὄνομα, ὃς ἄνωθέν ποθεν
τὴν ἐκβολὴν ποιούμενος Βόσθναν τῆς ἄλλης Σερβικῆς διαιρεῖ.
ἔστι δὲ ἡ Βόσθνα οὐ τῷ Σερβίων ἀρχιζουπάνῳ καὶ αὐτὴ εἴκουσα,
ἀλλ' ἔθνος ἰδίᾳ παρὰ ταύτῃ καὶ ζῶν καὶ ἀρχόμενον. ὅθεν γε
P 60 μὴν Οὔννους Ῥωμαίοις συγκεκρουκέναι ξυνέβη αὐτίκα δηλώσω.
ἦν τις ἐν τῷ Δαλματῶν ἔθνει, ὄνομα μὲν οὐκ οἶδα ὅπερ αὐτῷ
ἔκειτο, ἀδελφὸς δὲ αὐτῷ Βέλοσις ἦν, ἄμφω λογίμω παρὰ Δαλ-
μάταις ὄντε. οὗτος τοῦ ἀρχιζουπάνου μὲν ἀδελφῇ ξυνοικῶν ἦν,
τὼ ὀφθαλμὼ δὲ πηρωθῆναι τυχὼν τρόπῳ ᾧπερ αὐτὸς οὐδαμῇ
ἐρεῖν ἔχω, ἐς Παιονίαν ἀνεχώρησεν. ἐνταῦθά τε πολύν τινα
V 47 διατρίψας χρόνον Γειτζᾷ τῷ ῥηγὶ αἰδεσιμώτατος μάλιστα κατέ-
στη, ἅτε τῆς ἐκ παίδων αὐτῷ τροφῆς μεταδοὺς καὶ παιδεύσεως.
διὰ δὴ ταῦτα χάριτας ὀφλων Γειτζᾷ Δαλματίαν ὑπόσπονδον
αὐτῷ καθιστᾶν ἐπεχείρει, ξυμβουλεύων τε ἑκάστοτε περὶ τούτου
τῇ ἀειλογίᾳ πείθειν ἔσχε τὸν ἄνθρωπον. ὅθεν ἐπειδὴ τὴν ἐπὶ
B Δαλματίας Ῥωμαίων ὁ Γειτζᾶς ἤκουσεν ὁρμήν, δυνάμεις ἐπὶ
συμμαχίᾳ Δαλμάταις ἔπεμψεν. αἰτία μὲν Ῥωμαίοις τῆς ἐς τοὺς
Οὔννους δυσμενείας αὕτη ἦν. τοῦ δὲ Ῥωμαίων στρατοῦ προσω-

pervia sunt hostibus in Serviam itinera, et arboribus comae decidunt, castra ad Naisum transtulit. sed ut ex Pannonia Dalmatis mitti auxiliares copias percepit, summo studio annixus est, ut traductis per regionem, Longomerem dictam, copiis, cum Pannonibus a dextra incedentibus Romani manus consererent. cum ad Savum proxime pervenisset, ad aliud inde flumen deflexit, Drynam nomine, quod in superiori sese loco effundens Bossenam a reliqua Servia disterminat. Bossena autem haud subest Archizupani imperio, sed vicina Serviis gens est quae et suos mores et suum agnoscit principem. unde vero cum Romanis ibi conflixerint Hungari, mox commemorabo. erat apud Dalmatas quidam, cuius nomen quale fuerit ignoro, fratrem autem habebat Belosim: ambo clari erant apud suos: hic uxorem duxerat sororem Archizupani. cum vero utroque oculo privatus esset (quo casu mihi plane incompertum) in Pannoniam sese recepit. longo hic tempore commoratus apud Geizam regem maximo in honore fuit, ut qui a pueris cum illo enutritus fuerat et educatus. eapropter quo Geizae gratias rependeret, Dalmatiam illi beneficii iure obnoxiam facere est annixus: idque continuis consiliis et adhortationibus homini tandem persuasit. simul atque igitur accepit Geiza in Dalmatiam irrupisse Romanos, copias auxilio Dalmatis submisit. ea quidem simultatum adversus Hungaros causa Romanis fuit. ulterius itaque pro-

τέρω χωροῦντος οἱ ἐπὶ χορταγωγίαν ἐξιόντες τοῖς Οὔννοις ὁδῷ πορευομένοις ἐντετυχηκότες εἰς χεῖρας ἦλθον. βασιλεὺς δὲ συναισθήσεως αὐτῷ γενομένης Ἰωάννην ἅμα στρατεύματι τὸν πρωτοσέβαστον ἐπιβοηθήσοντα ἔπεμψε. καὶ δὴ συμβολῆς γενομένης Οὖννοι πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἡττηθέντες φεύγοντες ἐς τὸ τοῦ ποταμοῦ Στρυμόνος ῥεῦμα καθῆκαν ἑαυτούς. ἔνθα μετρίους ἀποβαλόντες ᾤχοντο ἀμεταστρεπτί, Ῥωμαῖοι δὲ φεύγουσι κατὰ νώτου ἀεὶ εἵποντο, ἐπὶ Τάραν τε ποταμὸν ἐλθόντες ἐπειδήπερ οὐδένα C σφίσιν ἀντεπεξιόντα ἔβλεπον, παλινῳδίας ἐμέμνηντο. βασιλεὺς δὲ ἐπὶ μέσης τῆς εἰς Σετζενίτζαν φερούσης τὸν χάρακα πηξάμενος οὐκ ἔχων τε μαθεῖν ἔνθα τὸν ἀρχιζουπάνον εἶναι ξυνέβαινεν, ἐν τῷ τέως μὲν ἐν ἀπόρῳ ἐγένετο, ἐπεὶ δὲ πρὸς τῶν ἁλισκομένων Δαλματῶν δυνάμεις περιμένειν αὐτοὺς ἤκουσεν Οὐννικὰς ἐπὶ συμμαχίᾳ ὅσον οὐκ ἤδη ἀφιξομένας, ἐπὶ τὰ πρόσω λοιπὸν μετῆγε τὸ στράτευμα. μέχρι μὲν ποταμοῦ Τάρα γεγονόσιν οὐδὲν οὐδαμόθεν Ῥωμαίοις διεφάνη πολέμιον· ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα ἦλθον, Δαλματῶν ἀνάριθμος ὅμιλος οὔπω ἡλίου τὸν δυτικὸν ὁρίζοντα παραμείψαντος ὅπλοις κατάφρακτος ἐξεφάνη. ὅπερ D οἱ θεασάμενοι ἀγωνίᾳ καὶ δέει ἐχόμενοι Ῥωμαῖοι ἦλθον ἀγγέλλοντες. βασιλεὺς δὲ τὴν ἐκ Παιόνων ἀφικέσθαι προσδοκωμένην Δαλμάταις ἰσχὺν ταύτην εἶναι τὴν ὁρωμένην εὐστοχώτατα τεκμηριωσάμενος, ἅμα δὲ καὶ σκοπῷ τῷ Χουρούπῃ πρὸς τοῦτο χρησάμενος "νῦν αἰφνίδιον Δαλμάται Ῥωμαίοις ἐπεισπεσεῖσθαι δια-

4. *συμβολῆς*] Ita Tollius. Cod. *συμβουλῆς*. 6. *Στρυμόνος*] Cod. *Στρυμμόνος*. 23. *νῦν αἰφνίδιον*] Fort. cum Tollio *νῦν, ἔφη, αἰφνίδιον*. *ibid.* *ἐπεισπεσεῖσθαι*] Ita Tollius. Cod. *ἐσπειπεσεῖσθαι*.

cedente Romanorum exercitu, qui pabulatum exierant cum Hungaris, qui et ipsi iter agebant, obviam factis manus conserunt. quo cognito imperator in auxilium cum copiis Ioannem protosebastum mittit. commisso praelio Hungari a Romanis superati fuga se ad Strymonem fluvium receperunt, indeque aliquot ex suis amissis abscesserunt, a tergo instantibus semper Romanis. ut ad flumen Taran pervenere, cum nullum adverterent hostem a quo impeterentur, rediere ad suos. imperator autem medio itinere quod Setzenitzam ducit, positis castris, cum rescire haud posset quo ageret loco Archizupanus, eo usque quidem animi dubius haesit. intellecto dein ex captivis Dalmatis expectare illum auxiliares copias ex Hungaria iamiam venturas, exercitum ulterius traduxit. sed usque ad fluvium Taran nulli adhuc visi fuere hostes. eo vero ut ventum est, Dalmatarum vis innumera armis instructa ante solis occasum apparuit. qua conspecta angore et metu perculsi Romani id confestim nuntiatum veniunt. at imperator felici assecutus coniectura, copias quae conspiciebantur eas esse quas ab Hungaris in auxilium expectabant Dalmatae, id firmante praeterea Churupo quo speculatore usus erat "nunc igitur" inquit "Romanos invadere decreverunt Dalmatae."

νοῦνται" ἦσαν γὰρ οὐ μακρὰν ἄποθεν ἤδη ποιούμενοι τὴν παρεμβολήν. ἐπειδὴ γοῦν τάχιστα νὺξ ἤδη ἐγένετο, τοιάδε τινὰ ἐνενόει. ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐπὶ πόλεμον ἰοῦσιν, εἴ που διατριβὴν ποιεῖσθαι χρεὼν τὸν στρατόν, σάλπιγγα τῆς ἡμέρας ἀλαλάζειν ὀψέ, καὶ σύνθημα τοῦτο τοῖς πλήθεσι γίνεται τοῦ καὶ τὴν ἑξῆς
P 61 πρὸς ἐκείνῳ διακαρτερήσειν τῷ χώρῳ. ὅπως οὖν ἐνταῦθα ἀπατηθῆναι γένοιτο τοῦτο δὴ τὸ Ῥωμαίων ἔθος εἰδόσι καὶ αὐτοῖς, σαλπίζειν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα παρεκελεύσατο, λαθραιότατα δὲ καθ' ἕνα τοῖς στρατηγοῖς ἐμήνυε τὰ βουλευθέντα, καὶ ὡς χρὴ τούτους ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι τῆς περὶ αὐτὸν ἕκαστον φάλαγγος ὁπόσον ὅπλοις τε φράττοιτο καὶ ἐν ἐπιλέκτοις ἐστὶν εὐπρεπὲς ἔχοντα ἡσυχῇ ἵστασθαι καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ προσδέχεσθαι κέλευσιν. ὅπως γε μὴν οὐκ ἐπίδηλοι γένοιντο, ἐκέλευσε περιχλαινίσμασι τῶν εὐτελεστέρων περιαμπίσχειν τὴν ὅπλισιν.

8. Οἱ μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν· ἐπεὶ δὲ ἤδη ἡμέρα διαφανῶς ἦν, ἐξῄει σὺν αὐτοῖς τοῦ στρατοπέδου ὡς ἐπὶ χορτα-
B γωγίαν δῆθεν ἰών. ὅθεν καί τινας ἀνόπλους τὸ παράπαν σκαπάναις ἅμα καὶ πτύοις, οἷς ἔθος ἐστὶ τοὺς ὑπογαίους ἀνερευνᾶσθαι σιτῶνας τοῖς τὰ ἐπιτήδεια τῷ στρατῷ ἐσκομιζομένοις, ἔμπροσθεν ἐκέλευεν ἰέναι. ἐπειδὰν μέντοι πολεμίους κατ' αὐτῶν ἰόντας ἴδοιεν, φεύγειν ἐπήγγελεν ἕως τοῖς κατόπιν ἰοῦσι Ῥωμαίων συμμίξαντες ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ γένωνται. ὡς γὰρ ἐν ἀκαρεῖ τῶν γινομένων αἴσθησις γίνοιτο τῷ στρατηγῷ, ἐκέλευε
V 48 δύο μὲν τὸ πρῶτον, ἑξῆς δὲ καὶ οὐ πολλῷ ἄποθεν τέτταρας,

11. εὐπρεπὲς] Fort. εὐτρεπές. 16. διαφανῶς] Duc. διαφανής.

neque haud ita procul castra ii posuerant. sed quia nox instabat, eiusmodi capit consilium. moris est euntibus in bellum Romanis, sicubi morari necesse est exercitum, praecipiti iam die tuba canere: idque pro signo est multitudini etiam posterum diem eo in loco transigendum. quo igitur consuetudinis huius Romanae haud ignari hostes fallerentur, canere tubas continuo imperat: singulis autem ducibus mentem suam quam potest occultissime aperit: oportere nimirum orto statim sole quemque cum delectis ex sua phalange cataphractis immotum stare suumque expectare mandatum: sed ne manifesti forent, praecepit ut vilissimis tegumentis armaturam circumducerent.

8. Illi prout imperatum erat faciunt. postquam autem illuxit dies, cum illis velut pabulatum iturus excedit e castris: eoque inermes aliquot praecedere iubet cum ligonibus et dolabris, quibus subterranea investigare solent granaria qui commeatum et res necessarias exercitui provident: simul autem invadentes hostes cernerent, fugere imperat, donec subsequentibus a tergo Romanis adiuncti in tutum reciperentur. ut enim quae gerebantur confestim duci essent cognita, primum duos, inde parvo intervallo quatuor, tum sex.

εἶτα ἓξ καὶ αὖ δέκα καὶ ἑξῆς πλείους χωρεῖν, ἄλλην τε φαρετροφόρον καταστησάμενος φάλαγγα ἑτέρωθεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι προὔτρέπετο· κἂν μὲν Δαλμάται χειρῶν ἄρχοιεν φεύγειν C ἐλασσουμένους τῷ πλήθει, ἑστάναι δὲ ἡσυχῇ πρὸ τῆς παρεμβολῆς εἰ μηδεὶς σφίσιν ἀντεπεξῄει. ἔπραττε δὲ ταῦτα ὡς ἂν εἴ γε αὐτοῦ σὺν τῷ ἄλλῳ ἐπιστάντος στρατεύματι φεύγειν ἐπιβάλλωνται τὸ Δαλματικόν, ὑπὸ τῶν κουφοτέρων τούτων κτείνοιντο καταλαμβανόμενοι. οὔπω τοίνυν μακρὰν ἐγένοντο πορευόμενοι, καὶ τῶν ἐπὶ κατασκοπῇ τινες δρομαῖοι ἐς τὸν βασιλέα ἦλθον, συγκεκομμένοι τε τὴν φωνὴν καὶ δεινῶς ὠχριῶντες ἀριθμοῦ κρείσσω ἔλεγον στρατιὰν ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ φάλαγγος ἵστασθαι, οὐχ ὅσον μόνον ἐγχώριον, ἀλλὰ καὶ μυριόν τι φῦλον συμμαχικὸν ἔκ τε Οὔννων ἱππέων καὶ δὴ καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἑτεροδοξούντων Χαλισίων. Οὔννων γὰρ τὰ Χριστιανῶν πρεσβευόντων, οὗ- D τοι Μωσαϊκοῖς καὶ τούτοις οὐ πάντῃ ἀκραιφνέσιν εἰσέτι καὶ νῦν διεξάγονται νόμοις. τούτους τε οὖν Δαλμάταις συστρατεύειν ἔλεγον καὶ δὴ καὶ Πετζινάκους. ταῦτα ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσεν, ἐννοησάμενος μή τι καὶ βιασθεῖεν ὀλίγοι πρὸς πολλῶν κυκλωθέντες Ῥωμαῖοι οἳ ἐπίπροσθεν ἐπορεύοντο, συντονώτερον ἤλαυνεν ἐπείγων ἕπεσθαι καὶ τὸν σημειοφόρον· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος κεκμηκότος αὐτῷ τοῦ ἵππου σχολῇ τὴν ὁδὸν ἐποιεῖτο, αὐτὸς βασιλεὺς τὴν σημαίαν ἀναλαβὼν κατετάχει τὸν δρόμον, ἐπί τινός τε περιωπῆς γεγονὼς ἑαυτόν τε ὅστις εἴη καὶ τὸ σημεῖον ἐδίδου γνωρίζειν τοὺς

5. ἀντεπεξῄει] Fort. ἀντεπεξίοι. 11. ἔλεγον] Ita Duc. Cod. ἔλεγε. *ibid.* ἐπὶ θάτερα] Tollius ἐπὶ θατέρᾳ.

postea decem, denique complures iubet praeire: aliamque ad haec phalangem pharetratam cum ordinasset, aliunde in hostes ire praecipit cum mandatis, ut si praelium inirent Dalmatae, terga verterent velut numero inferiores: sin vero nemo occurreret, quieti ante vallum consisterent. non alio haec instituit consilio, quam ut si, ipso cum ceteris copiis ingruente, fugere inciperent Dalmatae, ab expeditioribus iis comprehensi caederentur. haud igitur longe processerant, cum quidam speculatores celeri cursu reversi ad imperatorem vacillante lingua metuque pallidi nuntiarunt, innumerum in adversa ripa fluminis instructa acie stare exercitum; neque illum tantum ex indigenis, sed immensum etiam alium ex auxiliaribus copiis conflatum, praesertim Hungaricis equitibus, et qui apud illos diversae sunt religionis Chalisiis. Hungaris quippe Christianam amplexis, isti Mosaïcis legibus iisque non omnino genuinis etiamnum vivunt. hos igitur ut et Petzinacas Dalmatis adiunctos esse referebant. ea ut audivit imperator, veritus ne pauci, qui praecedebant, Romani a pluribus circumclusi perfringerentur, confestim citatiore cursu pergebat et signiferum ut subsequeretur urgebat. qui cum defesso equo lentius incederet, ipse arrepto signo princeps maturavit cursum, ac loco editiore consistens, et se qualis esset et vexillum ho-

ἀντιπάλους. ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ τοξοφόροι τὸν ποταμὸν κατειληφότες ἀντιμέτωποι Δαλμάταις ἵσταντο. ἐπὶ πλεῖστον δὲ οὐδέ-
P 62 τεροι μάχης ἀρχόμενοι ἡσυχῇ ἔμενον. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἡ βασιλέως αὐτοῖς διεφάνη σημαία, τῆς τε γεφύρας ἀπέσχοντο Δαλμάται καὶ ἄδειαν Ῥωμαίοις ἐδίδοσαν ἀκροβολισμοῦ. ὃ γνοὺς βασιλεὺς (ἑστήκει γὰρ ἄνωθέν ποθεν, ὥσπερ εἴρηται, τὰ πρασσόμενα κατανοῶν) ἤλαυνε καὶ αὐτὸς ὡς σὺν αὐτοῖς τὸν ποταμὸν διαβησόμενος. ἦν γάρ, ὥς μοι πολλάκις ἐρρέθη, δαιμόνιόν τινα καὶ ἀνδρείας πρόσω τρόπον τὰ ἐς τὰς μάχας κεκινημένος ἀεί. Δαλμάται δὲ καίτοι ὑπὸ εὐαριθμήτων διωκόμενοι στρατιωτῶν ἔφευ-
B γον ὅμως ἕως ἐν δυσχωρίαις ἐγένοντο. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἐπιστραφέντες ὁμόσε τούτοις ἐχώρουν, ξυμβολῆς τε γενομένης ὀλίγοι ἐξ ἀμφοῖν ἔπεσον. Δαλμάται γὰρ τῆς βασιλέως αἰσθόμενοι παρουσίας διελύοντο αὖθις, Ῥωμαῖοί τε φεύγουσιν ἀεὶ ἐφεπόμενοι πολλοὺς Παιόνων τε καὶ αὐτῶν ἔκτειναν. ὅτε δὴ Γουρδέσης τε καὶ Βουλτζῖνος, ἄνδρε ὀνομαστοτάτω ἐπὶ Δαλμάταις, ὑπὸ τὰς Ῥωμαίων ἐγενέσθην χεῖρας. βασιλεὺς δὲ περὶ πλείονος τοῦ λοιποῦ ἐποιεῖτο, ὅπως ἂν αὐτῷ πανοπλίαν ὑποδῦναι τὴν αὐτοῦ γένοιτο. χρόνου δέ τινος διὰ τοῦτο τριβέντος αὐτῷ (οὐ γὰρ ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτῷ παρῆσαν οἳ ταύτην ἐκόμιζον) συνέβη τῶν παρὰ Ῥωμαίοις στρατηγούντων τινάς, ἐν οἷς Γιφάρδος τε ἦν καὶ Μιχαὴλ ᾧ ἐπώνυμον Βρανᾶς, καὶ πλεῖστοι ἕτεροι ἄνδρες αὐτουργῆσαι ἱκανοὶ καὶ στρατηγῆσαι δεξιοί, ἐπί τινος δυσπορεύτου καὶ

11. δυσχωρίαις] Ita Duc. Cod. δυσχερίαις. 13. τῆς βασιλέως] Ita Tollius. Cod. τοῖς βασιλέως.

stibus conspiciendum praebuit. delati interea ad flumen sagittarii Dalmatis stabant obversi, sed neutris pugnam concitantibus, quievere. simul autem ac imperatoris conspectum est vexillum, a ponte abscessere Dalmatae Romanisque sagittas mittendi potestatem dederunt. id ubi princeps videt (stabat enim in loco eminentiori, ut dictum est, et quae gerebantur advertebat), velut cum ceteris flumen traiecturus advolat. namque, ut non semel innui, supra fortitudinis humanae modum pugnas semper et certamina affectabat. Dalmatae vero, licet haud magno numero milites insequerentur, fugere nihilo minus, donec ad loca difficilia pervenerunt. mox inde conversi, occurrerunt hostibus: verum facto congressu cecidere utrimque pauci. quippe Dalmatae ubi imperatorem adesse percipiebant, dissolvebantur iterum. at Romani fugientibus semper instantes, eorum multos ut et Pannonum ceciderunt. quo tum casu in manus venere Romanas celeberrimi inter Dalmatas viri, Gurdeses et Bultzinus. imperator interea suis indui armis vehementer exoptabat. eius rei gratia cum aliquantum insumpsisset temporis (neque enim prope aderant qui ea ferebant), accidit ut quidam e Romanorum ducibus, in quibus fuere Giphardus et Michaël cognomento Branas, complurésque alii manu perinde ac regendis copiis strenui, dum effusius hostes in-

ἀνάντους ἐν τῷ διώκειν γεγονότας λοχμῆς ἀγωνιᾶν ἅτε εἰς προῦ- C πτον κίνδυνον ἐληλακότας. Δαλμάται γὰρ πόῤῥω τῶν ἄλλων Ῥωμαίων γεγονότας αὐτοὺς κατανοήσαντες ἐπεστράφησάν τε καὶ ἀντιμέτωποι ἔστησαν.

9. Οἱ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν. βασιλεὺς δὲ ἤδη τὴν ὅπλισιν περιθέμενος ἀνέτῳ ῥυτῆρι διώκων ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν, ἐν χρῷ τε ἀλλήλοις ἐφ' ἕνα χῶρον συνιόντας εὑρὼν ἐκατηγόρει τε ἀναφανδὰ καὶ πικρότατα ἐλοιδορεῖτο, δειλίαν αὐτοῖς προσονειδί- V 49 ζων καὶ πολεμικῶν ἀμαθίαν ἔργων. τῶν δὲ τοῦ χώρου τὴν φύσιν καὶ τὸ τῆς χιόνος προφερόντων ἄμετρον, αὐτὸς τῆς ὁδοῦ κατάρχων ἕπεσθαι σφίσιν ἐκέλευεν. ἤδη γὰρ καὶ ἄλλο αὐτοῖς Ῥωμαίων συνίστατο πλῆθος. ἐν ᾧ δὲ τὴν πορείαν ἐτίθεντο, ἐνέδρα πολεμίων ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐκπηδήσασα τοῖς ἐν ἀριστερᾷ Ῥωμαίοις ἐπε- D τίθετο. ἀλλὰ ταύτην μὲν ἐπειδήπερ ὀλιγανδροῦσαν βασιλεὺς ἔγνω, οὐδὲ ὅσον ἐπεστράφθαι ἠξίωσεν· ἀεὶ γὰρ ἀνεπιστρόφως ἐδίωκεν, εἴ πως ἢ αὐτὸν χειρώσασθαί οἱ γένοιτο τὸν ἀρχιζουπάνον ἢ τὸν παρὰ τοῖς Παίοσιν εἰς ἐκείνην στρατηγοῦντα τὴν ἡμέραν ἀνδρείας εὖ ἥκοντα. οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς ἐνέδρας μηδὲν ἄξιον λόγου πεπραχότες διελύοντο αὖθις. βασιλεὺς δὲ μικρὰ διώξας, ἐπειδὴ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔγνω ἐκκακήσαντας ἤδη, αὐτοὺς μὲν παρῆλθε, δύο δὲ ξυγγενῶν παρειληφὼς τῶν αὐτοῦ, ὧν ὁ μὲν Ἰωάννης ὁ Δούκας ἦν, ἅτερος δὲ ὃς τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ σεβαστοκράτορος ἔγημε παῖ- P 63 δα, ὄνομα Ἰωάννης καὶ αὐτὸς ἐπίκλησιν Καντακουζηνός, σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐχώρει. οἱ δὲ ἐκ τῆς ὁπλίσεως αὐτὸν κα-

10. προφερόντων] Cod. προσφερόντων.

sequuntur, in ardua et avia loca delati manifesto periculo involverentur. Dalmatae quippe Romanos longe a suis seiunctos conspicati, reverterant stabantque obversi.

9. Ea cum se ita haberent, iam armis indutus imperator totis habenis in illos fertur: quos cum uno in loco arctissime in se coeuntes advertisset, palam reprehendit increpatque acerbissime, et metum et militiae imperitiam exprobrat. at iis loci situm et immensam nivium vim causantibus, praecedit ipse ac reliquis ut sequerentur imperavit: iam enim et aliae advenerant Romanorum copiae. dum itaque iter faciunt, hostium aliqui ex insidiis repente coorti Romanos, qui ad sinistram erant, adoriuntur. sed imperator videns eos numero pauciores, contemptis illis, continuo hostes insequebatur pertinaciter, quo aut Archizupanum ipsum caperet, aut qui tum Pannonicis praeerat copiis fortissimum ducem. qui igitur ex insidiis prodierant, nullo edito facinore rursum dissipati sunt. aliquanto spatio hostes insecutus princeps, ubi suos delassatos advertit, relictis iis ac duobus assumptis cognatis, quorum alter fuit Ioannes Ducas, alter qui uxorem duxerat Andronici sebastocratoris filiam, nomine Ioannes, cognomento vero Cantacuzenus, cum iis in hostes perrexit. sed illo ab iis agnito ex armis quae multo obducta erant

τανοήσαντες (χρυσῷ γὰρ κατακόρως ἀλήλιπτο πᾶσα) καὶ τῆς τοῦ σώματος δὲ ἀναδρομῆς τε καὶ εὐφυΐας τεκμηριωσάμενοι μάλιστα (ἥρωσι γὰρ ἀτεχνῶς ἐῴκει, ἅτε τῷ ξένῳ τῆς ἱππασίας καὶ τῆς ἀμφιδεξίου περὶ τὰ ὅπλα κινήσεως πολλῷ διενεγκὼν) νῶτα διδόναι οὐδαμῆ ᾐσχύνοντο. ὁ δὲ φεύγουσιν ἐπιθέμενος λέγεται ὅτι μιᾷ δόρατος προσβολῇ πεντεκαίδεκα τῶν πολεμίων εἰς γῆν ἔβαλλεν. ἐν γὰρ ταράχῳ καὶ συγχύσει φερομένους συγκρούειν ἀλλήλοις οὐδενὶ κόσμῳ συνέβαινεν αὐτούς· τετταράκοντα δὲ τοὺς πάντας ἐπὶ
B στόμα κατενεγκὼν τοὺς ἄλλους ἐτρέψατο, φεύγουσί τε ἐφεπόμενος συνέκοπτεν ἀεὶ κατὰ νώτου καὶ ξίφει καὶ δόρατι χρώμενος. ὅτε συνέπεσέ τι καὶ τοιοῦτον· τῶν τις προκαταδορατισθέντων αὐτῷ τοῦ πτώματος ἀνενεγκὼν (οὐ γὰρ καιρίαν ἐτύγχανε πεπληγμένος) ἔφευγεν ἐκ ποδὸς τὴν πορείαν ὁ τάλας ποιούμενος. ἐπειδή τε ἀγχοῦ βασιλέα γεγονότα εἶδε σπασάμενος τὸ ξίφος πατάξων ἐφέρετο τοῦτον. ὁ δὲ λὰξ τῷ στήθει ἐπιβὰς αὐτὸν μὲν εἰς γῆν ἤνεγκε, σημειωσάμενος δὲ ἔκ τινος ἐπισήμου περὶ τὸν ὀφθαλμὸν πάθους παρῆλθε. κάμνοντος δὲ τοῦ ἵππου αἰσθόμενος ἤδη τῷ βάρει τῶν ὅπλων, παλινδρομεῖν μὲν οὐδὲ ὣς ἤθελε, τῷ δὲ Καντακουζηνῷ
C (ἐτύγχανε γὰρ ἤδη τῶν βασιλέως ἐποχούμενος) ἐκέλευε πρόσω χωρήσαντι συμμίγνυσθαι τοῖς βαρβάροις, ὡς ἂν οὕτω τῇ πρὸς αὐτὸν ἀσχολίᾳ ἐπικαταλαβεῖν σφᾶς καὶ αὐτὸν γένοιτο. καὶ ἔτυχέ γε τοῦ σκοποῦ. ἐπειδὴ γὰρ τάχιστα τῶν πολεμίων ὁ Ἰωάννης ἐγγύθεν ἐγένετο, Βακχῖνον τὸν ἀρχιζουπάνον παίει μὲν κατὰ τοῦ μεταφρένου, διελάσαι τὸ δόρυ προθυμηθείς· οὐ μέντοι γε καὶ

auro, cum praeterea corporis statura excelsiore satis proderetur (vere enim heroem referebat, quippe qui equitandi ratione non vulgari et in armis tractandis dexteritate longe praecelleret), terga nullo pudore dederunt. fugientibus incumbentem aiunt uno hastae ictu quindecim ex hostibus in terram prostravisse: in tumultu quippe et confusione ita collidebantur, ut se invicem impellerent. ipsis autem quadraginta prostratis, reliquos fudit, fusos insecutus gladio et hasta in terga fugientium irruit: quo tempore id quoque accidit. quidam ex iis qui hasta prius ab imperatore fuerant caesi, cum surrexisset ex lapsu (neque enim letaliter fuerat vulneratus) fugam inde pedibus miser paravit. ubi autem in propinquo imperatorem conspicit, stricto gladio in eum velut percussurus fertur. at ille pede in pectus impacto, protrusum humi atque insigni circa oculum vulnere notatum relinquit. equum vero etiamsi adgravatum sentiret armorum pondere, non ideo tamen sistere impetum voluit. Cantacuzeno autem (unicus quippe adequitabat ex imperatoriis cognatis) ut progrederetur et cum barbaris manus conferret imperavit, ut nimirum dum circa illum sic occuparentur, ipse vicissim eos assequeretur. nec aberravit a consilio. postquam enim quam citissime sese in hostes intulit Ioannes, Bacchini Archizupani tergum percussit, totumque hasta transverberasset hominem, ni praepedivissent arma. is autem conver-

ἐδυνήθη τῆς ὁπλίσεως ἀντισχούσης. ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς ἔγνω πρὸς
ἀνδρῶν διωκόμενος δυοῖν. συμπαρῆν γὰρ βασιλεῖ καὶ θάτερος
Ἰωάννης, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην. ἑπτὰ γοῦν τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν ἐπα-
γόμενος ξυμπλέκεται τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ ἡ μάχη ἀπὸ χειρὸς
ἤδη ἐγίνετο. ἐν τούτῳ δὲ τῶν βαρβάρων ἄλλου ἀλλαχόθεν συρ-
ρέοντος ἀεὶ ἐν ἐσχάτοις ὁ Καντακουζηνὸς ἦν, καὶ εἰ μὴ βασιλεὺς
ἐγγύθεν ἤδη παραφανεὶς ἐξεῖλεν αὐτὸν τοῦ κινδύνου, ἐδέησεν οἶμαι D
οὐδὲν βαρβαρικῆς ἔργον μαχαίρας γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον. οὐ
μὴν οὐδὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἔξω κινδύνου ἐγένετο. λογισάμενος γὰρ
ὡς εἰ τοῖς τὸν Ἰωάννην κυκλοῦσιν ἑπτὰ τέως οὖσιν αὐτὸς ἀντιτά-
ξοιτο, ἐξέσται τοῖς ἄλλοις εἰς τριακοσίους ἤδη ἀριθμουμένοις
κατ᾽ ἀμφοτέρων ἰέναι, δεῖν ἔγνω τῷ πλήθει ξυμπλακήσεσθαι πρό-
τερον· ἐκείνων γὰρ ὑποχωρούντων ξυναποστῆναι καὶ τοὺς τὸν V 50
Ἰωάννην περιστοιχίζοντας εἰκὸς ἦν· καὶ δὴ τὸν ἵππον μυωπίσας
περὶ μέσους εἰσήλασεν. ἀλλά τινα τούτων παῖσαι τῷ δόρατι προ-
θυμηθεὶς τούτου μὲν διήμαρτεν. ἰσχιάσαντι γὰρ τῷ βαρβάρῳ P 64
ξυνέβαινε κενὴν τῆς πλευρᾶς διεκπεσεῖν τὴν αἰχμήν. ἀπὸ χειρὸς
δὲ λοιπὸν αὐτῷ συνεπλέκετο. ὅπερ ὁ Βακχῖνός τε αὐτὸς καὶ οἱ
περὶ ἐκεῖνον ἰδόντες Ἰωάννην μὲν αὐτοῦ ἔλιπον, ἐπὶ δὲ βασιλέα
δρόμῳ ἦλθον. καὶ τὸ πρᾶγμα φρίκης μεστὸν ἦν. ἀλλὰ βασιλεὺς
τὸ μὲν δόρυ μεθίει, ὃ δὲ παρήρτητο ξίφος ἑλκύσας πυκνὰ παρ᾽ αὐ-
τοῖς ἐστρέφετο παίων ἀεὶ καὶ παιόμενος, ἕως τῶν ἄλλων σκεδα-
σθέντων εἰς αὐτόν τε καὶ Βακχῖνον τὰ τῆς μάχης ἀπεκρίνατο πά-
σης, ἀνδρείᾳ τε διαφέροντα καὶ σώματι μεγάλῳ ἐς ἄγαν κεχρημέ-

5. **συρρέοντος] Fort. συρρεόντων.**

sus, videt se a duobus impeti: namque imperatori iam etiam alter aderat Ioannes, cuius modo mentio facta est. septem igitur suorum adscitis cum Cantacuzeno congreditur, fitque collato pede praelium. sed dum subinde advenere undecumque barbari, in extremum periculum adductus est Cantacuzenus, et ab iis fuisset obtruncatus, nisi imperator ex propinquo subveniens discrimini eum exemisset. at neque ipse expers fuit discriminis. quippe cum animo reputaret, si occurreret iis qui numero adhuc septem Ioannem circumsteterant, integrum fore aliis iam numero trecentis utrumque adoriri, primo oportere censuit cum multitudine decernere. illis enim cedentibus, recessuros pariter qui Ioannem circumstabant. concitato inde equo in medios invehitur. sed cum ex iis quemdam hasta vellet percutere, aberravit ictus hac atque illac inclinante barbaro, atque innoxius a latere hastae mucro decidit. deinceps vero certamen conseritur. quod cum Bacchinus ipse et qui cum illo erant conspexere, omisso Ioanne, ad imperatorem cursu contenderunt. atque inde horribile quid videre erat. verum abiecta protinus hasta imperator ensem quo accinctus erat stringens crebrius in eos versat, ferit vicissim et feritur; donec dissipatis aliis, in illum et Bacchinum, fortitudine praecellentem et procero admodum corpore virum, tota praelii vis

νον. μετὰ πολλὴν γοῦν τινα συμπλοκὴν Βακχῖνος μὲν τῷ βασιλεῖ
B τῆς σιαγόνος τὸ ξίφος κατενεγκὼν ἔπληξεν, οὐ μὴν καὶ διελάσαι τὸ ἐκ τοῦ κράνους ἐπὶ τὰς ὄψεις ἠρτημένον ἠδυνήθη παραπέτασμα. οὕτω μέντοι ἰσχυρὰ ἡ πληγὴ γέγονεν, ὡς τοὺς κρίκους ἱκανῶς τῇ σαρκὶ ἐνιζήσαντας ἐπὶ πλεῖστον ἐκτυπωθῆναι. ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς χειρὸς τὸν βάρβαρον ἀφελόμενος τῷ ξίφει τῷ ἐξαδέλφῳ παρεδίδου φέρων, ὁ δὲ καὶ πάλιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐσφάδαζεν ἰέναι· ἀλλ' ἀμφοτέρω τε τὼ Ἰωάννα καὶ Βακχῖνος ὁ βάρβαρος ἐπισχεῖν αὐτῷ τὴν ὁρμὴν ἴσχυσαν. ἤδη γὰρ τὸ εὔνουν ἐκεῖνος δεδουλωμένος ἐσχηματίζετο. τὰς οὖν τῆς κεφαλῆς αὐτῷ τρίχας ὑποδεικνὺς ἐντεῦθέν πως τὸ ὑπαντιάσον αὐτῷ πλῆθος ὑπεσημαίνετο. ἐν τούτῳ
C τῷ πόνῳ δυοῖν ὁ Καντακουζηνὸς δακτύλοιν θατέρας ἐστέρητο χειρός. βασιλεὺς δὲ ἀμφὶ τετταράκοντα πολεμίων ὑπαγόμενος δορυαλώτους ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν. ὅτε δὴ κἀκείνου εἰς μνήμην ἐλθών, ὃν ἤδη καταβαλὼν ἐκ τοῦ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπισήμου παρῆλθε τεκμηριωσάμενος, ἀνεζήτει τοῦτον ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τὸ σημεῖον εἰπών· ἐγένετο τοίνυν κἀκεῖνος καὶ ἀνεγνώριζε τὸν νενικηκότα καὶ ἀνεγνωρίζετο. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πρέσβεις παρὰ τοῦ ἀρχιζουπάνου ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἵκοντο ἀμνηστίαν αὐτῷ κακῶν ἐξαιτούμενοι. καὶ δὴ βασιλέως κελεύσαντος ἧκε μετὰ μικρὸν ὁ ἀνὴρ ἱκέτην ἐλεινὸν ἑαυτὸν παρεχόμενος. καὶ βασιλεὺς μὲν ἱκε-
D τεύοντα προσηκάμενος, ἀφῆκε τούτῳ τὴν ἁμαρτάδα. ὁ δὲ τοῦ

11. ὑπαντιάσον] Ita Duc. Cod. ὑπαντιάσαν. Ad αὐτῷ quod sequitur in Cod. glossa marg. adscripta est: βασιλεῖ. 13. ὑπαγόμενος] Malim ἐπαγόμενος. 18. παρὰ] Cod. π. Tollius ἐπί. Duc. ἀπό. παρὰ Heyse.

incubuit. post longum ergo certamen Bacchinus maxillam imperatoris gladio percussit: nec tamen dissecare potuit dependens ex galea super oculos velamen. adeo autem vehemens ictus fuit ut galeae circuli non modice carni inhaererent notasque imprimerent: at princeps arreptum e barbari manibus ensem patrueli suo tradidit. inde iterum in hostem contendere vehementius gestiebat, sed impetum inhibuere uterque Ioannes et Bacchinus. quippe captus barbarus benevolentiam simulabat: capillis igitur capitis sui ostensis ingentem innuebat illi occursuram multitudinem. eo in praelio duobus in una manu digitis privatus est Cantacuzenus. tandem quadraginta circiter captivis hostibus adductis in castra reversus est imperator. ibi eum subiit illius memoria, quem paulo ante prostratum et signo circa oculos notatum reliquerat. hunc ergo indicato signo quaesivit in castris: qui inventus agnovit victorem et vicissim ab illo agnitus est. nec ita multo post legati ab Archizupano in castra venerunt, qui praeteritorum oblivionem deprecarentur: statimque iubente principe venit ipse miserandi hominis ac supplicis habitu: atque ab imperatore benevole exceptus veniam delicti obtinuit. tum paulis-

ἐδάφους μικρὸν ἀνανεύσας, ἔνθα πρὸ τῶν βασιλέως ποδῶν ἰχνῶν ἔκειτο καταβαλὼν ἑαυτόν, ὅρκοις τὰ δεδογμένα ἐπίστου, δοῦλος ἐς τὸν πάντα ἔσεσθαι Ῥωμαίοις αἰῶνα βεβαιῶν· κἂν μὲν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν στρατεύοιε, σὺν δισχιλίοις ἕπεσθαι ὡμολόγει, πολεμοῦσί γε μὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πρὸς οἷς τὸ πρότερον εἰώθει τριακοσίοις καὶ διακοσίους ἤδη προσεπιπέμπειν. ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου παλινδρομεῖ. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ στόλος τῶν ἀμφὶ τῇ Ἰταλίᾳ διαπεπραγμένος οὐδὲν ἐς Βυζάντιον ἦλθε. Δαλμάται μέντοι οὕτω δὴ τὸ ἐς Ῥωμαίους ἐτήρησαν δούλιον, ὥστε χρόνοις πολλοῖς ὕστερον Οὔρεσιν τῆς ἀρχῆς παραλύσαντες, P 65 ἐπειδὴ βασιλέως μηδὲν συνειδότος θατέρῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτὴν ἐνεχείρισαν, ἔδεισάν τε ὡς τὸ εἰκὸς μή τι αὐτοῖς χαλεπήνῃ, καὶ Δέσε καὶ Οὔρεσιν ἄγοντες παρ' αὐτὸν ἦλθον, ὅτῳ αὐτὸς ἐπιψηφιεῖται ἀναγκαίως ὑπακούσεσθαι λέγοντες. δίκης τοίνυν αὐτοῖς ἀνοιγείσης βραβεῖόν τι ἐκ βασιλέως Οὔρεσις αὖθις τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

10. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ἐχώρει, τὴν εἰς Δαλμάτας πρότερον καθάπερ εἴρηται συμμαχίαν ὑπόθεσιν πολέμου πεποιημένος αὐτοῖς. οὐ μὴν ἀκηρυκτὶ ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν, ἀλλὰ V 51 γράμμασι πρότερον τά τε ἐς αὐτὸν ἡμαρτημένα σφίσιν ἐδήλου καὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτίκα ἐμήνυεν ἔφοδον. ἐπειδὴ γοῦν πρὸς ταῖς B Ἴστρου ὄχθαις ἐγένετο, νεῶν οὐδαμῇ παρουσῶν ἃς ἐκ Βυζαντίου

1. ποδῶν ἰχνῶν] Alterutrum delendum videtur. 9. μέντοι οὕτω] Cod. μὲν τοιούτῳ. Duc. μὲν τοιοῦτο.

per ab humo exsurgens, ubi ad imperatoris pedes prostratus iacebat, iureiurando pacta confirmavit fidemque dedit servum se Romanorum omni tempore futurum, et si in Occidentem arma princeps circumferret, cum duobus se millibus secuturum illum professus est: si vero in Asia bellum gereretur, trecentis quos prius mittere consueverat ducentos additurum. his rebus feliciter gestis Constantinopolim imperator rursum rediit. eodem tempore classis relata est Byzantium, nullo in Italia confecto negotio. ita quidem Romanorum imperium agnovere Dalmatae, ut et longo post tempore, cum Uresin principatu deturbassent, atque inscio imperatore illum alteri eius fratri tradidissent; veriti, ut par erat, ne is ipsis succenseret, Dese et Uresi adductis, ad eum venerunt, dictitantes ei cui suffragaturus ille foret, sese parituros. pronuntiato igitur iudicio, Uresis praemii vice principatum ab imperatore obtinuit. sed de his postea.

10. Inde in Hungariam perrexit princeps, belli causam obtendens submissa, ut dictum est, Dalmatis auxilia. neque tamen indicto bello aggressus est Hungaros, sed iis quae in se deliquissent per literas primo expositis, proximum Romanorum adventum illis indicavit. ubi itaque ad Istri ripam pervenit, cum nullae adessent naves ex iis quas Byzantii apparaverat,

ἑτοιμασάμενος εἶχεν, ὡς μὴ τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ καταπροήσεται, ὃ καὶ μάλιστα κατορθωτικὸν ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, λεμβάδιόν τι ἀναβάς, ὁποῖα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐνταῦθα διασαλεύει αὐτόξυλα, ἐπὶ τὴν περαίαν ἐφέρετο ἀπὸ ῥυτῆρος ἑλκόμενον τὸν ἵππον αὐτὸς ἔχων. ἑξῆς δὲ καὶ Ῥωμαίων στρατὸς τρόπῳ τῷ αὐτῷ περαιωσάμενοι τὴν Οὐννικὴν ἐπάτουν, ἐνδοτέρω τε προχωροῦντες ἀφειδῶς ἀεὶ τὰ ἐν ποσὶν ἔκειρον. ἦν δέ τι κρησφύγετον ἐνταῦθα ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένον Ζεύγμινον ὄνομα, τειC χέων τε καρτερότητι καὶ τῇ ἄλλῃ ἀσφαλείᾳ ἱκανῶς ἔχον. τοῦτο ἐπειδὴ μὴ ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλεῖν εἶχεν, αὐτοῦ Θεόδωρον τὸν Βατάτζην σὺν στρατεύματι ἔλιπε γαμβρὸν αὐτῷ ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα· ὁ δὲ τὰς τῇδε κώμας περιϊὼν ἄρδην ἠνδραποδίζετο. ὅτε καὶ Οὔννων στρατὸς ἐχώρει μὲν ὡς Ῥωμαίοις ἀντιταξόμενος· ἐπεὶ δὲ ἔγνω ἀνεφίκτοις ἐπιχειρεῖν μέλλων, προσεχώρει καὶ αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ λοιπὸν κατ' ἐξουσίαν ἤγετό τε καὶ ἐφέρετο πάντα. ἦν οὖν ἰδεῖν ἡλικίαν πᾶσαν δορύκτητον ἐλαυνομένην καὶ ἔθνη ὅλα κινούμενά τε καὶ ἀναστατούμενα, καὶ ἣν Ἴστρος καὶ Σάος ποταμοὶ ἐξ Ἄλπεων ῥέοντες ἐπὶ Οὐννικῆς αὐτοματίζουσι νῆσον ἄνωθεν ἐφ' ἑκάτερα σχιζόμενοι καὶ μετὰ πλείστην ὅσην ἐς ταὐτὸ πάλιν D ἰόντες περίοδον, κενουμένην πᾶσαν καὶ κατοίκων σπανίζουσαν. ὅτε καὶ αὐτὴν τὴν ῥηγικὴν Ῥωμαῖοι κατεστρέψαντο οἰκίαν, πρᾶγμα ἐν τοῖς Ῥωμαίων μεγίστοις εὐτυχήμασιν ἀναγεγράφθαι ἄξιον. ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ Ζεύγμινον ἦλθεν, ἔνθα ὁ Βατάτζης καθάπερ εἴρηται λειφθεὶς τὴν προσεδρείαν ἐποιεῖτο. ἀλλ' οἱ

ne temporis occasionem negligeret, quae in iis rebus, ut cuncta prospere cedant, maximi momenti esse solet, lintrem, cuiusmodi ibi multae ad littus reperiuntur uno ex ligno cavatae, atque una equum freno attrahens in adversam ripam traiecit. exinde eodem pariter modo in Hungarorum fines irrupit Romanorum exercitus: atque interiora petens obvia quaevis effuse depopulatus est. erat in altera situm fluminis ripa castrum Zeugminum nomine, murorum ceterarumque munitionum robore satis validum. atque illud cum primo impetu expugnare haud posset, Theodorum Batatzem sororium suum reliquit cum exercitu: ipse regionis illius vicos circumiens plurimos in potestatem recepit. Hungarorum interea processit exercitus Romanos excepturus. at cum viribus longe se vidit imparem, dedidit sese pariter imperatori, qui deinceps rapuit sustulitque pro libitu omnia. videre itaque erat omnis aetatis multitudinem bello captam agi, gentemque totam aliam in sedem transferri: quamque Savus et Ister, fluvii ex Alpibus profluentes, in Hungariae finibus efficiunt insulam (superius enim diffissi a se invicem, post multum circuitum in unum denuo coëunt) vacuam omnino nulloque cultam habitatore. quo tum casu everterunt Romani etiam domum regiam: res sane quae inter maximos Romanorum fortunae successus referri mereatur. his ita prospere gestis ad Zeugminum rediit imperator, ubi Batatzes, qui relictus ibi fuerat, obsidionem urgebat. sed qui loci praesidium

τὸ φυλακτήριον ἔχοντες, ἕως μὲν οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιβεβοηθηκέναι σφίσι τὸν ῥῆγα ἠλπίζετο, ἰσχυρῶς αὐτοῦ μετεποιοῦντο· ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἠγγέλλετο παρὼν οὐδαμοῦ, Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὸ τειχομαχεῖν ἤδη ἐγίνοντο, πρὸς τὸν ἐπηρτημένον κατορρωδήσαντες κίνδυνον ἔχρῃζον P 66 βασιλέως, ὡς ἐπ' ἀθῴοις ἐντεῦθεν ἀπαλλαγησόμενοι σώμασιν ἐνδῶσι τὸ φρούριον αὐτῷ. τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀνανεύοντος, σχοίνους τε τῶν τραχήλων ἐξῆψαν καὶ τὰ καλύμματα τῶν κεφαλῶν ἀποθέμενοι ξὺν ἀτιμίᾳ τῷ βασιλεῖ παρεῖχον ἑαυτούς. ὁ δὲ ἀπεῖπε Ῥωμαίοις τούτων μὲν ἀποκτιννύναι μηδένα, τὸ φρούριον δὲ μεγάλων μεστὸν ὂν ληΐζεσθαι ἀγαθῶν.

11. Ταῦτα Ῥωμαῖοι καταπραξάμενοι ὡς ἐπὶ Σάον περαιωσόμενοι ἐφέροντο, πολλῷ στρατοπέδου τοῦ αὐτῶν πλείω τὴν ἀνδραποδισθεῖσαν τῶν Οὔννων ἄγοντες ἡλικίαν. ἀλλ' οὔπω ἐπεραιώσαντο, καὶ διήγγελεν ἡ φήμη τὸν Παιόνων ῥῆγα χεῖρα ἐπαγόμενον B βαρεῖαν θυμῷ πολλῷ κατὰ Ῥωμαίων ἥκειν, ἤδη τὸν κατὰ Γαλίτζης χώρας Ταυροσκυθικῆς πόλεμον εὐτυχῶς διενεγκόντα. οὗ δὴ ἕνεκα μάλιστα βασιλεὺς αὐτὸν ἠμύνατο, ἅτε παρὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ Βλαδιμηρῷ ἐπιφυέντα (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ Γαλίτζης ἄρχοντι ἔκειτο) ἀνδρὶ ὑποσπόνδῳ Ῥωμαίοις ὄντι. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα καὶ ὅσον ἐν σκευοφόροις ἦν καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ζωγρηθέντων πλήθει ἀριθμοῦ κρείσσω τυγχάνοντα ἐκέλευε διαπορθμευσαμένους ἐπὶ τῆς ἀντιπέρας μεῖναι ὄχθης· ὃ δὲ V 52 τὸ ἀπόλεκτον τοῦ στρατοπέδου ἀναλαβών, καίτοι πολλὰ τῶν στρα-

3. πρὸς τὸ] Fort. πρὸς τῷ. 23. πολλὰ] Fort. πολλῶν.

tenebant, quamdiu spes erat brevi cum auxilio regem adfuturum, defendebant sese acriter. verum ut intellexere nequaquam illum adesse, ac iamiam moenia acrius impugnantibus Romanis, periculo imminente conterriti, rogavere principem ut tradita arce salvis inde corporibus liceret iis excedere. quam rem cum abnueret, funibus collo appensis abiectisque capitum operculis, per summum dedecus sese ipsos imperatori dedidere. tum ille, ne eorum quisquam a Romanis interficeretur, prohibuit; arcem vero gravi refertam praeda iis diripiendam concessit.

11. His confectis Romani versus Savum velut traiecturi pergunt, numero maiorem captivorum adducentes multitudinem quam esset exercitus: sed necdum flumen transierant, cum nuntiatur Pannoniorum regem cum ingentibus istic adesse copiis summo animi ardore cum Romanis pugnare gestientem, rebus iam in Galitza, regione Thauroscythicae, praeclare feliciterque peractis. huius quippe rei potissimum causa imperator bellum istud aggressus erat, quod se invito Bladimerum (id nomen erat Galitzae principi), virum Romanis foederatum, invasisset. quo cognito imperator reliquam aciem, impedimenta, ingentemque et innumeram captivorum multitudinem in adversam transferri ripam iubet ibique considere: ipse cum delectis militibus, etsi consilium haud probarent ducum plerique, summa celeritate

C τηγῶν οὐκ ἐπιψηφισαμένων τοῖς δόξασιν, ἐπείγετο τὴν ταχίστην
συμπλακησόμενος αὐτῷ, λύκων οὐ λεόντων εἶναι φάμενος ἔργον
τοῦ μὲν τῶν προβάτων κατεπείγεσθαι πλήθους, ποιμένων δέ πο-
θεν ἢ κυνῶν ἐκφανέντων φεύγειν μηδὲν αἰσχυνομένους, μόνῳ τῷ
αὑτοὺς καὶ τὰ θηραθέντα περισώζειν μόγις καὶ ἀγαπητῶς ἀρκου-
μένους. ὅτε λέγεταί τι καὶ τοιοῦτον, ὁποῖον εἰ μὲν καὶ ἀντικρὺς
προελομένῳ ἔδοξεν αὐτῷ, οὐκ ἔχω ἐπαινεῖν, εἰ δὲ καὶ προμηθείας
τινὸς ὅπερ οἶμαι ἕνεκα καὶ τοῦ εὐψυχότατα Ῥωμαίους ἀμφ' αὐτῷ
ἀγωνιεῖσθαι, στρατηγικῆς ἥγημαι ἐπινοίας ἄξιον εἶναι. ἐπειδὴ
γὰρ τῶν Σάου ναμάτων ἀπαίρειν ὡς ὑπαντιάσων τοῖς Παίοσι συνε-
D σκεύαστο ἤδη, παρηγγύα τῷ τὴν στολαρχίαν ἐμπεπιστευμένῳ θα-
τέρᾳ τοῦ ποταμοῦ ὄχθῃ προσεσχηκότα αὐτοῦ σὺν ταῖς ναυσὶν ἵστα-
σθαι, ἢν δέ ποτε Ῥωμαίων τις φυγὰς ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἰὼν διαπορθ-
μεύεσθαι ἀξιοίη, τὸν δὲ ἀλλὰ μηδὲ ὁρᾶν προσποιεῖσθαι τὸν ἄν-
θρωπον. "κἂν αὐτὸς" ἔλεγε "παρέσομαι βασιλεὺς ἕτερα τῶν
παρόντων ἑλόμενος, ἀποπροσποιεῖσθαί σε τοὺς λόγους χρεών, ἢ
μὴν μὴ οὕτω ποιῶν τὸν αὐτίκα οὐκ ἐκφεύξῃ ἀνασκολοπισμόν."
ταῦτα μὲν ὧδε διετάξατο, θάρσους οἶμαι θύραν τοῖς στρατιώταις,
ὅπερ ἤδη ἔφην, ἐντεῦθεν ὑπανοιγνύς. τῆς γὰρ ἐκ δειλίας ὀνή-
σεως οὐδαμῇ παρούσης ἀνάγκη ἐς τὴν ἐπὶ τοῦ θάρσους μετασκευά-
P 67 ζεσθαι ἀρωγήν. μέλλοντι δὲ ἄρτι που ἐκεῖθεν ἀπελαύνειν ἧκέ τις
δορυαλώτων Ῥωμαίων φυγὰς ἐκ Παιόνων τὴν τοῦ ῥηγὸς ὅσον οὐκ
ἤδη μηνύων ἔφοδον. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς οὐκέτι κατέχειν

5. καὶ τὰ θηραθέντα] Ita Duc. Cod. καταθηραθέντα. 13. δέ ποτε] Cod. δή ποτε.

in hostem contendit, luporum esse, non leonum dictitans pecorum greges incessere: ceterum pastoribus aut canibus conspectis sine pudore ullo fugere, eo solo si sese et captam praedam retineant aegre licet ac vix contentos. illud etiam de eo fertur, quod quidem, si id egit ex animi consilio, laudare vix possim: sin autem quia tum quidpiam praeviderit, quod reor, aut tutari ac defendere voluerit qui circa se erant Romanos, militaris prorsus providentiae facinus memoratu dignum esse arbitror. cum enim ab Savo statueret discedere, quo Hungaris occurreret, vasaque iam collegisset, imperavit navium praefecto ut in alteram fluvii ripam traiiceret ibique consisteret cum navibus: ac si quis ex Romanis fugam meditatus se traiici postularet, quasi non videret hominem nihil moraretur. "vel si ipse" aiebat "imperator adero, aliaque ac modo videntur in animum induxero, quae iussero negligas necesse est. sin secus feceris, continuo palo affixus supplicium non effugies." ea quidem ille sic tum ordinavit, ut ad audaciam et magnanimitatem aditum, quemadmodum diximus, militibus quodammodo faceret. ubi enim nullum ex metu compendium adest, tum ab audacia necessario petendum est auxilium. abitum itaque inde paranti quidam a Romanis captivis, qui ab Hungaris evaserat, iamiam adventurum regem indicat. hoc accepto

tunae successus acciderant. interveniente quippe post partam gloriam calamitate, etsi infamia sit minor, eo tamen maior suboriri solet tristitia, quod cum prope abfueris a summa re conficienda, totam perdideris. verum etsi eapropter doluerit imperator, nequaquam tamen fregit illius animum conceptus ex hac clade moeror. Alexium itaque, qui tum protostratoris dignitate auctus fuerat, Anconam misit, ut inde quasi ex belli sede de Italiae possessione decertaret. fidem enim principi dederant oppidani, non se quidem ultro adversus Alemannorum regem arma sumpturos, sed pecunias et quos imperator misisset eo Romanos, ut se ipsos servaturos. quae vero ad id principem causa impulerit, nunc dicam. cum bellum ad Corcyram gereret, Venetorumque populos sibi infensos morososque adverteret, id maxime curavit, ut vindicata sibi Ancona Venetorum fastum retunderet et superbiam, bellaque inde Italica facilius exsequeretur. ea igitur propter magna cum pecuniarum vi Anconam venit Alexius: atque inde dimissis in Italiam Constantino Otto et Andrea comite civitatis Italicae, viro manu impigro et fortitudine insigni, auxiliares aliquot contraxit copias, urbesque quam plures Romanis asseruit: interea pontifex Romanus, inito cum Gulielmo foedere, ubi viros illos per Romanum agrum transire audivit, id quidem maxime prohibuit. sed

τῶν ἐπὶ δόξης τινές, οἳ Ῥωμαίοις εὔνοιαν φθάσαντες ὡμολόγησαν (ἔθος γὰρ ἀεὶ βασιλεῖ Μανουὴλ ἦν τῶν τῇδε πολλοὺς ἑταιρίζεσθαι), ἐπαναστήσαντες τὸν δῆμον αὐτῷ, τὸ βασίλειόν τε σημεῖον ἐντιμότατα τῇ δεήσει εἰσεδέξαντο καὶ τῷ Κοντοστεφάνῳ κατ' ἐξουσίαν B οὓς ἂν βούλοιτο μισθοῦσθαι ἐφῆκαν. ἐφ' οἷς χαλεπήνας ὁ ἀρχιερεύς, ὃ μόνον εἶχεν, ἐπιτιμίῳ τὸν δῆμον καθυποβάλλει, μηδὲν μετὸν εἶναι λέγων Ῥώμῃ τῇ νεωτέρᾳ πρὸς τὴν πρεσβυτέραν, πάλαι ἀπορραγεισῶν. "χρὴ δὲ μᾶλλον τῷ Σικελῶν ἀμύνειν δυνάστῃ· μέλει γὰρ αὐτῶν ὄντι, εἶτα κακῶς πεπονθότι τῇ πρὸς πολλῷ αὐτοῦ κρείττονα διαγωνίσει μὴ βεβοηθηκέναι ἀνόσιον." τοῦτο δὴ τὸ ἐπιτίμιον εὐλαβηθεὶς ἤδη τις ἀφίσταται μὲν τῶν τὰ βασιλέως περιεπόντων, εἰς δὲ τὸν ἀρχιερέα παλιμβόλῳ μετετίθετο γνώμῃ. ἀλλ' οἱ τὰ Ῥωμαίων πρεσβεύοντες τοῦτον μὲν βίᾳ πολλῇ ἐκεῖθεν ἀπέσπασαν· ὡς δὲ τὴν ἀπιστίαν αὐτῷ στηλιτεύσαιεν, βάρβαρόν τινα τρό- C πον καὶ ἀπειροκαλίας οὐ πόρρω τινὸς τὴν παντευχίαν καὶ τὸν ἵππον ἐπὶ ξύλου τινὸς ἠρτημένα ἀπὸ καλωδίων ἀφῆκαν φέρεσθαι· ἐπί τε τὸν ἀρχιερέα ἐμφανῶς ἤδη συστάντες ἄκοντα τῶν ἐπιτιμίων ἀνεῖναι τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπεισαν. ὅθεν τὰ Ῥωμαίων αὖθις πολλῇ τὸ ἐντεῦθεν ἐχρῆτο τῇ παρρησίᾳ. πόλιν τε οὖν ἣ ἀπὸ Γερμανοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις τὴν προσηγορίαν ἔχει, πολέμῳ παρεστήσαντο, καὶ ἄλλας ἀμφὶ τὰς τριακοσίας ὑπὸ βασιλεῖ ἔθεντο, ὧν ὅπως ἑκάστη κλήσεως ἔσχεν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἐκ τοῦ κατὰ νότον τῆς πόλεως ἐπὶ τοῖς

4. τῇ δεήσει] ? 8. ἀπορραγεισῶν] Fort. ἀπορραγεῖσαν.

ex illustrioribus nonnulli, qui benevolentiam principi suam spoponderant (Manuëli quippe imperatori solenne semper fuit plurimos ex iis qui ibi degunt sibi conciliare), concitata adversus pontificem multitudine, vexillum imperatorium summo cum honore nec non et veneratione suscepere, et Contostephano pro libitu quos vellet conducendi milites potestatem fecere. ob ea indignatus summus pontifex, quod unum poterat, populum anathemate ferit, nihil attinere inquiens Romam novam ad veterem, quae iam olim scissae essent: quin potius Siciliae domino opem ferendam esse, qui quum illorum membrum esset, ipsam pietatem poscere dicebat, ut, qui a multo fortiori opprimatur, auxilio sustentetur. eiusmodi excommunicationem veritus quidam ex iis, qui imperatoris partes sequebantur, abscessit, et ad summum pontificem mutata sententia venit. sed qui tum ibi Romanis favebant, magna eum inde vi expulere: utque omnibus innotesceret hominis perfidia, modo quodam barbarico et invenusto illius arma et equum in altum quoddam lignum extollunt, moxque laxatis funibus ad terram ferri sinunt. ita palam insurgentes in pontificem, ut anathematum vinculis homines solveret persuasere. atque inde maior rursum Romanis crevit audacia. itaque et civitatem quae a divo Germano nomen sortita est, expugnarunt, et alias circiter trecentas in imperatoris potestatem redegerunt, quarum qui volet cognoscere nomina, in eo quod in veteribus palatiis, quae ad meridiem vergunt, ab imperatore

D παλαιοτέροις ἀρχείοις τῷ βασιλεῖ τούτῳ ἐγηγερμένον ἀναλέγεσθαι
V 78 δόμου. εἰ γὰρ καὶ πλείους τούτων ἐνταῦθα γεγράφαται, ἀλλὰ θωπεία τις τὸ ἐπέκεινα καὶ τρόπος ἀνελεύθερος τῶν τὰ ἔργα μετιόντων ἐστίν, ὁποίους εἶναι τοὺς πολλοὺς ἀεὶ συμβαίνει, δι' ἅ ποτε καὶ βασιλέως αὐτοῦ δυσχεράναντος ἤκουσα. εἰ μέντοι καὶ περιῄρηνται, οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι.

15. Οὕτω καὶ πάλιν ὀλίγου δεῖν ἡ χώρα Ἰταλῶν ἅπασα ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο ἄν. ἀλλὰ Ἀλέξιός τε ὁ Κομνηνὸς καὶ ὁ Δούκας καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι Ῥωμαίοις στρατηγοῦντες δορυάλωτοι τῷ
P 100 Σικελῶν ἐγένοντο δυνάστῃ τὰ πράγματα διέφθειραν αὖθις. πολλὰ γὰρ τῶν ἀθελήτων τέως βασιλεῖ φθάσαντες ἤδη ὀμωμοκέναι Σικελοῖς μεγίστων καὶ καλῶν ἔργων Ῥωμαίους ἐστέρησαν. καὶ τί γὰρ οὐκ ἄν τις ὁμολογῆσαι εἶχεν, ὁπότε κλοιά τε αὐτὸν εἶχον καὶ κευθμῶνες ἐφρούρουν κατάγειοι; ἐποίουν δὲ ταῦτα Σικελοί, ὡς ἂν οἱ τῇδε ἄνθρωποι Γιλιέλμῳ σπείσεσθαι τὸν βασιλέα προσδοκήσαντες, φθάνωσιν, ὡς τὸ εἰκός, Ῥωμαίων καὶ πρὸ καιροῦ ἀφιστῶντες τὰς πόλεις. ὅπερ ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, συνῆκέ τε τῶν πραττομένων καὶ γράμματα ἐπὶ Σικελίαν ἐκπέμψας τοῖς μὲν ἐν εἱρκτῇ
B Ῥωμαίων τάδε ἔγραψε. "θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅπως ἀεὶ μικρονοίᾳ τινὶ περὶ τὰ πράγματα κεχρῆσθαι ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ξυμβαίνει. πρώην τε γὰρ αὐτοὶ τὰς καλλίστας ἐκείνας οὕτω διεφθείρατε νίκας, τύχην τε ὑμῖν αὐτοῖς ἐφ' ἧς νῦν ἐστὲ προὐξενήσατε, καὶ νῦν δέ, ἄλλων τὰ ὑμῖν κακῶς ἤδη πραχθέντα σὺν θεῷ ἀναμαχεῖσθαι προθυμουμένων, ἐμποδὼν ἵστασθε. ἢ οὐκ ἐκεῖνο ἐπὶ νοῦν

exstructum est, triclinio poterit perlegere. ubi quidem etsi plures his describantur, in iis tamen adulatio quaedam immensior; et eorum qui gesta altius evehere conantur, quales multi esse solent, illiberale studium deprehenditur. et sane ipsum etiam ex iis indignantem principem non semel audivi. an vero haec inde modo ablata sint, non ausim asseverare.

15. Ita denuo haud multum abfuit quin omnis Italorum regio subderetur Romanis. sed Alexius Comnenus et Ducas ceterique Romanorum duces, qui a Siciliae principe capti fuerant, res iterum pessumdedere. quippe multa illi, quae adhuc recusarat imperator, Siculis sacramento interposito polliciti, pulcerrimos victoriarum fructus Romanis abstulerunt. quibus enim pactis ac conditionibus non subscribet ille, qui compedibus vinctus, antrisque inclusus subterraneis detinetur? haec autem fecere Siculi, ut qui hic tum detinebantur, interea dum pacisceretur cum Gulielmo imperator, ab eo deficerent, urbesque ante hoc tempus sibi traderent. quod ut accepit imperator, quaeque agebantur rescivit, missis in Siciliam literis, Romanis captivis in hunc modum rescripsit. "mirari subit qua ratione factum sit ut in rebus gerendis vobis semper defuerit animi fortitudo. praeclaras quippe iam ante partas victorias deflorastis, et quam nunc ipsum toleratis vobismet ipsi comparastis fortunam. nunc autem ea quae a vobis iam perperam gesta sunt in-

ὑμῖν ἦλθεν, ὡς τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω ἡμῶν ἀναστελοῦντες ὁρμὴν ταῦτα ἐπινενοήκασι Σικελοί; τίς γὰρ ἐκεῖνος ἔσται Ἰταλῶν, ὃς τὴν χώραν αὖθις, ἣν ἤδη ἡμεῖς ἔχοντες, Γιλιέλμῳ ὑφ᾽ ἡμῶν ἐνδοθησομένην ἀκούων, οὐκ αὐτίκα μὲν ἡμῖν ἀπιστήσει, ἐς δὲ Γιλίελμον ὀκνήσει οὐδεμιᾷ μεταθήσεται; οὐκ ἔσται πάντως οὐδείς, C εἰ μή τις βλὰξ εἴη καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος, ὁποῖοι πολλοὶ τυγχάνουσιν ὄντες. πυνθάνομαι ὑμῶν, εἴπατε πρὸς θεοῦ, κάλλιον πότε ὑμᾶς ἂν εἶδε τὰ πάτρια; ὁπότε Ἰταλίας ἤδη ἁπάσης καὶ νήσου τῶν Σικελῶν ὑφ᾽ ἡμᾶς γεγενημένων, λαμπροὶ λαμπρῶς αὐτόθεν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἀναρρυσθέντες ἀθληταὶ Ῥωμαίων εὐγενεῖς ἐπὶ Βυζάντιον ἥκετε, ἡδὺ θέαμα τοῖς ὁμοτίμοις ὑμῖν προσορώμενοι, ἢ ὁπότε οὐδὲν οὔτε δόντες οὔτε λαβόντες, ὥσπερ ὑμῖν τὰ ὅρκια βούλονται, ἐνταῦθα ὑμᾶς ἀνακαλεσόμεθα;" Ῥωμαίοις μὲν ταῦτα ἔγραψε, Γιλιέλμῳ δὲ ἐπέστειλεν ὧδε. "μὴ οἴου λήσειν ἡμᾶς, ὦ γενναῖε, ὅτου δὴ ἕνεκα ταῦτα μεμηχάνηται παρ᾽ ὑμῶν, ὥσπερ οὐδὲ ὅτι τοῖς βίᾳ γεγονόσι συγγνώμων ἡ ἀνάγκη γίνεται. D οὐκοῦν οὐδὲ στέρξει σοι πάντως, ἃ πρὸς δεσμωτῶν ὀμώμοται καὶ ἐμφρούρων τούτων ἀνδρῶν. Ῥωμαῖοι γὰρ οὐ πρότερον Ἰταλίᾳ πολεμοῦντες ἀφέξονται, πρὶν ἂν αὐτήν τε καὶ τὴν νῆσον πᾶσαν ὑπὸ παλάμῃ τῇ ἡμῶν ὥσπερ καὶ πρότερον ἤδη ποιήσωνται." ταῦτα οἱ περὶ Γιλίελμον δεξάμενοι τὰ γράμματα ἀμείβονται ὧδε. "εἰ μὲν τῶν ἤδη πρότερον ἐς τὸ κράτος ἡμαρτημένων τὸ σὸν δίκας ἡμῖν

3. ἔχοντες] ἔχομεν? ἔχοντες τυγχάνομεν? 4. ἐνδοθησομένην] Malim ἐκδοθησομένην. 11. ἥκετε] Malim ἥξετε. 17. οὐδὲ στέρξει] ?

staurare deo volente satagentibus obsistitis. nonne advertitis haec excogitasse Siculos, ut nostros in futurum successus retardarent? quis enim Italorum erit, qui ubi regionem quam iam possidemus, Gulielmo a nobis rursum tradendam esse perceperit, non continuo a nobis deficiat et Gulielmi partes nulla mora interposita amplectatur? erit utique nemo, nisi stolidus ille sit et plane demens, cuiusmodi esse multi solent. rogo vos, dicite per deum, quando tandem vos iucundius patria conspiciet, utrum cum universa iam Italia et Sicilia in nostram redactis potestatem, praeclari praeclare inde a conterraneis liberati illustres Romani nominis vindices, gratissimum aequalibus vestris spectaculum exhibituri, Byzantium veneritis? an vero si nihil aut dantes aut accipientes, ut a vobis iureiurando sancita volunt, vos revocaverimus?" haec quidem scripsit Romanis; Gulielmo autem in haec verba. "ne latere nos putes, o generose vir, quorsum haec a vobis struantur, et ut iis quae per vim fiunt indulgere soleat necessitas. proinde nequaquam tibi profutura sunt, quae a captivis illis viris sacramento firmata sunt. neque enim ab incessenda Italia prius desistent Romani, quam et illam et insulam universam, ut prius, potestati nostrae subiecerint." his acceptis literis, in hanc ferme sententiam rescripsit Gulielmus. "si tibi in animo est, maxime imperator, poenas irrogare nobis ob ea quae adversus maiestatem tuam an-

ἐπιτιθέναι βούλει, κράτιστε βασιλεῦ, ἔχεις ἤδη καὶ ὑπὲρ ὃ ἐχρῆν
Ἰταλίαν μετελθών. πόλεις τε γὰρ τριακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ
μέσης αὐτῆς παρεστήσω, πρᾶγμα παλαιὸς ἐξ οὗ χρόνος τὴν Ῥω-
μαίων ἀρχὴν ἐπιλελοιπός, καὶ κλέος ἀνεδήσω, ὃ μετὰ Ἰουστινια-
νὸν ἀρχαῖον Ῥωμαίων αὐτοκράτορα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑπῆρξεν,
P 101 ὅτι μὴ τῷ κράτει τῷ σῷ. ἀξιοῦμεν γὰρ ἀντίθες ἀγνόημα τὸ ἡμῶν
(λέγω δὴ ὁπηνίκα Κόρινθόν τε καὶ Εὔβοιαν κατετρέχομεν τὴν σὴν)
V 79 καὶ τὰς Ῥωμαίων ἐν Ἰταλίᾳ νίκας, οἳ δὴ τοσοῦτον ἤδη χρόνον
ἄγουσί τε καὶ φέρουσι τὰ ἐνταῦθα, αἱμάτων τρὶς τοσούτων μᾶλ-
λον δὲ πλεονάκις τοσούτων τὴν τῇδε πληρώσαντες γῆν, καὶ πόλεις
οὐ διασκυλευσάμενοι μόνον τοσαύτας, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑποχειρίους
θέμενοι. πότερά σοι δοκεῖ μεγαλειότερα; κἂν μὴ πρὸς ἡμᾶς ἀν-
τιμετρεῖσθαι ταῦτα βούλει πολλῷ καταδεεστέρους τοῦ σοῦ κράτους
ὄντας, ἀλλὰ σύ γε ἐπὶ τοὺς πρώην ἀνάδραμε βασιλέας καὶ τὰ κα-
τόπιν τῷ χρόνῳ ἐπίβλεπέ μοι Ῥωμαίων ἀνδραγαθήματα· ἢ οὐ καὶ
τηνικάδε συγκέκρουκέ τις Ῥωμαίων τῇ ἀρχῇ; πολλὰ δήπου πάν-
B τως ἐθνῶν καὶ Περσῶν καὶ Οὔννων καὶ εἴ τι μὴ δυσφοροίη κράτος
τὸ σόν, καὶ Ῥομπέρτος ἐκεῖνος ὁ Ἰταλίαθεν ἐς Ἐπίδαμνον διαβὰς
μεγάλας τῇδε πάππῳ τῷ σῷ συνδιηγώνιστο μάχας. ἀλλὰ μόγις
καὶ ἀγαπητῶς ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐκεῖνος Ῥομπέρτον διώσατο, σὺ δὲ
καὶ τῆς ἡμετέρας σχεδόν τι περιγέγονας ἁπάσης. εἴ τι οὖν σοι τοῦ
ἀνταμύνασθαι ἡμᾶς ἕνεκα ταῦτα ἐπικεχείρηται, ἅλις σοι τῶν τρο-
παίων· ἱκανῶς ἔχεις ἡμᾶς μετελθών. τὴν ἡμετέραν πατοῦντί σοι

4. ἀνεδήσω] Cod. ἀνεδύσω. 7. κατετρέχομεν] Ita Duc. Cod. κατατρέχομεν.

tehac commisimus, iam certe etiam supra quam oportuit Italiam ultus es. civitates enim in media illa non minus trecentas expugnasti, quod prioribus imperii Romani temporibus nunquam hactenus factum: tibique comparasti gloriam, qualis post veterem illum Iustinianum Romanorum imperatorem nulli alii, praeterquam maiestati tuae, contigit. confer igitur, obsecro te, delictum nostrum, cum nimirum Corinthum Euboeamque tuam incursavimus, et partas in Italia victorias a Romanis, qui longo illic iam tempore commorantur, omniaque inde auferunt rapiuntque, et sanguine, tertia plus parte, immo amplius, terram istam implerunt: qui urbes denique non spoliarunt modo, sed et easdem fecere sibi obnoxias. utrum tibi videtur maius? quodsi haec a nobis, utpote qui maiestate tua longe inferiores sumus, non pateris comparari, saltem ad priores recurre principes, et retro acta Romanorum praeclara revolve facinora, et an non etiam tum aliquis Romanum aggressus est imperium. multae utique gentes, et Persae et Hungari, et si non indignetur maiestas tua, Robertus ille, qui Epidamnum ex Italia traiiciens, magna ibi certamina cum avo tuo instituit. sed vix aegreque ex finibus Romanis illum dimovit. tu vero regionem nostram fere omnem occupasti. si itaque nostri ulciscendi causa ea aggressus es, satis tibi victoriarum; plus satis

τὰ τῆς εἰρήνης ἀσπάσασθαι οὔκουν ἐστὶν ἀγεννές, εἰ μὴ καὶ σφόδρα ἐπίδοξον. σὺ δὲ καὶ Ῥωμαίους, οὓς τῆς τύχης ἡμῖν δούσης ἄνδρας οὕτω περιφανεῖς δορυαλώτους ἐποιησάμεθα, αὐτίκα λήψῃ, ἐφ᾽ οἷς οὐδὲ ὀργίζεσθαί σε δίκαιον ἐφ᾽ ἡμᾶς. ἀνδρὶ γὰρ πολεμουμένῳ οὐδεμία νέμεσις ἀντιπράττειν ἐχθροῖς. ὥστε λείπεται ἑνὸς ἐκείνου ἕνεκα τοῦ περὶ Εὔβοιαν ἡμῖν ἡμαρτημένου δίκαιον εἶναί σε C
πολεμεῖν, οὗπερ ἤδη καὶ ὑπερέβης τὰς τίσεις, ὥσπερ ἐλέγομεν. εἰ μὲν οὖν δίκας ἡμῖν ἐπιθεῖναι προεθυμήθης, ὧν ἐς τὴν χώραν ἐνεδειξάμεθα τὴν σήν, τοσαῦτα ἀπολελογήμεθα τῷ κράτει τῷ σῷ, εἰ δὲ ἀεί σοι πολεμητέα γένει τῷ ἡμῶν, ὥρα σοι ἐννοεῖσθαι μή ποτε πέρα νομίμων εἴη τῶν ἀνθρωπίνων ἡ ἐγχείρησις. τὸ μὲν γὰρ ταῖς προφάσεσι καὶ τοὺς πολέμους συμμετρεῖν ἀνθρώπινον, περαιτέρω δὲ χωρεῖν ἄλλος μέν τις εἴποι ἂν ὅτι θηριῶδες, ἡμῖν δὲ τοῦτο μὲν οὐ λεκτέον, αἰτούμεθα δέ σε σπεισάμενον ἤδη πόλεμον τόνδε καταλύειν." ταύτην ὁ βασιλεὺς πολλάκις ἀπολεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν ἐπένευσε τοῖς εἰρημένοις, τούς τε Ῥωμαίων αἰχμαλώτους D
ἀπολαβὼν καὶ εἴ τι που λάφυρον πολέμου ἐγένετο κομισάμενος, πρὸς δὲ καὶ τὰ πιστὰ πρὸς Γιλιέλμου λαβὼν σύμμαχον ἐν ταῖς κατὰ τὴν ἑσπέραν ἕξειν αὐτόν, τὸν πόλεμον ἔλυσεν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ῥῆγα τετίμηκεν οὐ πρότερον ὄντα, τοσοῦτόν τε ἐπ᾽ αὐτῷ τετήρηκε τὸ εὐμενές, ὡς Γιλιέλμου τὸν βίον συμμετρησαμένου προσιόντα αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν αἰτούμενόν τε συλλήψεσθαι αὐτὸν ἐφ᾽ ᾧ Σικελῶν ἄρξει προσδέξασθαι οὐδαμῶς.

18. ἐν ταῖς] ἐν τοῖς?

nos ultus es. dum nostras calcas terras, pacem amplecti, non modo non ignobile, quin potius maxime gloriosum. viros autem illustres Romanos, quos, sic volente fortuna captivos fecimus, sine mora recipies, ita ut eapropter amplius nobis non irascaris. neque enim succensendum homini qui bello impetitur, si hostibus suis resistat. ita plane liquidum sit, te ob id unum, quod in Euboea deliquimus, bellum iuste gerere: cuius quidem delicti, ultra quam par est poenas, ut diximus, exegisti. si igitur pro iis quae in tuas commisisse terras deprehendimur, multam irrogare statuisti, ea ipsa apud maiestatem tuam excusavimus. si vero semper tibi adversus genus nostrum bellum gerendi causa superest, id in primis attendere te oportet, ne praeter ius gentium id fiat. bella quippe praetextibus metiri, hominis est; ulterius vero tendere, erit qui ferarum esse proprium dixerit, nobis autem id tacendum. te igitur obsecramus, ut hocce bellum sancto foedere dirimatur." his saepius perlectis literis, tandem dictis annuit imperator, receptisque Romanis captivis aliaque belli praeda restituta, fide ad haec data a Gulielmo, se sociali cum exercitu versus Occidentem secuturum, bellum solvit. nec multo interiecto tempore regem renuntiavit Gulielmum, cum antea hac dignitate non gauderet. tanta vero erga illum usus est benevolentia, ut eo mortuo, accedentem fratrem, opemque ad invadendum Siculorum principatum implorantem, haudquaquam admiserit.

16. *Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἰταλικῶν πολέμων ἐνταῦθα Ῥωμαίοις* P 102 *πέρας ἔσχε. βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον μὲν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἤδη κεκινημένων πραγμάτων, ὁπηνίκα ἔτι τὰς ἐν Ἰταλίᾳ διέφερε μάχας, φροντίδα τῶν τῇδε εἶχε πολλήν, τότε δὲ ὁλοσχερέστερον λοιπὸν ἀντεποιήθη. ὁ μὲν γὰρ Περσῶν σουλτὰν Πούνουράν τε καὶ Σίβυλαν Ῥωμαίοις κατηκόους παρεστήσατο πόλεις, Τερόζης δέ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, τῶν ἐν Κιλικίᾳ πλείστας ἀφήρπασεν, Ἰαγουπασὰν δέ, ὃς καὶ αὐτὸς Περσῶν φύλαρχος ἦν, ἄρχων γῆς τῆς Καππαδοκῶν, Οἴναιόν τε κατέθεε καὶ Παυράην, πόλεις ἄμφω Ποντικάς. Ἀλέξιον τοίνυν τὸν Γιφάρδον ἐπὶ τὸν σουλτὰν πέμψας τὰς εἰρημένας ἀνέλαβε πόλεις, Ἰαγουπασὰν δὲ τῆς ἐπὶ τὰ Ῥω-* B *μαίων ἀποσχόμενον ἐκδρομῆς ἑαυτῷ προσανέχειν ἠνάγκασεν· ἐπὶ μέντοι τῆς Κιλίκων αὐτὸς ἐκστρατεύειν διενοεῖτο. ἐν δὲ τούτῳ ἐν Βυζαντίῳ τάδε συνέπεσεν. ἦν τις Λευιτῶν οὓς διακόνους καλοῦ-* V 80 *μεν· ὄνομα τούτῳ Βασίλειος. οὗτος ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας ἐν ταῖς ὅπου δήποτε τελεταῖς πεπιστευμένος φωνὰς ἄλλους τε τῶν καὶ κατὰ βραχὺ προσκεκρουκότων αὐτῷ ἐν ταύταις δὴ ταῖς ὁμιλίαις σχήματι καὶ ἐπικρύψει κακηγορεῖν ἤθελε, καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ καὶ Νικηφόρον ἐπίκλησιν Βασιλάκιον, ὧν ὁ μὲν ῥητορικῆς ἐς τόδε καιροῦ καθηγητὴς ἐτύγχανεν ὢν ὁ Μιχαήλ, τὰ ἱερά τε ἐπὶ τοῦ τῆς Σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν εὐαγγελίων ῥητά, ἅτερος* C *δὲ εὐδόκιμος ἄλλα τε τῶν ἐν λόγοις ἦν καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός· ἀμέλει γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ ῥητορικὴν μεμελέ-*

18. *σχήματι*] Tollius et Duc. *σχίσματι.*

16. Hunc finem habuere bella Romanorum Italica. dum iis adhuc distineretur imperator, Asiaticorum motuum cura sollicitum tenebat: quibus demum peractis, totum se rebus istis applicuit. Persarum quippe Sultanus Punuram et Sybilam, Romanorum civitates, expugnaverat: et Torosus, cuius supra meminimus, plurimas etiam abstulerat in Cilicia. ad hoc Iagupasan, qui et ipse phylarchus erat Persarum et Cappadociae princeps, Oenaeum et Pauraen, Ponticas urbes, incursabat. misso itaque ad Sultanum Alexio Giphardo, ea oppida recepit: Iagupasanem vero incursionibus in fines Romanos abstinere, sibique deinceps adhaerere coegit. in Ciliciam autem ipse expeditionem instituere decrevit. interea haec Byzantii accidere. erat quidam ex Levitarum ordine, quos nos diaconos vocamus, nomine Basilius. hic ad explicandum in ecclesiasticis coetibus verbum divinum constitutus, alios qui vel minimum ab eius sententiis dissidebant in hisce concionibus tecte et occultim redarguit: atque in his Michaëlem et Nicephorum, cognomento Basilacium; quorum alter rhetorum ea tempestate magister, sacra evangeliorum verba explanabat in Sophiano templo: alter vero celebris inter eruditos in orationibus elucubrandis maxime praestabat, multaque in rheto-

τητο αὐτῷ ἄγαν δεξιῶς. ἐπὶ τούτοις ὠδινόν τε τὼ ἄνδρε τούτω καὶ ἐν δεινῷ ἐποιοῦντο, εἰ τηλικούτω τὰ ἐς σοφίαν ὄντε πρὸς τοιούτου διαμυκτηρίζοιντο ἀνδρός, ὅθεν ἑαυτοῖς τε καὶ πλείστοις ἑτέροις ἀνηκέστων αἴτιοι ἐγενέσθην κακῶν. τοῦ Βασιλείου γάρ ποτε ἐς τὸν πρὸ τοῦ ἄστεος τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου νεὼν τὴν συνήθη τελοῦντος αὐτῷ λειτουργίαν, ἧεσαν ἀκουσόμενοι καὶ οὗτοι, ἀκοαῖς γε μὴν ἐπιβούλοις καὶ πλήρεσι δυσμενείας. ὡς γὰρ εὐαγγελικήν που οἶμαι περικοπὴν ἐκεῖνος διεξιὼν τὸν αὐτὸν ἔφη καὶ ἕνα τοῦ θεοῦ υἱὸν καὶ θῦμα γενέσθαι καὶ σὺν τῷ πατρὶ τὴν θυσίαν προσδέχεσθαι, ἥρπασάν τε τὸν λόγον εὐθὺς καὶ ἄνω καὶ κάτω D διεχλεύαζον ἰόντες, διττὰς ἐντεῦθεν τὸν Βασίλειον λέγοντες εἰσάγειν ὑποστάσεις, εἰ τὸ μὲν ἐτύθη, τὸ δὲ τὴν θυσίαν ἐδέξατο. ἄλλοι τε οὖν ταύτῃ τῇ δόξῃ συνέθεντο τῶν ἐπὶ λόγοις τε δοκίμων καὶ δὴ καὶ Σωτήριχος ᾧ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφίᾳ καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλων, ὃς καὶ τῆς Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαχὼν οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο. ὁ τοίνυν Σωτήριχος οὐκ ἀπὸ γλώσσης μόνον καὶ στόματος δόξῃ τῇ ἐκείνων παρίστατο, ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγου συντάξας, P 103 οἷος ἐκεῖνος ἐξαισίαν τινὰ πρὸς Πλάτωνα ἐν διαλόγοις ὁμοιότητα ἴσχων, πολλὰ ἐν τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι' ἅπερ αὐτός τε τὴν τοῦ θρόνου καθαίρεσιν ὑπέστη, βασιλέως τοῖς ἀμφιβαλλομένοις διαιτήσεως, καὶ ὅσοι ἤδη συνίσταντο τούτῳ. Βασίλειος δὲ τὴν ἐπιτιμίαν αὖθις ἔσχεν· ἐτύγχανε γὰρ ἤδη ταύτην ἀπο-

13. τε δοκίμων] Fort. εὐδοκίμων. 22. διαιτήσεως] Fort. διαιτήσαντος. *ibid.* συνίσταντο τούτῳ] Fort. excidit ἐξωστρακίσθησαν vel simile verbum.

ricam docte erat sciteque iam commentatus. eapropter dolebant ii, quod tot sapientiae instructi dotibus ab tali homine traducerentur: unde sibi compluribusque aliis maximorum malorum causa fuere. Basilio enim in eo apostoli D. Ioannis theologi templo, quod ad urbem est, consuetum aliquando ministerium faciente, venerunt ii ut eum audirent, sed insidiosis malevolisque auribus. cum enim ille quemdam evangelii locum enarraret, unum et eumdem esse dei filium et victimam, et cum patre sacrificium excipere: arreptum subito sermonem ludibrio habentes reversi sunt, duas inde Basilium dicentes inducere personas, si ille quidem immolatus fuerit, ille vero sacrificium excipiat. huic sententiae tum alii suffragati sunt literis clari, tum et Soterichus, cognomine Panteugenus, vir ea aetate doctrina et sermonum gravitate ceteros praecellens, quique ecclesiae Antiochenae episcopus electus, nondum manus impositionem acceperat. is igitur Soterichus non lingua solum et ore eorum accessit opinioni, sed et magnifica oratione composita, singularique quadam similitudine Platonicos exprimente dialogos, multa in illa absurda congessit. propter quae et ipse sede sua deturbatur, et qui illi favebant, omnes pelluntur. Basilius dignitatem recuperavit: hac enim

βαλών, εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον αὖθις ἀπώλεσε ταύτην, οὐκ ὀρθῶς, ὡς ἐλέγετο, τὰ δογματικὰ φωραθείς.

17. Τὰ μὲν δὴ τῆς δογματικῆς ἐκείνης ἀμφισβητήσεως τοιοῦτον εὕρηκε πέρας. βασιλεὺς δὲ ἐπὶ Τερόζην ἐστέλλετο. αὐτοῦ γὰρ τοῖς περὶ τὴν ἑσπέραν ὥσπερ εἴρηται διησχολημένου, καιροφυλακήσας
B ὁ βάρβαρος σχεδόν τι ἁπάσας τῶν ἐν Κιλικίᾳ παρεστήσατο πόλεων. δεινὸς γὰρ εἴπερ τις ἐγένετο ὀξύτητά τε καιροῦ προαρπάσαι καὶ πράγματα ῥάψαι ἱκανός. τούτου τε δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐχώρει καὶ ὧν αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Ῥαϊμούνδου τοῦ Ἀντιοχείας πρίγκιπος ἐκ τῶν τῇδε μεταχωρήσαντος, ἐν μὲν τῷ παραυτίκα Κωνστάντζα ἡ αὐτοῦ γαμετὴ ἑαυτήν τε βασιλεῖ καὶ τὰ Ἀντιοχέων ἐγχείριζε πράγματα, βασιλέως δ' ἔπειτα Ῥογέριον τὸν καίσαρα, ὥσπερ ἤδη ἐμνήσθην, ἐφ' ᾧ ξυνοικῆσαι αὐτῇ στείλαντος, μεταβαλοῦσα ἐκείνη κοινῇ τῶν Ἀντιοχέων βουλῇ Ῥενάλδῳ τινὶ γάμου κοινωνεῖ, ἐννοησάντων μή ποτε Ῥογερίῳ γεγαμημένης τῆς γυναικὸς Ῥωμαίοις ἐς φόρου ἀπαγωγὴν αὐτοὶ πέ-
C σωσιν. οὗτος δὲ ὁ Ῥενάλδος, ἐπειδὴ δεόμενον αὐτὸν βασιλεὺς οὐ προσίετο, ἀπειλὰς δὲ μᾶλλον ἐπισείων ἐξεδειμάτου πολλάς, δεῖν ἑαυτὸν χρημάτων ὑπολαβὼν τοιάδε τινὰ ἐποίει. ναῦς τεκτηνάμενος ἐπὶ τὴν Κυπρίων ἐπλωΐζετο, πειρατικῶς τε τοῖς ἐνταῦθα προσ-
V 81 φερόμενος περιουσίαν ἐνταῦθα δυνάμεως ἐξεπορίζετο. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον Ἰωάννης ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδοῦς τὴν χώραν τότε διέπων, καὶ Μιχαὴλ ὁ Βρανᾶς καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐπὶ φυλακῇ ταύτης ἐτάττοντο, ἀπώσαντό τε αὐτὸν καὶ κακῶς διέθεντο· ἔπειτα

iam exciderat: sed postea eam iterum perdidit, cum haud sana sentire, ut aiunt, deprehensus esset.

17. Hunc finem habuere illae de rebus theologicis quaestiones. imperator igitur adversus Torosum proficiscitur. cum enim, ut supra dictum est, rebus Occidentalibus detineretur, opportunitatem adeptus barbarus iste omnes ferme Ciliciae civitates expugnaverat. callidus enim erat, si quis alius, et in captandis occasionibus rebusque conficiendis maxime industrius. iis itaque de causis, aliisque, quas dicturus sum, in Asiam venit imperator. Raimundo Antiochiae principe exstincto, Constantia illius uxor seque ipsam extemplo et Antiochenum principatum imperatori tradidit. cum eo deinde Rogerium Caesarem, cuius supra meminimus, misisset princeps, ut illam sibi uxorem adiungeret, mutata sententia, communi Antiochenorum consilio, Renaldo cuidam illa nubit. verebantur quippe ii, ne si Rogerio iuncta esset, Romanorum fierent vectigales. hic autem Renaldus, cum supplex etiam non admitteretur ab imperatore, sed potius intentatis minis terreretur, opus esse sibi pecuniis ratus, haec aggreditur. fabricatis navibus Cyprum adnavigat, ibique piraticam exercens, magnam inde opum vim parat. sed Ioannes imperatoris ex fratre nepos, qui tum regioni isti praeerat, et Michaël Branas ceterique ad custodiam insulae praepositi, primo illum expulerant maleque

προπετεστέρως ἢ ἐχρῆν ἐπὶ Λευκουσίαν τοῦ Βρανᾶ ποιησαμένου τὴν δίωξιν, ξυνεπεξῄει τούτῳ καὶ ὁ Ἰωάννης, ὅθεν συνέβη ἀμφοτέρους ἁλῶναι πρὸς τοῦ Ῥενάλδου. τούτων δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐχώρει. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ ἐγένετο, D Πέρσαις ἐνταῦθα ὑπαντιάσας ἥττησέ τε πολέμῳ αὐτοὺς καὶ φόνον πολὺν εἴργαστο, τὴν παρακειμένην τε Περσῶν δῃώσας χώραν ὡς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐφέρετο, σχηματιζόμενος ἐπὶ Πέρσας δῆθεν τὸν πόλεμον ἄγειν· τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ μηδὲν ὑφορώμενον τὸν Τερόζην καταλαβεῖν ᾤετο. ὅπως γε μὴν ἔτι μᾶλλον ἀπροσδόκητος αὐτῷ παραγένηται, κατὰ τάδε ἐποίει. Ἀλεξίῳ μὲν τῷ Κασιανῷ ὃς τὴν Σελευκείων τότε διεῖπεν ἀρχήν, τὸν αὐτόχθονα ἐκέλευεν ἀθροίσαντι στρατὸν ἐν παρασκευῇ ἔχειν· ὁ δὲ τὸ εὐζωνότερον ἀπολεξάμενος τῆς στρατιᾶς τὴν ἐπὶ Σελευκείας ἠπείγετο. τῷ δ' ἄλλῳ P 104 Ῥωμαίων στρατεύματι ἐνταῦθά που ἐπὶ τῆς Ἀττάλου μένοντι ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἵππων ἐκέλευεν. πάθος γάρ τι τοῖς αὐτῶν πέλμασιν ἐπιγεγονός, ὃ δὴ τῷ ἱππείῳ ἐπισκήπτειν εἴωθε γένει, ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἐπίεζεν. ὡς δὲ αὐτὸς μὲν τὰ ἐπὶ Σελευκείας ἐξῆλθε πεδία, τὸ δὲ στράτευμα οὐ παρῆν ὥσπερ ἐκέλευε (παρημέλητο γὰρ τοῦτο πρὸς τοῦ Ἀλεξίου), ἐφ' ἕτερόν τι ἐτράπετο, σθένει παντὶ τὸν Τερόζην καταλήψεσθαι προθυμούμενος. Ἀλέξιον μὲν πρόσθεν ἔπεμψεν, εἴ πως Τερόζην αὐτῷ συμπλακέντα ἐνταῦθα ἐπισχεῖν δυνηθῇ, ὁ δὲ κατὰ νώτου τούτῳ ἐχώρει οὐ πλείους πεντακοσίων ἐπα-

1. προπετεστέρως] Ita Duc. Cod. προπετέστερος. 11. Σελευκείων] Σελευκέων? Σελευκείαν?

habuerant. sed mox cum Branas unaque et Ioannes imprudentius, quam par erat, ad Leucosiam usque Renaldum fugientem essent insecuti, uterque ab illo capti sunt. atque id potissimum causae fuit, cur in Ciliciam pergeret imperator. ubi ille in minorem Phrygiam pervenit, Persis obviam factus, signis collatis praelio eos superavit magnamque caedem edidit. adiacentibus deinde Persarum agris devastatis, in Ciliciam iter instituit, quasi in Persas bellum translaturus esset: qua ratione necopinantem Torosum sese oppressurum credebat. atque adeo ut magis illi improvisus accederet, talia instituit. Alexio Casiano, qui tunc Seleuciae regebat praefecturam, conflare ex indigenis exercitum paratumque habere imperavit: ipse interim expeditioribus militum delectis Seleuciam versus iter intendit, ceterasque Romanorum copias Attaliae manere iussit, equorumque curam ibi habere. morbo quippe, cui ut plurimum equi obnoxii sunt, et qui pedum plantis accidere solet, graviter dolebant. ut vero in Seleucianos pervenit campos et exercitum, sicuti imperaverat, paratum haud invenit (id enim neglexerat Alexius), mentem alio convertit, Torosum cum omnibus viribus cupiens invadere. Alexium igitur praemisit, ut Torosum aggrediendo ibi distineret: ipse vero a tergo secutus est, haud plures quingentis secum ducens armatos. captus-

B γόμενος ἀνδρῶν ὁπλιτῶν, καὶ τάχα ἂν ἥλωτό τε ὁ τύραννος καὶ ὑπὸ χερσὶν ἐγένετο Ῥωμαϊκαῖς, εἰ μὴ τύχη τις αὐτὸν ἐξ ἀπροσδοκήτου διεσώσατο. τῶν γάρ τις προσαιτούντων, οἳ πολλοὶ τῶν Λατίνων γένους ἐπὶ Παλαιστίνην ἰόντες ὄρη τε καὶ δρυμὰ περιτρέχουσιν ἀλῆται, καὶ οὐδὲν ὅ,τι τῷ πλήθει λείπουσιν ἄστειπτον, τῷ βασιλεῖ περιτυχὼν στατῆρά τε ἐξ αὐτοῦ κεκομισμένος χρυσοῦ τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸν Τερόζην ἦλθε καὶ αὐτῷ τὴν βασιλέως ὅσον οὐκ ἤδη ἐπήγγελλεν ἄφιξιν. ταῦτα ἐκεῖνος ἀκούσας καταπέπληκτο μέν, ὡς τὸ εἰκός, τὸν μέντοι λόγον πρὸς οὐδένα τῶν ἁπάντων ἐξενεγκὼν ὅτι μὴ Θωμᾶν τε καὶ Κόρκην, ἄνδρας εὔνους αὐτῷ, φυγὰς ἄλλοτε ἄλλῃ φερόμενος ἐξέτρεχε πανταχοῦ. βασιλεὺς δὲ τῇ ὑστε-
C ραίᾳ ἐς τὴν Κιλίκων εἰσελάσας αὐτὸν μὲν εὗρεν οὐδαμοῦ, τὸ ἐν Λάμῳ δὲ φρούριον ἀμαχητὶ παρεστήσατο ἐρυμνὸν μάλιστα ὄν. εἶτα Κίστραμον καὶ Ἀνάζαρβον πόλιν εἷλε περιφανῆ. προϊὼν δὲ καὶ Λογγινιάδα σὺν πάσῃ τῇ περιοικίδι καταδραμὼν ἐδουλώσατο. ὅθεν ἐπὶ Ταρσὸν μεταβὰς ἣ μητρόπολις τῷ ἔθνει τούτῳ τυγχάνει οὖσα, αὐτὴν μὲν εἷλεν αὐτοβοεί, Τίλι δὲ κρησφύγετον μάλα ἐχυρὸν πέμψας ὑπὸ Ῥωμαίους ἐποιήσατο. ὅπως δὲ Ταρσὸν οὐδ' ἂν ὑπὸ μυριάδων ἁλώσεσθαι πολλῶν εὐχερῆ οὖσαν αὐθημερὸν αὐτὸς παρεστήσατο, δηλώσω ἔγωγε. ἐπειδήπερ δυσάλωτον οὖσαν αὐτὴν ἔγνω, τρίβειν ἐνταῦθα τὸν καιρὸν οὐδαμῇ ἤθελεν, ὅθεν καὶ αὐτὸς μὲν ἐφ' ἑτέρας ἐτράπετο πόλεις, Θεόδωρον δὲ γαμβρὸν αὐ-
D τῷ ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα Βατάτζην ἐπώνυμον ἐπ' ἐκείνην ἔπεμψε

1. ἥλωτό τε] Fort. ἥλω τε. 18. Ταρσὸν] Ita Duc. Cod. Ἀνάζαρβον.

que continuo et in Romanorum potestatem venisset tyrannus, nisi ipsum fortuna quaedam inopinato servasset. quidam enim mendicus, quales multi ex Latinis nationibus euntes in Palaestinam montes et silvas vagabundi percurrunt, ac nihil non tritum relinquunt, obvius imperatori factus, auri statere ab illo accepto, quanta potuit celeritate ad Torosum contendit et imperatoris adventum nuntiavit. quo ille audito, nec iniuria, perculsus, iis nemini, praeterquam Thomae et Corcae sibi fidis, quae acceperat indicatis, huc illuc errans et palabundus vagatur. imperator postridie Ciliciam invadit: eo nusquam invento, castellum in Lamo arduum maxime nullo labore expugnat. deinde Cistramum capit et Anazarbum urbem celeberrimam, progressusque Longiniadem cum adiacentibus agris imperio subiicit. inde ad Tarsum Cilicum metropolim profectus, urbem primo intercipit impetu: et Tili castrum validissimum, missis eo nonnullis, Romanorum iuri asserit. qua vero ratione Tarsum, quae ne a multis quidem millibus expugnari vix potest, ipse eodem quo accessit die ceperit, narrabo. ubi enim urbem aegre expugnari posse advertit, frustra ibi tempus terere inconsultum putans, deflexit ad alia oppida: Theodorum vero sororium, cognomento Batatzem, ad eam circum-

πολιορκήσοντα. ἀλλ' οὔπω Θεόδωρος εἰς τὴν πόλιν ἀφίκετο, καὶ
οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων βασιλέα προσιέναι νομίσαντες ἐξαίσιόν τέ τινα
πεφοβημένοι φόβον ἐρρίπτουν ἀπὸ τῶν πύργων ἑαυτοὺς δυσθανα-
τοῦντες οἱ ταλαίπωροι, ἥ τε πόλις εὐθύωρον τοῦτον ᾑρέθη τὸν
τρόπον.

18. Ταρσὸς μὲν δὴ οὕτως ἑάλω· Τερόζης δὲ καὶ Ῥενάλ- V 82
δος ὁ πρίγκιψ ταῦτα ὁρῶντες βασιλεῖ μὲν οὐδαμῇ διαπρεσβεύεσθαι
ἐτόλμων ἅτε μεγάλα ξυνειδότες ἑαυτοῖς κακά, παρὰ δὲ τῶν γνη-
σιωτάτων αὐτῷ τινας πέμποντες ἱκέτευον ἱλάσασθαι σφίσι τὸν βα-
σιλέα. ὡς δ' ἀπετύγχανον τοῦ σκοποῦ, Ῥενάλδος πανταχόθεν P 105
ἐξαπορούμενος τὴν Ἀντιοχείας ἀκρόπολιν ἐγχειριεῖν βασιλεῖ διωμο-
λόγει, εἰ κακῶν ἀμνηστήσειεν αὐτῷ. συνίει γὰρ καὶ τοῦ Ἀντιο-
χείας ἀρχιερέως, ὃν αὐτοὶ ὁμογενῆ σφίσιν ἐφιστᾶσι πατριάρχην
δῆθεν αὐτὸν κλεΐζοντες, δυσμένειάν τινα καὶ κότον ἐπ' αὐτῷ τρέ-
φοντος ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ῥενάλδος, ὅπερ ἤδη ἐλέγομεν, ἐσχά-
την ἑαυτῷ πενίαν ξυνειδὼς Κύπρον τε καταδραμεῖν διενοήθη καὶ
τὸν ἀρχιερέα τοῦτον ἰδίᾳ παραλαβὼν χρήματα αὐτῷ δοῦναι ἠξίου·
ἐν εὐπορίᾳ γὰρ εἶναι πολλῇ τοῦτον ἐγίνωσκεν. ὡς δ' οὐκ ἔπειθε,
τῶν ἀμφίων ἀφελόμενος τὸν ἄνθρωπον πολλὰς μὲν αὐτῷ κατὰ τοῦ B
σώματος ἔξαινε πρότερον, θέρους δὲ ἀκμάζοντος μέλιτι τὰ τραύ-
ματα ἐπιχρίσας ἡλίῳ θέρεσθαι ἀφῆκε. σφῆκές τε οὖν καὶ μέλιτ-
ται καὶ μυῖαι καὶ τἆλλα τῶν αἱμοβόρων ζωϋφίων καθ' ὅλον

ἐ

8. παρὰ] Toll. ἐπί. Cod. π. παρὰ Heyse. 10. ἀπετύγχανον] Cod. ἐπετύγχανον. correxit Duc.

sidendam misit. sed nondum ad urbem advenerat Theodorus, cum milites, qui in propugnaculis stabant, adventare imperatorem rati, ingenti perculsi metu de turribus sese dedere praecipites, mortemque sic miseri acerbam oppetiere.

18. Ita quidem capta est Tarsus. cum haec adverterent Torosus et Renaldus princeps, ad imperatorem legatos mittere non ausi, utpote multorum a se perpetratorum malorum conscii, illius agnatos quosdam misere, qui pro iis eumdem deprecarentur. id ubi recusatum est, Renaldus animo undique anxius quidque ageret incertus, arcem Antiochenam imperatori se traditurum spondet, si delictorum suorum concederetur oblivio. noverat enim Antiochenum pontificem, quem ex sua gente sibi illi praeficiunt ac patriarchae nomine donant, inimicum sibi infensumque esse ea ex causa. Renaldus, ut ante diximus, cum se in extrema rerum penuria constitutum videret, non modo Cyprum depraedari constituit, sed et pontificem hunc in secretum abductum aggressus, pecunias sibi ab illo dari postulavit, non ignarus multis illum abundare opibus. id cum renuisset, vestibus homini detractis, corpus multis primum verberibus caesum, ardente tum aestate, vulneribus melle illitis, urendum soli exposuit. ibi tum vespae et apes et muscae, et cetera sanguinem ebibentia animalcula, nudato prorsus corpori

γυμνητεύοντος ἐγκαθίζοντα τοῦ σώματος συνεμύζων αὐτῷ τῶν αἱμάτων. ὑφ᾽ ὧν ἀπαγορεύσας ὁ ἄνθρωπος πάντα τὸν πλοῦτον Ῥενάλδῳ παρεῖχεν ἐξενεγκών· ὁ δὲ ἐξευμενιζόμενος δῆθεν αὐτὸν κοσμήσας συνήθως ἔφιππον διὰ μέσης ἦγε τῆς πόλεως, αὐτὸς ἐκ ποδός τε βαδίζων καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐφεστρίδος ἠρτημένον ἐν χειρὶ κατέχων ἱμάντα. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ταῦτα ἐποίει, ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον
C ἐμεμηνίει κατὰ Ῥενάλδου καὶ ἐζήτει καιρὸν ὅπως ἂν ἀμύναιτο τοῦτον. καὶ δὴ συχνὰ παρὰ βασιλέα πέμπων προδιδόναι οἱ κατεπηγγέλλετο τὸν ἄνθρωπον. βασιλέως δὲ πρὸς τοῦτο ἀνανεύοντος (πολέμῳ γὰρ μᾶλλον ἢ δόλῳ περιγενέσθαι ἤθελε), τῆς ὁρμῆς ἀνεκόπτετο. Ῥενάλδος μὲν ταῦτα ἐννοῶν τὰ προειρημένα βασιλεῖ ὑπισχνεῖτο· τοῦ δὲ μὴ προσιεμένου τὴν ἱκεσίαν τοιάδε τινὰ ἐποίει. ἀφαιρεῖται μὲν τὴν καλύπτραν τῆς κεφαλῆς, γυμνώσας δὲ τὼ χεῖρε ἄχρι καὶ ἐς ἀγκῶνας αὐτούς, ἀνυπόδετος σὺν τῶν μοναχῶν πολλοῖς διὰ μέσης τῆς πόλεως πορευόμενος ἐπὶ βασιλέα παραγίνεται. ἐξῆπτο δὲ αὐτῷ τοῦ μὲν τραχήλου καλώδιον, χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρᾳ
D ξίφος ἐφέρετο. ἦρτ᾽ οὖν τηνικαῦτα βῆμα λαμπρόν· καὶ Ῥενάλδος μὲν ἄποθέν που τῆς βασιλείου σκηνῆς ἵστατο ὡς ἂν μὴ θαρρῶν τὴν εἰσφοίτησιν, ὁ δὲ τῶν ἀμονάχων μοναχῶν ὅμιλος ἀσάνδαλοί τε καὶ ἀκαλυφεῖς κεφαλὰς εἰσῄεσαν ἐπὶ βασιλέα, ἐπὶ γόνυ τε ὀκλάσαντες ἅπαντες δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἔπεμπον καὶ τὰς

1. *γυμνητεύοντος*] Cod. *γυμνιτεύοντος*. 14. *μοναχῶν*] Ita recte Heyse explicuit siglum Codicis *ἀ*$^{\chi}$ *ἀ*$^{\chi}$. nisi quod, ut paulo infra v. 19 legitur, *ἀμονάχων μοναχῶν* scribi voluit, quod ut altero loco aptissimum ita hoc loco minus aptum videtur. Tollius et Duc. *Ἀντιοχέων* ediderunt.

insidentia sanguinem eius sugebant. quibus adactus tormentis, prolatas opes omnes Renaldo tradidit. tum vero pacatus ille, consuetis virum induit vestimentis, equoque insidentem per mediam ductum civitatem ipse pedes, lorum quod a sella dependebat manu tenens, est subsecutus. verum id etsi egisset Renaldus, non minori tamen eum odio prosequebatur pontifex, occasionemque captabat, qua illatam sibi iniuriam ulcisceretur. ideoque crebris ad imperatorem missis legatis, hominem in illius manus sese traditurum pollicebatur. sed id recusante imperatore, quod bello potius quam dolo victoriam vellet consequi, ab incepto destitit. ea quidem animo reputans Renaldus, supra dicta cum imperatore pacisci parat: verum illo preces aspernante, talia instituit. abiecto capitis tegumento, manibus usque ad cubitum detectis pedibusque nudis cum plurimis monachis non monachis per mediam incedens civitatem ad imperatorem pergit. appensus erat collo funiculus, et gladius ab eo altera ferebatur manu. erat autem illic erectum insigne tribunal. stabat vero procul ab imperatorio tabernaculo Renaldus, tamquam si ad illum accedere non auderet. monachorum turba non monachorum absque sandaliis capitumque tegumentis imperatorem adibat, et in genua procumbentes omnes lacrimas profundebant ex oculis manusque protendebant.

χεῖρας ἀνέτεινον. βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀνένευε, παρακληθεὶς δ' ὕστερον παρελθεῖν τὸν πρίγκιπα ἐκέλευσεν. εἰσελθόντι δὲ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐπικαμφθεὶς ἀφῆκεν αὐτῷ τὸ ἐμπαροίνημα, ὅρκοις ἄλλα τε πολλὰ πιστωσαμένῳ, ὅσα δηλονότι βασιλεῖ βουλο- P 106 μένῳ ἐτύγχανε καὶ δὴ καὶ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου εἰς Ἀντιόχειαν κατὰ ἔθος πέμπεσθαι τὸ παλαιόν. ὅτε δὴ καὶ θαῦμα κατεῖχε τοὺς ὅσοι τηνικάδε ἐτύγχανον πρέσβεις ἐνταῦθα παρατυχόντες τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐθνῶν, Χωρασμίων τε καὶ Σουσίων καὶ Ἐκβατάνων, Μηδικῆς τε τῆς ἁπάσης καὶ Βαβυλῶνος, ὧν δὴ τὸν ἄρχοντα μέγαν ἐκεῖνοι κλεΐζουσι σουλτάν, Νουραδίν τε τοῦ Βερροιαίου σατράπου καὶ Ἰαγουπασᾶν τοῦ Περσῶν φυλάρχου, καὶ Ἀβασγῶν καὶ Ἰβήρων, ἔτι δὲ καὶ Παλαιστινῶν καὶ Ἀρμενίων τῶν ἐπέκεινα V 83 Ἰσαύρων.

19. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Βαλδουῖνος δὲ ὁ Παλαιστίνης ῥὴξ ἐπὶ βασιλέα πέμψας ᾐτεῖτο συγγενέσθαι αὐτῷ B περὶ μεγάλων τινῶν ὥσπερ ἔλεγε κοινωνήσων. ἦν δὲ σκῆψις τὸ πρᾶγμα. τῇ γὰρ Ἀντιοχείας ἐποφθαλμίζων ἀρχῇ ἐν γειτόνων αὐτῷ καθεστώσῃ, οὐκ ἔχων ὅπως ἂν αὐτῆς τεύξοιτο, ἐπειδὴ μηκέτι τὰ κατὰ Ῥενάλδον ἔμαθε, ξυνεβούλευε βασιλεῖ μηδόλως τούτου μεθίεσθαι, ὡς ἢ ἐκ ποδῶν ἐκείνου γεγενημένου Ἀντιοχεῦσιν ἅτε δι' αὐτὸν σεσωσμένοις ὅσα καὶ δούλοις αὐτὸς χρήσαιτο, ἢ καὶ περὶ ἀμφοῖν βασιλείαν παραιτησαμένοις οὐδὲν ἧττον αὐτοῖς

18. καθεστώσῃ] Cod. κατεστώσῃ. 22. παραιτησαμένοις] Ita coni. Toll. Cod. παραιτησάμενον. Duc. παραιτησαμένων.

at imperator renuenti primo similis, tandem exoratus adesse principem iussit. ingredienti igitur, eo quo diximus modo, flexus imperator delictum remisit: tum et alia multa quae ipse voluit imperator, sacramentis firmanti, tum etiam illud, ut Byzantio, prout antea fieri consueverat, Antiochiam pontifex mitteretur. mira res prorsus visa qui hic forte aderant Asiaticarum gentium legatis, Chorasminorum, Susiorum, Ecbatanorum, Mediaeque universae ac Babylonis, quorum principem magnum vocant Sultanum: praeterea Nuradini Berrhoeae satrapae, Iagupasanis Cappadociae phylarchi, et Abasgorum et Iberorum, nec non et Palaestinorum et Armeniorum, qui ultra Isauros habitant.

19. Haec tum quidem ibi gesta. interea Balduinus Palaestinae rex per legatos colloquium imperatoris expetiit, de rebus aliquot maioris momenti cum illo acturus. verum haec in speciem gerebantur. cum enim Antiochiae principatui terris suis vicino inhiaret, neque eum facile posset sibi comparare, priusquam ea quae de Renaldo evenerant edoceretur, id imperatori consilii dederat, ut nullo hominem modo demitteret: illo enim de medio sublato fore ut vel Antiocheni, qui ab eo fuissent servati, sibi in posterum obnoxii servirent: vel si utriusque detrectarent imperium, nihilo secius ipsis

ἐπιτάττειν. ταῦτα βουλευσάμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ παραγίνεται, εἰς λόγους τε Ἀντιοχεῦσι καταστὰς ὑπεμίμνησκέ τε ἐπίτηδες αὐτούς, ὅπως ἐπὶ τῷ αὐτοῖς ξυνοίσοντι ἐνταῦθα Παλαιστίνης ἀφίκοιτο καὶ C ὡς χαρίτων αὐτῷ μεγάλων ὀφειλέται τυγχάνουσιν ὄντες. τῶν δὲ ὁμολογούντων, ἐδεῖτο καὶ πάλιν βασιλέως ὅπως ἂν αὐτῷ συγγένοιτο. ὁ δὲ συνεὶς τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας τὸ μὲν πρῶτον ἀπένευσε, μὴ ἂν τῆς δεούσης τυχεῖν αὐτὸν ἰσχυριζόμενος φιλοφροσύνης τε καὶ δεξιώσεως, εἴ γε ἐπὶ μέσων πολεμίων ἔργων διατρίβοντι ὁμιλήσειεν αὐτῷ· ἐγκείμενον δ' ἔτι μᾶλλον ὁρῶν αὐτὸν καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ὁσημέραι ἱκετεύοντα ἐπένευέ τε τῇ αἰτήσει καὶ ἥκειν ἐκέλευε. λέγεται οὖν ὅτι ἐξιόντα τῆς πόλεως περιστάντες αὐτὸν οἱ Ἀντιοχεῖς ἐδέοντο, ὅπως ἂν αὐτῷ δυνατὰ ἔσται βασιλέα σφίσι διαλλάξαι. ἐν τούτῳ δὲ τοιάδε τινὰ ἐς τὴν βασιλέως συνέπεσεν αὐλήν. ἦν τις ὑπογραμματέων αὐτῷ Θεόδωρος ὄνομα, ἐπί- D κλησιν Στυπειώτης. οὗτος ὁ Θεόδωρος τά τε ἄλλα βασιλεῖ οἰκειότατος ἦν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ κανικλείου πεπίστευτο λειτουργίαν, ἀλλὰ σκαιός τις καὶ δύσνους περὶ αὐτὸν φωραθείς τε καὶ ἐξελεγχθεὶς ὄψεών τε αὐτῶν καὶ γλώττης ὁ κακοδαίμων ἐστέρητο. τόν τε γὰρ τῆς ζωῆς αἰῶνα ἐκμεμετρῆσθαι βασιλεῖ ἤδη ὡς ἀπὸ τρίποδος ἀπεφοίβαζε τοῖς πολλοῖς, καὶ χρῆναι ἔλεγε τὴν Ῥωμαίων βουλὴν μηκέτι νεανίᾳ μηδὲ σφριγῶντι τὴν ἀρχὴν παραδοῦναι, ἀλλ' ἀνδρὶ γεγηρακότι τε ἀκριβῶς καὶ ἐξώρῳ τῆς ἡλικίας, ὅπως ἐκείνου τῷ λόγῳ ἄρχοντος ὡς ἐν δημοκρατίᾳ τὰ τῆς πολιτείας μᾶλ-

1. ἐπιτάττειν] Fort. ἐπιτάττοι. 7. ἰσχυριζόμενος] Cod. ἰσχυριζόμενον. 20. χρῆναι] Cod. χρῆν.

dominaretur. eiusmodi dato consilio Antiochiam venit, habitoque cum oppidanis sermone in memoriam iis revocavit, quomodo propter eorum commoda ex Palaestina huc advenisset, et quantum sibi ob id ipsum deberent. iis annuentibus, rursum imperatorem de mutuo congressu sollicitat. at ille perspecta hominis mente id primum renuit: neque enim convenienti cultu et officiis exceptum iri affirmabat, siquidem interim dum inter medios hostes res bellicas tractat, is illi congrederetur ac cum eo colloquium haberet. ut vero magis instare eum vidit et eadem in dies rogare, annuit tandem precibus et venire iussit. aiunt urbe exeuntem circumstetisse Antiochenos, rogasseque enixius ut imperatorem sibi reconciliare anniteretur. interea et haec in imperatoris accidere palatio. quidam ex illius scribis nomine Theodorus, cognomento vero Stypiota, tum alias ipsi familiarissimus, tum etiam canicleo ea aetate praepositus, cum principi ceteroquin infidus infestusque deprehensus ac convictus esset, oculis miser et lingua privatus est. exactum iam quippe esse imperatoris vitae terminum, velut ex tripode apud multos vaticinabatur, aiebatque non adolescenti et vegeto committendum deinceps Romanum imperium, sed aetatis provectae viro et senio iam confecto, ut in speciem eo imperante publicae res veluti populari regimine administrarentur.

λον διοικοῖτο. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Θεόδωρον τῇδε συνέπεσε· τότε P 107 δὲ καὶ Γεώργιος ὁ τῶν βασιλικῶν ἐξάρχων σαλπιστῶν, ὃν δὴ πριμικήριον τῆς αὐλῆς ἔθος ὀνομάζειν ἐστίν, ἐπίκλησιν Πυρρογεώργιος, οὐκ ἐπὶ μικροῖς καὶ αὐτὸς βασιλεῖ προσκεκρουκὼς ἵλεώ τε αὖθις τετύχηκεν αὐτοῦ καὶ ἄχρι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπεπόνθει τὴν δὲ ἀρχὴν ἀποβεβλήκει ταύτην.

20. Βασιλεὺς δὲ προσιέναι τὸν ῥῆγα μαθὼν ἄλλοτε ἄλλους τῶν ἐπὶ δόξης προσυπαντᾶν αὐτῷ ἔπεμπε καὶ ἀεὶ τοὺς ἐπιδοξοτέρους κατόπιν ἄχρι καὶ τῶν ἐπ' ἀδελφιδαῖς αὐτῷ γαμβρῶν, προσεροῦντας B αὐτὸν καὶ τὰ εἰκότα τιμήσοντας, ἕως παρ' αὐτὸν βασιλέα ἦλθεν. ὁ μὲν οὖν οὕτως ἀξίως τοῦ Δαβὶδ θρόνου καὶ ἐτίμα καὶ ἐδεξιοῦτο τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ εἴτε τούτοις κατεπαρθεὶς εἴτε καὶ ξύμφυτόν τινα τρέφων ἀλαζονίαν, ἐπειδήπερ εἰς τὴν βασίλειον παρῆλθεν αὐλήν, ὑπό τε τῶν βασιλείων ῥαβδούχων καὶ Ῥωμαίων τῶν ἐπὶ δόξης παραπεμπόμενος ἐνταῦθα τοῦ ἵππου ἀπέβη, ἔνθα καὶ βασιλεὺς αὐτὸ ποιεῖν εἴθιστο. ἐφ' οἷς ἀγερωχίαν αὐτοῦ καταγνοὺς V 84 βασιλεὺς πολλὰ τῶν ἔτι μᾶλλον εἰς τιμὴν ὁρώντων ἐνέλιπεν αὐτῷ. εἶδε δὲ ὅμως αὐτὸν καὶ προσεῖπεν ἕδραν τέ τινα χθαμαλὴν καθιζῆσαι παρέθετο, συνωμίλησέ τε πολλάκις αὐτῷ καὶ ἐν συσσιτίῳ C παρέλαβεν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρεσκεν Ἀντιοχεῖς τῶν Ῥενάλδῳ ὡμολογημένων ἥ τε δύναμις μεθ' ἧς βασιλεῖ συμμαχεῖν ἔμελλον, ἅτε ἀπερρυηκυίας τῇ πόλει τῆς πάλαι ἰσχύος, καὶ τὸ ἀρχιερέα ἐκ Βυ-

4. μικροῖς] Cod. μακροῖς. 10. αὐτὸν] Cod. αὐτῷ superscripto όν.

haec tum quidem acciderunt Theodoro. eodem tempore Georgius tibicinum imperatoris praefectus, qui primicerius aulae vulgo vocari solet, cognomento Pyrrhogeorgius, commisso et ipse non levi in eum delicto, clementem expertus principem, nihil aliud mali passus est, nisi quod eo munere exciderit.

20. Imperator vero ut adventare regem rescivit, variis in locis viros dignitatibus conspicuos ipsi iussit occurrere, ita ut honoratiores postremo semper essent, usque ad ipsos ex fratribus neptium viros, qui cum eo sermonem haberent, variisque illum prosequerentur honoribus, donec ad ipsum perveniret imperatorem. ita ille ex Davidici throni maiestate tum coluit hominem, tum officiose excepit. quibus is elatus, sive quod insitam ab ipsis natalibus aleret nescio quam ostentationem, postquam imperatorium ingressus est palatium, imperatoria custodia illustribusque aulicis eum deducentibus, eo loci equo desiliit, ubi id ipsum facere consuevit imperator. ex quo facto insolentiam fastumque illius advertens princeps, multa ad maiorem honorem pertinentia deinceps intermisit. nihilo minus eum vidit allocutusque est, et sede humiliori considere iussit. saepius etiam cum illo est congressus, eumque convivio excepit crebrius. cum vero ea quae Renaldus cum imperatore pepigerat Antiochenis non placerent, cum propter copias quibus adiuvare imperatorem tenebantur, civitate nimirum prioribus viribus longe imminuta,

ζαντίου ἐπὶ Ἀντιοχείᾳ στέλλεσθαι, καὶ ἦλθον τούτων ἕνεκα βασιλέως δεησόμενοι, Βαλδουῖνος καὶ ὑπὲρ τούτου τὸν βασιλέα παρῃτεῖτο. οὐ σφόδρα δὲ ἀναινόμενον γνοὺς καὶ πρὸ τῶν ἰχνῶν αὐτοῦ τοὺς πρέσβεις ἐρρίπτει. ὁ δὲ ὁπότερον τοῖν δυεῖν μᾶλλον Ῥωμαίοις τιμὴν φέρει διεννοησάμενος τὸ μὲν σὺν ἐλάσσονι στρατεύειν δυνάμει αὐτίκα ἔδωκε (τό τε γὰρ ὑπὲρ ἰσχὺν ἀπαιτούμενον ἐφεπομένην ὡς D *τὰ πολλὰ τὴν παράβασιν ἔχει, καὶ ἄλλως ἀρκεῖ πρὸς δουλείας ἔνδειξιν καὶ τὸ πολλοστὸν ἔστιν οὗ προσαγόμενον)· ἀρχιερέα δὲ ἀλλοθέν ποθεν ὅτι μὴ ἐκ Βυζαντίου εἶναι οὐκ ἔφησε καταδέξασθαι. ὅπερ ἄσμενοι ἐκεῖνοι δεξάμενοι ἐς τὴν πόλιν ἀπηλλάττοντο.*

21. *Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Ῥενάλδον ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔσχε· βασιλεὺς δὲ ἐπὶ Τερόζην ἰέναι λοιπὸν διενοεῖτο. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ χώρους τε ἐρήμους καὶ ὄρη ἐξέτρεχε τὰ Ταυρικά, εἶτα Βαλδουίνου καὶ περὶ αὐτοῦ τὸν βασιλέα ἱκετεύσαντος ἦλθε κἀκεῖ-* P 108 *νος ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἱκέτης ἐλεεινός. βασιλεὺς δὲ αὐτὸν προσηκάμενος δούλοις τε τῶν Ῥωμαίων ἐνέγραψε καὶ τὸν πόλεμον λοιπὸν ἔλυσεν. Ἀντιοχεῖς τοίνυν, ἐπειδὴ τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν ἤδη βασιλεὺς ἔμελλεν, ἔδεισαν μὲν ὡς τὸ εἰκός, μή ποτε Ῥωμαίων δυνάμεις ἔνδον εἰσφρήσασαι ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἐξελαύνειν πειράσονται, οὐκ ἔχοντες δ' ὅπως τὴν βασιλέως ἀποτρέψωσιν ὁρμήν, σκήψεις οὐχ ὑγιεῖς τινας ἀναπλάσαντες προσῆγον αὐτῷ. αἱ δὲ ἦσαν, ὡς ἄρα τῶν τινες παρ' αὐτοῖς τολμητίαι σύνθοιντο, ἐπειδὰν βασιλεὺς ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσέλθοι ἄνοπλος δὴ πάντως (οὐ*

20. *πειράσονται*] Ita Tollius. Cod. *πειράσεται.*

tum propter patriarcham, qui in posterum Byzantio Antiochiam mittendus erat, venissentque iis de rebus imperatorem supplicaturi, Balduinus quoque eadem rogabat principem, et non difficilem exoratu videns, concidere ad illius genua legatos iussit. is vero animo revolvens, utra res maiori esset honori Romanis: ut minorem manum ad militiam conferrent, statim annuit: crebro enim quod supra vires exigitur, vix impletur: cum quantaecumque praeterea adductae copiae ad servitutis argumentum plus satis sufficiant. pontificem autem aliunde quam Byzantio assumi, negavit se permissurum. id illi libenter accipientes, in civitatem redierunt.

21. Eum finem habuere res cum Renaldo gestae. interea imperator in Torosum pergere instituit: sed ille primo loca deserta, et montes Tauricos pervagatus; tandem Balduino etiam pro eo apud imperatorem intercedente, venit et ipse in Romanorum castra, supplicis miserandique viri habitu. admisso itaque Toroso ab imperatore et inter Romani imperii clientes adscripto, bellum solutum est. sed enim Antiocheni, ubi imperatorem in civitatem suam adventare perceperunt, veriti, ut par erat, ne si intromitterentur Romanorum copiae, ab iis expellerentur; anxii vero qua ratione imperatorem averterent a proposito, hosce minime sanos commenti praetextus ad illum detulere: quosdam videlicet esse ex suis audaculos, qui imperatorem, cum in

γὰρ ἐπέοικεν ἄλλως), ἐπιβουλῇ τινι κατ' αὐτοῦ χρήσασθαι.
ἀλλὰ βασιλεὺς τὸν δόλον ξυνιδὼν οὐκ ἔφη χώραν ἕξειν τὸ πλα- B
στευόμενον, καὶ κατέλεγεν ὑπολαβὼν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὅπως ἀδύ-
νατά ἐστι ταῦτα, διά τε ἄλλα καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ τὸν μὲν ῥῆγα
πολλῷ ἄποθεν τοῦ βασιλείου ἀνόπλιστον μέλλειν πορεύεσθαι σώ-
ματος, Ῥενάλδον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους περὶ τὰ φάλαρα τοῦ ἵππου
καὶ τοὺς τῆς ἐφεστρίδος πονεῖσθαι ἱμάντας, πεζῇ τε χωροῦντας
καὶ ὅπλου ἄνευ παντός. αὐτόν γε μὴν τὸν βασιλέα πολύν τινα
πελεκηφόρων βαρβάρων ὅμιλον περιέπειν, ὥσπερ ἔθος ἐστί. τοὺς
μὲν δὴ λόγους τούτους οὕτως ἀπεδοκίμαζεν, εἰς δὲ τὴν πόλιν
εἰσελαύνειν μέλλων διττοὺς περιέθετο θώρακας, ἀκαμάτῳ σώμα-
τος ἰσχύϊ πρὸς τοῦτο ἐναγόμενος. ὁ δὲ καὶ κάνδυν πρὸς τούτοις C
κατάλιθόν τινα περιέκειτο, ἄχθος τῶν ἔνδον οὐκ ἔλαττον, καὶ
στέφος καὶ τἄλλα τῷ βασιλεῖ ἐξ ἔθους. ὃ δὲ θαυμάζειν ἔχω,
τοῦ θριάμβου τρόπον ὃν ἐν Βυζαντίῳ τελεῖσθαι εἴωθε τελεσθέν-
τος ἤδη, ἐς τὸν Πέτρου τοῦ ἀποστόλου καταντήσας νεὼν κοῦφά
τε ἀπέβη τοῦ ἵππου καὶ αὖθις ἐπιβαίνειν μέλλων σὺν ἅλματι
ἀνέθορεν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ψιλῶν τις καὶ ἀνόπλων. ὅτε δὴ ὁ V 85
τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς ὑπήντα τούτῳ τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχόμενος
στολὴν σὺν τῶν ἱεροπόλων τῷ τέλει παντί. ἐχειρίζοντο δὲ τύ-
πους σταυρικούς, καὶ τὰ ἱερὰ προὔφερον λόγια, ὡς ἐκπεπλῆχθαι
τὸ ξένον ἅπαν καὶ ἔπηλυ, ὁρῶν πρὸς τούτοις Ῥενάλδον μὲν καὶ
τοὺς ἐπὶ δόξης Ἀντιοχέων ποσὶν ἀμφὶ τὸν βασίλειον παραθέον- D

urbem inermis omnino veniret (neque enim id futurum aliter putabant) factis insidiis opprimerent. sed ille dolum advertens, nequaquam locum habituram fraudem dixit: mox, converso ad circumstantes sermone, ea fieri non posse respondit, tum propter alia, tum id maxime quod rex quidem procul ab imperatoris corpore inermis incederet, Renaldus autem et alii circa equi phaleras et ephippii lora occupati, pedibus irent sine ullis armis: imperatorem denique magna, uti moris est, barbarorum bipenniferorum turba circumstaret. ita hosce sermones respuit. urbem autem ingressurus duplicem induit loricam, indefesso corporis robore ad hoc commotus. vestem praeterea quamdam lapillis distinctam superinduit, interioribus pondere haud cedentem. diademate denique, aliisque imperatoriis ornamentis pro more, redimitus est. quod vero mirari subit, peracto istic eodem modo, quo Byzantii solebat, triumpho, cum ad Petri apostoli pervenisset templum, alacriter equo desiliit, rursumque illum inscensurus saltu resiliit in eumdem, quod vel leviter armatorum aut inermium vix aliquis potuisset. tum illi occurrit civitatis pontifex stolam sacerdotalem indutus cum omni clericorum ordine. tenebant ii prae manibus cruces, praeferebantque sacra evangelia: ita ut stupore quodam percellerentur peregrini et advenae, cum ad haec Renaldum, nobilesque Antiochenos, pedibus equum imperatorium circumstan-

τας ἵππον, Βαλδουῖνον δὲ ἄνδρα στεφηφοροῦντα μακρὰν ἄποθεν ἔφιππον μὲν παντάπασι δὲ ἀσήμαντον πορευόμενον. ὁ μὲν δὴ θρίαμβος ἐπὶ τούτοις τετέλεστο, βασιλεὺς δὲ ἐπὶ ὀκτὼ τῇ πόλει παραμείνας ἡλίους ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε. τοσαύτην γε μὴν δουλοπρέπειαν Ἀντιοχεῖς εἰς αὐτὸν ἐπεδείξαντο, ὥστε αὐτοῦ τοῖς Ῥενάλδου ἐνδιατρίβοντος δόμοις οὐδεὶς οὐδεμίαν τῶν ἀμφιβαλλόντων παρὰ τοῖς ὁμογενέσιν ἐδικάσατο δίκην ὅτι μὴ παρὰ Ῥωμαίοις.

P 109 21. Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ Νουραδὶν ἰέναι συνεσκευάζετο. ἀλλ' ἐκεῖνος τὴν ἔφοδον γνοὺς τὸν Σαγγέλη τε ἔλυσεν υἱέα ἄνδρα Ἰταλὸν καὶ τὸν τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ ἐφεστῶτα ἱππεῦσιν, ὃν τέμπλου μαΐστορα Λατῖνοι ὀνομάζουσιν, ἐπισημοτάτους ἄμφω, πρὸς δὲ καὶ τῶν εὖ γεγονότων πολλούς. τοῦ γε μὴν ἀγελαίου καὶ σύγκλυδος ὄχλου εἰς ἑξακισχιλίους μάλιστα, οἳ ἐκ τῆς Ἀλαμανῶν καὶ Γερμανῶν ἐτύγχανον ἐζωγρημένοι τούτῳ στρατιᾶς, ὁπηνίκα ἐκεῖνοι ἐπὶ Ἀσίαν ἐστράτευον. ταῦτα Νουραδὶν ἐποίει, πρὸς δὲ καὶ συνδιαφέρειν βασιλεῖ τὰς ἐν Ἀσίᾳ διω-
expressisset. a collo usque ad pectus eximius et magnitudine et colore lapis aureis catenulis dependebat, rosae instar rubicundus, forma autem malo perquam similis. ceterum de capitis ornamentis supervacuum arbitror dicere. ab utraque vero sellae parte stabat senatus, uti moris est, unoquoque pro generis et dignitatis ratione locum obtinente. eiusmodi quidem apparatus erat imperatoris. Clitziesthlan vero cum ad medios ordines usque pervenisset, totus est in stuporem versus. principe illum ut sederet rogante, primo quidem pertinacius renuit. inde ubi magis instare vidit imperatorem, sedit tandem humili et minimum elevata sede. sermone deinde ultro citroque habito, ad paratum sibi in palatio hospitium concessit. imperator rerum prosperarum magnitudine elatus, triumphum ab ipsa acropoli usque ad celeberrimum divinae Sapientiae templum apparaverat, quo una cum Sultano procederet. sed quod intenderat non confecit. Lucas enim, qui tunc temporis rebus ecclesiasticis praeerat, huic consilio obstitit, non decere inquiens inter divinam supellectilem et sacra ornamenta impium hominem transire. alius praeterea casus rem impediit. quippe profunda iam nocte validior quaedam agitatio totam repente terram concussit. unde Byzantini Lucae monita vera esse rati, deo haud placere eiusmodi consilium aiebant. solent enim homines ut plurimum attendere praesentia ulteriusque nihil inquirere.

τέρω μηδέν. τὸ δὲ τοῦ πράγματος τέλος τὴν τοῦ συνενεχθέντος ἐναργῶς παρεστήσατο δήλωσιν. καὶ Κλιτζιεσθλὰν γὰρ μετὰ πολλοὺς ἐπιγενομένους χρόνους τῶν εἰς βασιλέα συνθηκῶν ἀλογήσας πανστρατὶ Ῥωμαίους κατὰ Περσῶν ἐλθεῖν παρεσκεύασε. τύχῃ τέ C τινι δυσχωρίαις ἐμπεσὸν τὸ στρατιωτικὸν τῶν ἐπὶ δόξης τε ἀποβεβλήκει πολλοὺς καὶ μεγάλου ἐγγὺς ἦλθε κακοῦ, εἰ μὴ βασιλεὺς ἐνταῦθα ἀνθρωπίνης ὅρον ἀρετῆς τὰ πολέμια παρελθὼν ὤφθη. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὥσπερ καὶ ἤδη ἔφην, εἰσέπειτά μοι λελέξεται; ὁ δὲ βασιλεὺς ἐς τὰ κατὰ νότον τῆς πόλεως ἀνάκτορα καταχθεὶς μεγαλοπρεπέσι τε ἐδεξιοῦτο δείπνοις αὐτὸν καὶ διὰ φιλοφροσύνης ἦγεν ἁπάσης. εἶτα καὶ ἵππων αὐτὸν ἔθελξεν ἁμίλλαις, ὑγρῷ τε πυρὶ κατὰ τὸ ἔθος λέμβους τινὰς ἐνεπίμπρα καὶ ἀκάτους, καὶ ὅλως τῶν τῆς ἱπποδρομίας ἐγέμιζε τὸν ἄνδρα θεαμάτων, ἐξ ὧν μάλιστα μεγέθη πόλεων φιλεῖ δείκνυσθαι. ὁ δὲ ἐφ᾽ ἱκανὸν ἐν Βυζαντίῳ D διατρίψας τὰ προλαβόντα τε δευτέροις ὅρκοις πιστωσάμενος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἦλθεν. εἶχε δὲ τὰ τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ ὧδε· ἐχθρὰ μὲν διὰ βίου φρονήσειν οἷς τὸ πρὸς βασιλέα τρέφοιτο ἔχθος, φίλια δ᾽ αὖ τοῖς τοὐναντίον εὔνοις αὐτῷ καθεστῶσι. πόλεών τε ὧν ἂν αὐτὸς περιγένοιτο τὰς μείζους καὶ ἀξιολογωτέρας βασιλεῖ διδόναι. ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ οὐδαμῇ τῶν ἐχθρῶν τινι σπείσασθαι ὅτι μὴ βασιλέως κελεύοντος. δεῆσάν τε Ῥωμαίοις συμμαχήσειν, πανστρατὶ ἀπαντᾶν κἂν ἑῷος κἂν ἑσπέριος ὁ πόλεμος εἴη. οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς ὅσοι ὑπὸ τὴν αὐτοῦ μὲν κεῖνται παλάμην, κλέμμασι δὲ P 121

19. ἀξιολογωτέρας] Cod. ἀξιολογωτέρους.

quid autem illud portenderit, perspicue ostendit rei exitus. quippe Clitziesthlan multo post tempore ruptis quae cum principe sancita fuerant pactis, Romanos cum omnibus viribus in Persas convertit. ubi cum forte in loca difficilia eorum exercitus incidisset, plurimos dignitate illustres viros amisit, et in maius venisset discrimen, nisi imperator humanae illic audaciae modum excessisse visus esset. sed haec, uti iam diximus, deinceps a nobis commemorabuntur. princeps vero in ea palatia, quae ad australem urbis partem sunt, concedens, magnificis illum epulis, et omni benevolentiae genere excepit: inde et equestribus certaminibus oblectavit, scaphasque et acatia ex more liquido igne incendit, ludorum denique circensium spectaculis, ex quibus maxime civitatum amplitudo et magnificentia deprehendi solet, ad satietatem recreavit. is igitur cum diu satis Byzantii egisset, et priora pacta altero etiam firmasset iureiurando, domum reversus est. eae porro fuere foederis conditiones: eorum qui imperatoris hostes essent, quamdiu viveret, hostem futurum, amicum contra eorum, qui illius amici forent: urbium, quas ipse caperet, maiores ac praecipuas imperatori traditurum; foedus cum quolibet hoste, principe inconsulto, non facturum: ad Romanos, cum id necessitas postularet, cum omnibus accessurum viribus, seu in Oriente

διαζῆν ἐπίστανται, οὓς δὴ Τουρκομάνους ἔθος καλεῖν ἐστιν, ἀτιμωρήτους ἐᾶν ὁποιονοῦν τι ἐς Ῥωμαίων ἡμαρτηκότας τὴν γῆν. ταῦτά τε αὐτὸς ὡμολόγηκε καὶ μεγιστάνων ὅσοι αὐτῷ εἵποντο, κἂν ἐκεῖνος αὐτῶν ἀμελοίη, τοὺς δὲ σθένει παντὶ κωλύειν τὴν ἐγχείρησιν. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ ἐτελεῖτο, ἡ δὲ φήμη φθάνει ἐξ Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβᾶσα. τοίνυν καὶ οὐ πρὸς καλὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι οἱ τῇδε νομίσαντες φύλαρχοι εἰ βασιλεὺς τὸν σουλτὰν εἰσπεποίηται, πρέσβεις πέμψαντες ἐδέοντο ὡς καὶ αὐτοὺς τῷ σουλτὰν διαλλάξαι· ὁ δὲ ἤκουσε μὲν αὐτῶν οὐκ ἀηδῶς, ἐς δὲ τὴν
B τοῦ σουλτὰν δῆθεν τὸ πᾶν ἀνατιθεὶς αἵρεσιν ἐπ' ἐκεῖνον αὐτοὺς ἔπεμπεν ἐν παλατίῳ, καθάπερ εἴρηται, διατριβὴν ἔχοντα. οἳ καὶ ἐπειδὴ τάχιστα πρὸς λόγους ἐκείνῳ κατέστησαν, διαλύσασθαί τε σφίσι τὴν ἔχθραν ἴσχυσαν καὶ ἱκέτην ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖ γε-
V 95 νέσθαι ἀνέπεισαν. ὁ δὲ ἱκετεύοντα προσηκάμενος ἐν φίλων μοίρᾳ καὶ αὐτοὺς ἐποιήσατο, εἰρήνῃ τε τοῦ λοιποῦ σταθηρᾷ τὴν Ῥωμαίων εἶχεν ἀρχήν.

4. Ἐπεὶ δὲ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη τὸν βίον ἤδη μετήλλασσε, βασιλεὺς δὲ οὔπω ἄρρενος τότε πατὴρ παιδὸς ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ δευτέρους λοιπὸν ἔβλεψε γάμους. καὶ ἦν γάρ τις κόρη τῶν κατὰ τὴν ἐν Φοινίκῃ Τρίπολιν, Λατῖνα μὲν γένος περικαλλὴς δὲ ἐν
C ταῖς μάλιστα. ταύτην ἐκεῖθεν ἄξοντας Ἰωάννην τε σεβαστὸν τὸν Κοντοστέφανον ἔπεμψε καὶ Θεοφύλακτον ἄνδρα Ἰταλόν, ὃν Ἐξού-

3. ὡμολόγηκε] Cod. ὁμωλόγηκε.

seu in Occidente bellum foret. neque etiam Turcomannos, quos vocant, rapto vivere assuetos, quotquot sub illius essent potestate, impunitos relicturum, in quacumque demum imperii parte deliquissent. haec ille pactus est, et qui eum comitabantur magnates, si ab eiusmodi conditionibus recederet, pro viribus illius se conatus impedituros sunt polliciti. his Byzantii transactis, ubi earum rerum fama ex Europa in Asiam pervenit, phylarchi, qui hasce regiones incolunt, haud sibi bene cessurum rati, si in suas partes Sultanum adduxisset imperator, per legatos illum rogavere, ut et Sultanum perinde sibi reconciliaret. horum ille legationem haud illibenter audivit: sed velut rem omnem Sultani relinquens arbitrio, ipsos ad eum misit, in palatio, quemadmodum dictum est, tunc agentem. illi autem simul atque cum eo sunt congressi, tandem ut quae inter ipsos intercedebant simultates deponeret, et apud principem pro se intercederet, persuaserunt: cuius ille admissis precibus, et ipsos in numerum amicorum adscivit. atque inde in posterum firmam pacem Romanum imperium adeptum est.

4. Postquam imperatrix Irene vita excessit, princeps, cui nulli adhuc erant masculi liberi, de secundis nuptiis coepit cogitare. erat autem puella Tripoli in Phoenicia, gente quidem Latina, forma ceteroquin eximia et eleganti. eo qui inde illam abducerent misit Ioannem Contostephanum sebastum et Theophylactum virum Italum, quem Exubitum appellabant. ut igi-

βιτον ἐπεκάλουν. εἶδόν τε οὖν τὴν κόρην οἱ ἄνδρες καὶ ἀγασάμενοι τοῦ κάλλους, ἐπειδὴ μηδὲν ὁθενδήποτε ὑπεφαίνετο τέως ἐμποδών, μηδὲν ὑπερθέμενοι ἐς τὴν τριήρη ἐμβιβάζουσιν. ἄρτι δὲ ἐκεῖθεν ἀφήσειν μελλόντων, νόσοι βαρεῖαι τῇ κόρῃ ἐνέσκηπτον, καὶ ἦν ἐν κακοῖς. ὅθεν καὶ ἀεὶ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἀναβαλλόμενοι τὸν ἀπόπλουν εἰκῇ τὸν καιρὸν διῆγον. κἂν γὰρ ἐπ' ὀλίγον ἀνεθείη τῶν ὀδυνῶν προσδοκήσιμός τε ἀποπλεῖν γένοιτο, ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ προνοίας τινὸς ὀπισθόρμητον τὸ δεινὸν ἐπ' αὐτὴν ἤρχετο, καὶ κατακλιθεῖσα ἔφριττε τὸ σῶμα καὶ ἐκλονεῖτο ἐξαίσια, πυρε- D
τοί τε αὐτὴν μετεδέχοντο, καὶ ὑπωπιασμὸς ἤδη καὶ τηκεδὼν ἐπηκολούθει. καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἄνθος χαρίεν τι μαρμαῖρον τὰ πρότερα ἠλλοιοῦτο κατὰ βραχὺ καὶ ἐστυγνοῦτο. ἰδὼν ἄν τις δακρύων ἐπλήσθη τηλικούτου λειμῶνος ἔξωρα φθίνοντος. οὕτω μὲν ἡ κόρη κακῶς εἶχεν ἐπ' οἴκου διατρίβουσα· εἰ δέ ποτε καὶ τὴν ναῦν ἀναβαίη καὶ ὀλίγῳ Τριπόλεως ἀναθείη, ἐνταῦθα διπλοῦς ἐπωρύετο κλύδων. καὶ τὸ μὲν σκάφος εἶχεν ἡ Τρίπολις αὖθις, τὰς δὲ νόσους ἐκείνη οὐ πολλῷ ταύτης ἀπολειφθείσας ἐδέχετο μείζους. P 122
τοῦτο πολλάκις ἐπιγεγονὸς εἰς ἀπεράντους τὸν Κοντοστέφανον ἦγεν ἐννοίας. τοίνυν καὶ ἀσχάλλων ὡς τὸ εἰκὸς ἄλλοτε ἄλλους ἀναπολῶν λογισμοὺς τέλος ἐπί τινα τῶν ἐνταῦθα νεῶν παρελθὼν ἐπυνθάνετο εἰ βασιλεῖ τὴν παῖδα κατεγγυηθῆναι χρεών. ἀνεῖλε δέ οἱ τὸ ἱερὸν πυθεῖον " ὁ μὲν γάμος ἕτοιμος, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν

14. ναῦν] Ita Tollius. Cod. ναῦ. cfr. p. 99, 14. 15. ἀναθείη] Fort. ἀναχθείη. 22. ὁ μὲν γάμος] Matthae. 22, 8.

tur virginem conspexere legati, statim iis forma arrisit: cumque obstare nihil videretur, nulla mora eam in triremem immisere. verum cum inde essent excessuri, gravioribus morbis correpta virgo male habuit. unde dilata in dies abitione, frustra ibi consumebant tempus. quippe si paululum a doloribus vacaret, atque adeo ad iter capessendum videretur idonea, statim, nescio quo fato, illam rursum invadebat morbus, ita ut lecto decumbens toto corpore fremeret, graviterque convelleretur. ad haec sequebatur febris, et livor et tabes: vultusque nitor, qui antea gratiis coruscabat, immutabatur sensim et obscurabatur. eam intuenti oboriebantur lacrymae, tam praeclaro pulchritudinis flore intempestive pereunte. his puella malis domi afficiebatur. si vero aliquando navem ingrederetur, paululumque abduceretur a Tripoli, tum vero duplo maior infremebat morbi fluctus, navemque iterum in urbem redire necesse erat, ac illa morbi ad breve tempus intermissi acriore impetu corripiebatur. id cum crebrius eveniret, Contostephanum in ambiguas incertasque cogitationes coniecit. ea igitur propter animo incertus dubiusque quo demum inclinaret, tandem in quoddam ibi templum accedens, sciscitatus est, an ducturus esset virginem hanc princeps, idque fatis decretum esset: hoc vero ei retulit sacrum oraculum "nuptiae quidem paratae,

ἄξιοι εἰσελθεῖν." τούτων ἐκεῖνος ἀκούσας συνείς τε τοῦ χρησμοῦ, ἐπειδὴ καὶ φήμη τις ἤδη περιέθραυσε τούτους ὥς εἴη γάμων οὐκ ἐκ νομίμων ἡ κόρη φυεῖσα, πρᾶγμα εἰς αἰσχύνην διαρκὲς μάλιστα, ἀπέσχετο ἤδη τῆς ἐγχειρήσεως ἄρας τε ἐγγύθεν ἐπὶ B Βυζάντιον ἦλθεν. ἦσαν δὲ Ῥαϊμούνδῳ τῷ Ἀντιοχείας πρίγκιπι θυγατέρες κάλλει κατ' ἐκεῖνον διενεγκοῦσαι τὸν χρόνον. ταύτας ὀψόμενον Βασίλειόν τινα ἐπίκλησιν Καματηρὸν ἀκόλουθον ὄντα τῷ τηνικάδε βασιλεὺς ἔπεμψεν. ὁ δὲ ἐπειδὴ τάχιστα πρὸς Ἀντιοχείᾳ ἐγένετο, καλὰς μὲν εἶδε καὶ ἄμφω, καλλίων δέ οἱ ἡ Μαρία εἶναι κατεφάνη. καὶ ἔτυχέ γε τῆς ἀκριβείας ἡ τοῦ πρεσβευτοῦ ἐκείνου βάσανος. τηλίκον γὰρ κάλλος οὔπω, Βυζάντιοι ἔλεγον, ὃ καθ' ἡμᾶς ἐγνώρισεν αἰών. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· τότε δὲ ἐπειδήπερ ἐπὶ τὴν Μαρίαν ὁ γνώμων εἶδε, πυθόμενος βασιλεὺς ἄνδρας τῶν ἐπὶ δόξης ἐπ' Ἀντιοχείας ἔπεμψε τὴν κόρην αὐτῷ C κατεγγυήσοντας, Ἀλέξιον δὴ τὸν βασιλέως Ἀλεξίου θυγατριδοῦν, ὃς καὶ μέγας τῷ τότε δοὺξ ἐτύγχανεν ὤν, καὶ Νικηφόρον τὸν ἐκ Βρυεννίων, γαμβρὸν μὲν ἐπ' ἀδελφιδῇ βασιλεῖ γεγονότα, σεβαστὸν δὲ ἤδη γεγενημένον. ἐν οἷς καὶ Ἀνδρόνικος ἦν ὁ Καματηρὸς ὃς τὴν ἔπαρχον τότε διεῖπεν ἀρχήν, ἀνὴρ σεβαστότητι μὲν ἀξιωθεὶς V 96 ξυγγενὴς δὲ βασιλεῖ καὶ αὐτὸς ὤν. οἱ δὲ καὶ εἶδον καὶ θαυμάσαντες ἐνέθεσάν τε τῇ τριήρει καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐς Βυζάντιον ἐκόμισαν. πέμπτην τοίνυν καὶ εἰκοστὴν μηνὸς ἄγοντος Ἀπελλαίου, ὃν Δεκέμ-

10. πρεσβευτοῦ] Cod. πρεσβύτου. 14. κατεγγυήσοντας] Cod. κατανοήσοντας. correxit Duc.

invitati vero non sunt digni intrare." quibus auditis, intellectoque oraculo, cum ad haec nescio quis rumor percrebuisset, virginem haud legitimis esse prognatam nuptiis, rem maxime pudendam arbitratus, destitit ab incepto, indeque Byzantium reversus est. erant autem Raimundo Antiochiae principi filiae tunc temporis forma praecellentes. has ut spectaret, Basilium quemdam, cognomento Camaterum, qui tum acoluthi dignitate fungebatur, misit imperator. ille ut confestim Antiochiam venit, ambas quidem pulchritudine eximia praestantes vidit: potior tamen visa est illi Maria, quo quidem in delectu haud a vero aberrabat legatus ille. "nullam quippe" aiebant Byzantini "tam insignis formae mulierem nostra vidit aetas." sed de his postea. cum igitur quae inspector ille retulerat, accepisset princeps, viros dignitate illustres Antiochiam misit, qui virginem sibi desponsarent, Alexium nempe imperatoris Alexii ex Anna filia nepotem, qui tum magnus dux erat, et Nicephorum ex Bryenniorum familia, qui ex fratre vel sorore Manuëlis neptim uxorem duxerat, sebasti dignitate tum insignitum. cum iis etiam erat Andronicus Camaterus, qui praefecti urbis ea tempestate munus obibat, vir sebasti perinde dignitate auctus et imperatoris consanguineus. illi et eam viderunt et admirati sunt, ac triremi impositam magnifico apparatu Byzantium adduxerunt. quinto igitur et vicesimo mensis Apellaei, quem Decem-

βριον ῥωμαΐζοντες ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, εἰς τὸν περιώνυμον τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας οἶκον λαμπρῶς καταχθείς, ἐνταῦθα ταύτην D ἁρμόζεται, Λουκᾶ τοῦ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίαν τηνικαῦτα λαχόντος, Σωφρονίου Ἀλεξανδρείας καὶ τοῦ Θεουπόλεως Ἀθανασίου, ᾗ Χριστιανοῖς ἔθος ἐστὶ τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπιθέντων, Αὐγούσταν τε αὐτὴν ἀνειπὼν ἐς τὰ βασίλεια παλινδρομεῖ· μεγαλοπρεπέσι τε δείπνοις τοὺς ἐν τέλει εἱστία καὶ δημοθοινίας ἁπανταχῆ τῶν τῆς πόλεως ἐκάθιζε στενωπῶν· τῇ ἑξῆς δὲ συνδειπνήσοντας αὐτῷ τοὺς πατριάρχας ἦγεν, ἀφθόνῳ τε χρυσίῳ δεξιωσάμενος ἕκαστον ἀπέλυε. πρὸ πάντων γε μὴν χρυσίου κεν- P 123 τεναρίῳ τὴν ἐκκλησίαν ἐδωρήσατο. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ἁμίλλαις ἵππων διῆγε τὸν δῆμον καὶ τῶν εἰς εὐφροσύνην ἀγόντων οὐδενὸς καταμελεῖν ἤθελεν.

5. Ἐν Βυζαντίῳ μὲν ταῦτα ἐπράσσετο. Στέφανος δὲ τοῦ Βλαδισθλάβου τετελευτηκότος τῆς ἀρχῆς ἤδη ἐγκρατὴς γεγονὼς βαρὺς ἐδόκει τοῖς ἀρχομένοις καὶ λίαν ἐπαχθὴς ἦν. ὅθεν καὶ ἐλοιδοροῦντο αὐτῷ Οὖννοι τὰ πολλὰ καὶ ἔνδηλοι ἦσαν ὡς αὐτίκα τῆς ἡγεμονίας αὐτὸν κατασπάσοντες. ἐφ᾽ οἷς ὁ Στέφανος ἐκταραχθεὶς βασιλέως καὶ πάλιν ἐδεῖτο. ἄρας τοίνυν ἰσημερούσης ἤδη τῆς ὥρας ἐπὶ τὴν πόλιν ἐφέρετο Φιλίππου, καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα σὺν τῷ πλείονι τοῦ Ῥωμαίων ἔμεινε στρατοῦ, μοῖραν δέ τινα τοῦ στρατεύματος τῷ ἀδελφιδῷ πιστεύσας Ἀλεξίῳ τῷ Κοντοστε- B φάνου παιδὶ ἐπὶ Οὐννικὴν ἔπεμψεν. ἐν τούτῳ δὲ Στέφανος

6. *Αὐγούσταν*] Ita Cod. per siglum. Tollius *αὐτῷ*.

brem qui Latine loquuntur vocant, in celeberrimum divinae Sapientiae templum splendide deductus imperator, illam sibi matrimonio iungit, Luca Constantinopolitanae, Sophronio Alexandrinae, et Athanasio Theopolitanae ecclesiae patriarchis, ut Christianis mos est, manus ipsis imponentibus. cumque eam Augustam ibi renuntiasset, in palatia rursum revertitur, magnificisque conviviis proceres excipit, et ubique per singulos urbis angiportus epulas populo praebet. postridie demum epulaturos secum adduxit patriarchas, et unumquemque multo donatum auro dimisit. praesertim vero auri centenarium ecclesiae concessit. nec multo post equestribus certaminibus populum oblectavit, nihilque, quod ad delectationem conferret, voluit praetermittere.

5. Haec quidem Byzantii acta. Stephanus autem defuncto Vladislao principatum iam adeptus, gravis molestusque adeo subiectis esse coepit, ut passim illum probris insectarentur Hungari et regno viderentur statim depulsuri: quibus Stephanus conterritus opem rursum principis imploravit. motis igitur circa aequinoctium castris, Philippopolim venit imperator, ibique cum maiori exercitus Romani parte manens Alexium Contostephani filium ex sorore nepotem cum ceteris copiis in Hungariam misit. sed enim Stephanus

Οὔννοις ἤδη διαλλαγῆναι νομίσας οὐκέτι τούτου ἔχρῃζεν, ὅθεν καὶ οἴκοι λοιπὸν ὁ Ῥωμαίων ἀνεζεύγνυ στρατός. ἀλλὰ μεταξὺ Οὖννοι αὖθις Στεφάνῳ ἐπισυστάντες ἄλλα τε πολλὰ εἰς αὐτὸν ἀπερρίπτουν καὶ δὴ καὶ ὑπ' αὐτῷ τὰ Οὔννων ἀνατετράφθαι ἰσχυρίζοντο πράγματα. διὰ ταῦτα βασιλεὺς μὲν στράτευμα καὶ πάλιν ἤθροιζε, Στέφανος δὲ τὸν κίνδυνον διευλαβηθεὶς τὸ μὲν πρῶτον φυγὰς ἐπί τινα τῶν ἐγγυτάτω Ἴστρου πόλεων ἦλθεν, αἳ βασιλέως ἀνέκαθεν κατήκοοι τυγχάνουσιν οὖσαι, ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ Σαρδικὴν μεταβὰς ἐνταῦθα βασιλεῖ συνεγένετο. ὁ δὲ σφόδρα περιαλγήσας C τοῖς ξυμπεσοῦσι τῆς τύχης τε τὸν ἄνθρωπον οἰκτισάμενος χρήμασί τε ἐδωρήσατο καὶ δυνάμεσιν ἀποχρώσαις ἐπὶ τὴν πατρῴαν αὖθις κατῆγεν ἀρχήν. ἦρχε δὲ τῶν δυνάμεων τούτων Ἀλέξιος οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, ὁ Κοντοστέφανος, βασιλεὺς δὲ κατόπιν ὀλίγῳ ἐχώρει. ἐπειδή τε ἐν Ναΐσῳ πόλει ἐγένετο, ἔννοιά τις αὐτῷ ἐπῆλθεν ἐνταῦθα στρατοπεδευσαμένῳ καὶ τῶν ἀμφὶ τῇ Σερβικῇ ἐν παρέργῳ ἐπιμεληθῆναι πραγμάτων. ἄγει γάρ πως ἐφ' ἑκατέρας Παιονικήν τε καὶ Σερβικὴν, ὁ χῶρος οὗτος, καὶ ἔστιν ἀμφοτέραις ἐντεῦθεν δέον ἐνιέναι. Δεσὲ γὰρ ὃς βασιλέως δόντος τῆς Σερβικῆς ἦρχε τῷ τότε, ἐπειδὴ τῆς χώρας ἐγκρατὴς ἤδη ἐγένετο, τῶν συνθηκῶν ἀλογήσας Δένδρας τε χώρας εἰσαῦθις μετεποιεῖτο D καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀφηνιάζων ἀρχῆς ἔς τε Ἀλαμανοὺς ἔπεμψε, κῆδος ἐντεῦθεν ἑαυτῷ συνάψαι διανοηθείς, καὶ πᾶν ὃ μὴ κατὰ γνώμην Ῥωμαίοις ἦν τρόπῳ παντὶ ἔπρασσε· τότε δὴ καὶ βασιλέως αὐτὸν μεταστελλομένου ἐφ' ᾧ κατὰ Παιόνων αὐτῷ συστρατεύσει,

interea reconciliatum se iam cum Hungaris ratus, eius operam non adhibuit: quapropter domum rediit Romanus exercitus. verum mox in Stephanum rursum insurgentes Hungari, tum alia ei multa, tum et sub illo perditas esse Hungarorum res exprobrarunt. Stephanus autem discrimen veritus, fugit primum, et in quamdam e vicinis Istro civitatibus, quae iampridem imperatori obnoxiae fuerant, venit: inde in Sardicam transiens, ibi cum imperatore congressus est. ille eo casu admodum perculsus et hominis vicem miseratus, pecuniis eum et idoneis viribus donat ad recuperandum paternum regnum. iis praefuit copiis Alexius Contostephanus, cuius modo meminimus: imperator autem a tergo paululum subsequebatur. ubi ad Naisum urbem pervenit, animum subiit cogitatio, interim dum illic castra haberet, res etiam Servicas expediendi. in utramque enim regionem Pannoniam et Serviam ducit locus iste, indeque cum oportuerit, utramque ingredi licet ac incessere. Dese enim, qui imperatoris beneficio Serviae tum imperitabat, postquam principatum obtinuit, posthabitis pactis, Dendram regionem denuo occupaverat, spretoque Romanorum imperio legationem miserat ad Alemannos, ut inde sibi uxorem accerseret, et quidquid Romanis displiceret, omnino faciebat. etiam tum cum a principe evocaretur, ut adversus Hungaros bellum gerenti sibi adesset, difficilis ac pervicax videbatur, magnarum

ὁ δὲ δύστροπός τις καὶ ἰσχυρογνώμων ἐφαίνετο ἐπὶ μακροτέραις τε ταῖς ἐλπίσιν ὠχεῖτο καὶ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν τὴν ἄφιξιν ὑπισχνεῖτο. V 97 ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς διὰ ταῦτα, ἐπειδὴ πρὸς τῇ Ναΐσῳ ἐγένετο, ἔνθα ταῖν ὁδοῖν ἀμφοτέραιν ἡ μὲν ἐπὶ τὴν Σερβικὴν ἄγει, θατέρα δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ γῆν τὴν Παιονικήν, ἐν μεταιχμίῳ τὴν στρατοπεδείαν ἐπήξατο, Δεσὲ δὲ τὸν ἐπικρεμάμενον ἤδη κίνδυνον αὐτῷ P 124 συνιδὼν τὸ περὶ αὐτὸν ἀναλαβὼν στράτευμα ἐς τὸ Ῥωμαίων ἀφικνεῖται στρατόπεδον. βασιλεὺς δὲ εὐμενῶς τε αὐτῷ προσηνέχθη καὶ τὰ εἰκότα τετίμηκεν. ἀλλ' ἔοικεν ἀκολάστου γλώσσης μηδὲν αἴσχιον εἶναι κακόν. Δεσὲ γάρ, ἐπειδὴ μηδὲν ἐξ ἀβουλίας αὐτῷ τῆς προτέρας ξυνενεχθὲν ἔγνω κακόν, ἐπῆρτό τε τὴν διάνοιαν καὶ μείζω κακουργήσειν ἢ πρότερον ἐς Ῥωμαίους διενοεῖτο· εἶχε δὲ ὅμως ἐν ἀπορρήτῳ τὸ σκέμμα. οὕτω φιλανθρωπίας ὑπόθεσις τοῖς τῶν ἀνθρώπων πονηροτάτοις ὕλη μειζόνων ἀδικημάτων ὡς τὰ πολλὰ γίνεσθαι εἴωθεν. ἧκον μὲν γὰρ ὀλίγῳ ὕστερον πρέσβεις ἐς βασιλέα παρὰ τοῦ Παιόνων ἔθνους· ὁ δὲ κατά τινα τύχην αὐ- B τοῖς συναντώμενος ὅπῃ τε τὰ κατ' αὐτὸν ἔχοι πρὸς αὐτῶν ἠρωτημένος, ὥσπερ ἔθος ἐστίν, ἀπαρακαλύπτως ἔφησεν ὡς καλῶς καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπαξίως τοῦ σφῶν ῥηγὸς εὐμενείας, κύριον αὐτὸν διαφανῶς ὀνομάσας. ταῦτα πυθόμενος βασιλεὺς οὐκέτι μέλλειν ἔγνω, καὶ τοίνυν ἐπὶ δίκην καλέσας αὐτόν, ἐπειδήπερ ἐκράτει, τῶν κατηγόρων αὐτῷ καὶ συνειδότων κατὰ πρόσωπον ἱσταμένων ἤδη καὶ θεατριζόντων τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ἀπιστίαν, τότε μὲν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ οὐ σὺν ἀτιμίᾳ τοῦτον ἔσχε· ταφρείᾳ γὰρ τὴν σκηνὴν αὐ-

rerum spem animo volvens et in diem prolato adventu. quamobrem imperator, ut ad Naisum accessit, ubi duarum viarum altera in Serviam ducit, altera ad Istrum et Hungariae fines, in medio castra posuit. Dese vero imminens sibi periculum advertens, acceptis quas tum habebat copiis, in Romanorum castra venit. eum imperator benevole exceptum quo decebat honore prosecutus est. sed proterva lingua nullum esse turpius malum videtur. siquidem Dese, ubi nihil sibi obvenisse incommodi ob priorem imprudentiam ac temeritatem agnovit, sustulit animos ac maiora quam antea damna Romanis inferre decrevit. consilium tamen eiusmodi silentio pressit. ita plerumque benevolentiae argumentum pessimis hominibus maiorum iniuriarum materia esse solet. venere quippe paulo post ex Hungarorum gente ad imperatorem legati, quibus ille forte fortuna obvius factus, rogatus est ab iis, uti moris est, quemadmodum res suae sese haberent: illis haud dissimulanter respondit, optime, et prout regis eorum erga se benevolentia mereretur: dominum illum palam nominans. his igitur cognitis imperator nequaquam cunctandum ratus, ipsum in ius vocat convictumque, accusatoribus et delictorum consciis in medium productis ac perfidiam ipsi coram obiicientibus, in custodia, sine dedecore tamen, eum habuit. vallo enim tabernaculum illius

τῷ περισχὼν κατὰ τὸν ἐν τοῖς χαρακώμασι νόμον ἐτήρει, ὡς ἀπ'
C ἐκείνου λοιπὸν Δεσὲ χάρακα τὸν τόπον ὀνομασθῆναι (οὕτω γὰρ τὴν ταφρείαν ἰδιωτίζοντες ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί)· ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐς Βυζάντιον πέμψας ἔμφρουρον ἐν παλατίῳ κατεστήσατο. ταῦτα μὲν τῇδε ἐγένετο, βασιλεὺς δὲ τοῖς ἐκ τῶν Παιόνων ἀφικομένοις χρηματίσας πρέσβεσιν, ἐπειδὴ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντας ἔγνω, ἐκέλευεν εὐθυωρὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπαλλαγέντας στρατοπέδου τὴν αὐτὴν αὖθις πορεύεσθαι. οἱ μὲν οὖν ἀπήεσαν, ὁ δὲ ἐπὶ Βελέγραδα πόλιν ἐλθὼν ἐνταῦθα ηὐλίσατο, ἣν καθάπερ εἴρηται Ζεύγμινον καθελὼν ὁ Ῥωμαίων ἐδείματο στρατός, συναιρομένους τῶν πόνων καὶ Οὔννων πολλοὺς ἔχοντες. παίγνιον δὴ
D τοῦτο τύχης τὰ ἀνθρώπεια διαχλευαζούσης ἀεὶ πράγματα· κἂν γὰρ ἐπεγγελάσῃ τις τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας δομήτορας, αὖθις οἰκιστὰς καθορῶν. ἐκ τούτων οἶμαι τὸ τύχης ὄνομα πολὺ παρὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐρρύη. τῶν γὰρ τῆς προνοίας ἔργων τοῖς λόγοις ἐφιστάνειν οὐκ ἔχοντες, ἐκ τοῦ σφίσιν εἶναι δοκοῦντος, τῇ τύχῃ τὰς τῶν πραγμάτων διδοῦσιν ἐκβάσεις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς πη φίλον ἑκάστῳ νομιζέσθω τε καὶ λεγέσθω, ὁ δὲ λόγος ἐχέσθω τῶν προτεθέντων. ἐπειδήπερ ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα ἐγένετο, γνοὺς ἀμήχανα εἶναι λοιπὸν Στέφανον γῆς ἄρξειν τῆς Οὔννων (ἤδη γὰρ Στέφανον
P 125 αὖθις τὸν Ἰατζᾶ κατεστήσαντο φέροντες) ἑτέραν ἐτράπετο. Οὐννικῆς γὰρ δυνάμει τῇ πάσῃ καθάπερ εἴρηται μεταποιεῖσθαι ἤθελεν ἐν μεταιχμίῳ τῶν ἑσπερίων κειμένης ἐθνῶν. Βελᾶν τοίνυν ὃς

cingens, secundum eam quae in castris viget legem observari iussit. ita ut ab illo deinceps Dese vallum locus iste fuerit nuncupatus. sic enim fossam vulgus ut plurimum vocat. eum autem paucos post dies Byzantium misit, et in palatio includi praecepit. haec quidem ibi acta. et princeps auditis Hungarorum qui advenerant legatis, ubi nihil eos sani adferre cognovit, castris excedere Romanis, et recta domum abire iussit. iis abeuntibus, ipse ad Belegrada urbem venit, ibique castra posuit. hanc, uti supra commemoravimus, diruto Zeugmino, Romanus exstruxerat exercitus, compluribus Hungaris in laboris partem adscitis. iocus hic est illius, quae in rebus humanis semper ludit, fortunae. certe enim priscos illos urbium conditores pridem exstinctos, quis irrideat, dum videt novos rursum suboriri. ex iis *τύχης* seu fortunae vocabulum ut plurimum apud homines defluxisse arbitror. cum enim rerum quae a divina providentia proficiscuntur, rationem percipere non possunt, dum praeter opinionem videntur accidere, earum exitus fortunae adscribunt. sed de his prout cuique libitum fuerit censeat, scribatve: nos autem ad institutum redeamus. cum igitur eo pervenisset imperator, fierique haud posse agnovisset, ut Stephanus Hungariae regnum adipisceretur (Stephanum quippe Geizae filium iterum restituerant Hungari) alio se convertit. Hungariam enim, uti dictum est, in medio Occidentalium nationum positam sibi comparare totis viribus satagebat. quapropter Belam,

μετὰ Στέφανον τῷ Ἰατζᾷ παῖς ἦν, Μαρίᾳ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνάψαι πρὸς γάμον διενοήθη. Γεώργιον μὲν οὖν ὃς ἑταιρείας τῷ τότε ἡγεῖτο τῆς βασιλικῆς, Παλαιολόγον μὲν γένος ἐς δὲ τὸν τῶν σεβαστῶν ἀναβεβηκότα ὄγκον, ἐπὶ Οὐννικὴν πέμψας δοκιμάζειν ἐκέλευε περὶ τοῦ κήδους· ὁ δὲ τὴν ἐς Βυζάντιον αὖθις ἐστείλατο. V 98 Οὖννοι δὲ τῷ Παλαιολόγῳ κοινολογησάμενοι Βελάν τε φέροντες ἔδοσαν αὐτῷ καὶ χώραν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ περιὼν ἀπεδάσατο, ἄσμενοι ἐκληροῦντο. ὁ τοίνυν Παλαιολόγος παραλαβὼν αὐτὸν B σὺν ὁμολογίαις αἷς εἴρηται ἐν Βυζαντίῳ παρεγένετο. καὶ τὸ ἐντεῦθεν τῶν ἐπὶ τῷ κήδει βασιλεὺς ἐφρόντιζεν, ὅ τε παῖς Ἀλέξιος ἤδη μετωνομάσθη καὶ δεσπότης ἀνεβοήθη.

6. Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ Βυζάντιον ἄφιξις τῷ Βελὰν ταύτην ἔσχεν ἀρχήν, βασιλεὺς δὲ τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἤδη καλῶς ἔχειν ὑπολαβὼν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν λοιπὸν ἔβλεψε, καὶ πρότερον μὲν τοῖς συμπεσοῦσιν εἰς τοῦτο κεκινημένος, πρὸς δὲ τῶν ἑσπερίων ἐκεῖθεν ἑλκόμενος πραγμάτων. Νουραδὶν γὰρ ὃς τῆς κατὰ Συρίαν ἦρχε Βερροίας καὶ Δαμασκοῦ, πόλεων ἄμφω περιφανῶν, τῆς τύχης εὐμενὲς ἐμβλεψάσης αὐτῷ, καὶ ἄλλων τε πόλεων ἦρξε πολλῶν αἳ C τῶν Εὐφράτου πίνουσι ναμάτων, καὶ χωρῶν οὔτι εὐκαταφρονήτων περιγέγονε συχνῶν, πολλοῖς τε τῶν τῇδε σατραπῶν εἰς χεῖρας ἐλθὼν οὓς μὲν δορυαλώτους ἔσχεν, ἐν οἷς καὶ Ἰατζουλῖνος ὁ Ἐδέσσης ἡγεμονεύων, οὓς δὲ καὶ πολέμῳ ἀπεκτονὼς ἔτυχε, Ῥαϊμοῦνδον δὴ τὸν ἐκ Πετούης, οὗπερ ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεμνή-

23. δὴ] Ita Duc. Cod. δέ.

qui post Stephanum Geizae filius erat, Mariae filiae suae matrimonio iungere constituit. Georgium igitur cohortis imperatoriae tunc temporis praefectum, gente Palaeologum atque sebasti auctum dignitate, in Hungariam misit, quo de hac ineunda affinitate sermones ingereret: ipse vero Byzantium rursum rediit. Hungari, colloquio cum Palaeologo habito, et Belam ipsi tradiderunt et regionem, quam superstes adhuc pater illi assignaverat, lubentes in haeredii sortem concesserunt. eo itaque accepto Palaeologus quibus dictum est conditionibus Byzantium reversus est. deinceps autem quae ad affinitatem istam conficiendam necessaria erant curavit imperator. atque puero inprimis, mutato nomine, Alexii nomen indidit, eumque despotae dignitate donavit.

6. Tale quidem Belae in urbem adventus initium habuit. rebus in Occidente rite compositis, ad Asiaticas animum admovit imperator, iis quae prius acciderant ad id permotus, sed ob res Occidentales inde avocatus. Nuradinus quippe, qui in Syria Berrhoeae et Damasco, praeclaris utrisque civitatibus, aliisque urbibus quam plurimis, quae circa Euphratem sitae sunt, ita illi arridente fortuna, imperabat, loca varia haud contemnenda expugnaverat, multosque ibi satrapas bello aggressus, alios quidem captivos tenebat, in quibus erat Iosselinus Edessae princeps: alios vero in praeliis ob-

σθημεν λόγοις, ἄνδρα ἰσχύϊ καὶ ῥώμῃ κατὰ τοὺς θρυλλουμένους ἐκείνους Ἡρακλεῖς, καὶ Βαλδουῖνον τὸν Μαρασίου τότε κρατοῦντα. προϊὼν δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς Κιλικίας δουκὶ εἰς μάχην κατέστη, ὃν Καλαμάνον ἐπεκάλουν νεανίαν, τήν τε ὄψιν D ἀγαθῷ καὶ δραστηρίῳ τὰ ἐς μάχας. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἡττητό τε κατὰ κράτος τοῦ νεανίου καὶ ἀνηκέστοις περιπέπτωκε συμφοραῖς, εἶτα τύχῃ τινὶ αὐτόν τε καὶ Ῥενάλδον τὸν Ἀντιοχείας πρίγκιπα 'εἷλεν, ἐν οἷς καὶ ὁ τῆς ἐν Φοινίκῃ Τριπόλεως ἡγεμονεύων ἦν. Κωνσταντῖνος γάρ, ἐπειδὴ τοῦ πολέμου ἐκράτει, οὐκέτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἀλογίστῳ τινὶ τόλμῃ καθυπαχθεὶς ἔς τε τὴν δίωξιν οὐ σὺν ἐπιστήμῃ πεσὼν αὐτός τε ἥλω καὶ τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. ὁ Νουραδὶν δὲ καὶ Τερόζην μάχῃ νικήσας ἐλπίσιν P 126 ᾤχεῖτο ὡς αὐτίκα καὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐπιβησόμενος. διὰ ταῦτα μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ πρότερον ὤδινεν ἐπὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι καὶ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν διενοεῖτο, τότε δ' οὖν καιροῦ λαβόμενος πασίρροπος ἐς τοῦτο ἐφέρετο. ἀλλὰ καὶ πάλιν τὰ ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐμποδὼν αὐτῷ ἔστησαν. ὅ τε γὰρ νέος Παιόνων ῥὴξ τοῦ Βελᾶ καὶ πάλιν ἐπεβάτευε κλήρου καὶ παρεσπόνδει καὶ τότε περιφανέστατα, καὶ Στέφανος, ὃν ἤδη τῆς ἀρχῆς ἀπεώσαντο Οὖννοι, δι' Ἀγχιάλου πόλεως ἐπὶ τὴν Οὐννικήν ποθεν παρεισδὺς ἀνακαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν διενοεῖτο. ἔλαθε δὲ προπετέστερον μᾶλλον ἢ προμηθέστερον τῷ πράγματι ἐπικεχωρηκώς. ὡς γὰρ περιὼν τῶν Οὐν-

4. νεανίαν] Malim νεανίᾳ, id ut sequentibus iungatur. 22. ἐπικεχωρηκώς] Malim ἐπικεχειρηκώς.

truncaverat, quos inter fuit Raimundus Pictavinus, cuius in prioribus libris abunde meminimus, vir animo et fortitudine prisco illi Herculi par, et Balduinus Marasiae dominus. progressus autem manus etiam conseruit cum Constantino Ciliciae duce, quem Calamanum iuvenem vocabant, egregiae formae viro, et in re militari admodum strenuo. verum ille cum ab adolescente primum omnino fuisset superatus, in gravissimas calamitates incidit. deinde sorte aliqua Renaldum Antiochiae principem, necnon et Tripolitanum in Phoenicia comitem cepit. sed enim Constantinus, hac adepta victoria, continere se non potuit, et inconsiderata quadam abreptus audacia victosque temere insecutus, et ipse captus est resque Romanas perdidit. Nuradinus vero ut Torosum perinde superavit, Antiochiae mox invadendae spem animo volvebat. ea igitur propter imperator iis casibus indignatus in Asiam statuit transire, captataque ad id occasione totus in id consilii incubuit. sed obstitere allati rursum ex Occidente rumores: novus quippe Hungariae rex haereditarias Belae possessiones iterum invasit, foederibus aperte violatis. quin et Stephanus, quem paulo ante regno eiecerant Hungari, per Anchialum civitatem Hungariam ingressus, illud recuperare meditabatur. verum temeritate potius quam prudentia rem aggressus, a proposito aberravit. statim enim atque eum nonnullos Hungaros in suas partes adduxisse accepit

νων ὑπεποιεῖτό τινας, γνοὺς ὁ Στέφανος πανστρατὶ ἐπ᾽ αὐτὸν B
ἐφέρετο. διὰ τοῦτο βασιλεὺς ἐπὶ Κιλικίαν μὲν στράτευμα τὰ ἐν-
ταῦθα φρουρῆσον ἱκανὸν ἔπεμψεν, ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ πάλιν
ἤλαυνε Σᾶόν τε περαιωσάμενος ἀντικρὺ Τιτελίου τὸ στράτευμα
ἔστησε, κατὰ νοῦν ἔχων ὡς Βελᾷ μὲν τὸν κλῆρον ἀνασώσαιτο τὸν
πατρῷον, Στέφανον δὲ τῶν παρὰ πόδας ῥύσαιτο δυσχερῶν. ἤδη
γὰρ καὶ ὑπέρρει τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῷ, καὶ ἦν ἐν στενῷ κομιδῇ,
τῶν σὺν αὐτῷ Οὔννων ἐπὶ τὸν ῥῆγα μετατιθεμένων ἑκάστοτε. καὶ
δὴ καὶ Ἀνδρόνικον τὸν τοῦ Κοντοστεφάνου υἱέα, ὃς καὶ μέγας
ὀλίγῳ ὕστερον ἐχρημάτισε δούξ, ἅμα στρατεύματι στείλας Στέ-
φανον μὲν ἀνήρπασε τοῦ κινδύνου, ὁ δὲ ἄρας ἐκ Τιτελίου παντὶ V 99
τῷ στρατῷ προσωτέρω ἐχώρει. ὁ γάρ τοι τῆς ἀρχῆς ἐπιβατεύων C
Στέφανος, ἐπειδὴ μὴ ἐξ ἀντιπάλου δυνάμεως τῷ βασιλεῖ συμπλα-
κήσεσθαι εἶχε, τὸ μὲν πρῶτον σὺν ταῖς περὶ αὐτὸν δυνάμεσι περί
που τὰ τῆς Οὐννικῆς ἔσχατα ἐχώρει· ἔπειτα συμμάχους ἐκεῖθεν
ἐπαγόμενος Ῥωμαίοις ἀντιτάξεσθαι ἠπείγετο. βασιλεὺς δὲ ἐπί
τινα χῶρον Πετρίκον καλούμενον καταλαβών, ἐνταῦθα ἐσκήνου.
ἔστι δὲ ὁ χῶρος οὗτος τῆς εἰς τὴν ἐνδοτέρω Παιονίαν παρελεύσεως
ὅρος ὁ πρῶτος. ἔνθα γεγονὼς Στεφάνῳ ἔγραψεν ὧδε. ἥκομεν,
ὦ ἐμὲ παῖ, οὐ πόλεμον Οὔννοις ἄγοντες, ἀλλὰ Βελᾷ τε ἀδελφῷ
τῷ σῷ τὴν χώραν ἀνασωσόμενοι, ἣν οὐ δυναστείᾳ τῇ ἡμῶν παρα-
σπάσαντες εἴχομεν, ἀλλὰ σύ τε ἔδως καὶ πατὴρ ὁ ὑμῶν πολλῷ D
ἤδη πρότερον. καὶ Στέφανον δὲ τὸν σὸν τοῦ κινδύνου ἐξαιρησό-
μενοι θεῖον, γαμβρὸν ἤδη καὶ αὐτὸν κράτει γεγονότα τῷ ἡμῶν.

Stephanus, cum universis copiis in illum profectus est. quamobrem imperator in Ciliciam ad oppidorum praesidia idoneo misso exercitu, ipse versus Istrum denuo contendit: Savoque transmisso castra posuit ad Titelium, tum ut Belae paternam haereditatem reciperet, tum ut Stephanum praesenti eriperet discrimini. quippe iam illius imminutae erant vires, summisque premebatur angustiis, Hungaris, qui cum eo erant, ad regem undique deficientibus. itaque Andronico Contostephani filio, qui magni ducis dignitatem brevi post obtinuit, cum copiis misso, Stephanum quidem periculo exemit: ipse vero, motis ab Titelio castris, cum universo exercitu ulterius perrexit. regni enim invasor Stephanus, cum viribus longe impar cum imperatore congredi non auderet, primum quidem cum iis quae aderant copiis in ultimos Hungariae fines concessit, atque ibi novis coactis auxiliis acie cum Romanis decertare statuit. imperator vero ut ad locum quemdam pervenit, quem Petricum vocant, castra ibi posuit. est vero locus iste aditus in interiorem Hungariam primus terminus, quo cum pervenisset, hunc in modum Stephano rescripsit. "non ad inferendum Hungaris bellum, fili mi, venimus, sed ut Belae fratri tuo possessionem restituamus, quam a dominatione tua minime abstulimus, sed quam tu ipse paterque vester iam pridem concessistis: atque adeo etiam ut patruum tuum Stephanum maiestatis nostrae affinem periculo

εἰ βουλομένῳ σοι τοίνυν ἐστὶ γαμβρὸν ἡμῖν καὶ Βελὰν ἔσεσθαι, ὅπερ ἤδη καὶ διωμολόγηταί σοι, τί μὴ τὴν χώραν ἀποδοὺς τῆς ἡμετέρας θᾶττον ἀπαλάσσῃ ξενίας; εἰ δὲ τὸ κῆδος ἀποπροσποιῇ, καί σοι ἕτερα περὶ τούτου δοκεῖ, ἴσθι ὡς τοῦ βιάσασθαί σε πολλῷ ἡμεῖς ἀπεχόμεθα μᾶλλον."

7. Βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔγραψεν. ὁ δὲ ἄλλην τε καθάπερ P 127 εἴρηται σύμμαχον χεῖρα ἔκ τε Ἀλαμανῶν καὶ τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ ἱδρυμένων ἐπηγάγετο Σκυθῶν, καὶ δὴ καὶ τὸ Τζέχων ἑαυτῷ συνεστήσατο ἔθνος, τοῦ ἐν σφίσιν ἄρχοντος πανστρατὶ ἐπ᾽ αὐτὸν ἀφικομένου. ἦν δὲ οὗτος ὁ Κορράδῳ πάλαι τῷ Ἀλαμανῶν συστρατεύσας ῥηγί, ὁπηνίκα ὥσπερ μοι δεδιήγηται ἐπὶ Ἀσίαν ἐκεῖνος ἐστέλλετο, ῥὴξ τε διὰ ταῦτα ὑπ᾽ ἐκείνου γενόμενος. καίτοι ἐψεύσαντο ἄμφω, ὁ μὲν τὴν κλῆσιν, ἅτερος δὲ τὴν χάριν ὁ διδούς. μακρὸς γὰρ ἐξ οὗ χρόνος τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ἐν Ῥώμῃ ἀπώλετο, ἐξ ὅτου μετὰ Αὔγουστον, ὃν καὶ Αὐγουστοῦλον ἐκάλουν τὸ τῆς ἡλικίας αἰνιττόμενοι νέον καθ᾽ ἣν ἐπελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ B Ὀδόακρον καὶ Θευδέριχον ἑξῆς τὸν Γότθων ἡγεμόνα τυράννους ἄμφω μετέβη τὰ τῆς ἡγεμονίας. ῥὴξ γὰρ Θευδέριχος καὶ οὐ βασιλεὺς διεβίω καλούμενος, καθάπερ Προκόπιος ἱστορεῖ. Ῥώμη μέντοι ἀπὸ Θευδερίχου καὶ ὀλίγῳ πρότερον ἄχρι καὶ νῦν στασιαζομένη διαγέγονε, πολλάκις μὲν πρὸς Βελισαρίου καὶ Ναρσοῦ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ Ῥωμαίοις ἀνασωθεῖσα

3. ἀπαλάσσῃ] Heyse ἀπαλλάσσῃ. Duc. ἀπολαύσῃ ex coni. Tollii.

eximamus. si igitur, te etiam volente, Belam generum nostrum esse contigit, quod et tu pactis ipsis firmasti, cur non reddita ei sua possessione, nostra potius frueris societate et benevolentia? si vero necessitudinem et affinitatem respuis, aliaque modo de iis tibi mens est; scias longe nos amplius ab eo abesse, ut vim nobis inferri patiamur."

7. Istius epistolae sententia haec fuit. imperator autem, uti dictum est, alias auxiliares copias ex Alemannis et Taurum accolentibus Scythis conflatas adduxit: Tzechorum praeterea sibi adiunxit nationem, quorum princeps ad eum venit cum universo exercitu. erat autem is, qui Conrado Alemannorum regi pridem militaverat, cum in Asiam, quemadmodum commemoravimus, ille traiecit, eamque ob causam rex ab eo est renuntiatus. sed uterque vicissim falsus est, et qui appellationem regiam recepit, et alter qui munus impertiit. iamdudum enim imperatorium nomen Romae exstinctum erat, ex quo ab Augusto (quem et Augustulum vocabant, aetatem eius teneram, in qua occupavit imperium, significantes) in Odoacrum et Theodoricum deinceps Gothorum principem, tyrannum utrumque, translatus est principatus. regis enim nomine, non imperatoris, quoad vixit, insignitus fuit Theodoricus, ut scribit Procopius. ipsa quidem Roma a Theodorici temporibus et paulo ante in hunc usque diem a cetero imperio divulsa mansit. licetque a Belisario et Narse, ducibus Romanis, sub Iustiniano recuperata

χρόνων, αὖθις δὲ οὐδὲν ἧττον τυράννοις βαρβάροις δουλεύουσα, οἳ καὶ ῥῆγες κατὰ Θευδερίχου τοῦ πρώτου καὶ ῥηγὸς ἅμα καὶ τυράννου κέκληνται ζῆλον. οἷς δὲ μὴ τοῦ τῆς βασιλείας μέτεστιν ὕψους, πόθεν οὗτοι τηλίκας προβεβλήσονται ἀρχάς, αἳ καθάπερ ἤδη ἔφην οἷόν τινες διαιρέσεις ἐκ τοῦ τῆς βασιλείας καθίενται κράτους; C τοῖς δὲ οὐκ ἀπόχρη μόνον, εἰ τοῦ τῆς βασιλείας οὐδὲν προσῆκον ἐπιβατεύουσιν ὕψους, ἰμπέριον ἑαυτοῖς περιτιθέντες κράτος. βούλεται δὲ τοῦτο τὸ ἄκρατον ἑρμηνεύειν. ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν ἐν Βυζαντίῳ βασιλείαν ἑτέραν παρὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ ἀποφαίνειν τολμῶσιν. ὅπερ ἐμοὶ διασκοπουμένῳ πολλάκις ἤδη καὶ δακρῦσαι ἐπῆλθεν. οἷον γάρ, οἷον ἡ Ῥώμης ἀρχὴ βαρβάροις καὶ δεινῶς ἀνδραποδώδεσιν ἀνθρώποις διεκαπηλεύθη χρῆμα· κἀντεῦθεν V 100 οὔτε ἀρχιερέως αὐτῇ μέτεστιν οὔτε πολλῷ δήπουθεν ἄρχοντος. ὁ μὲν γὰρ τῷ τῆς βασιλείας ἐπεμβαίνων μεγαλείῳ, ἀναξίως ἑαυτῷ D ἱππευομένῳ πεζῇ τῷ ἀρχιερεῖ παραθέει καὶ ὅσα καὶ ἱπποκόμος αὐτῷ γίνεται, ὁ δὲ ἰμπεράτορα τοῦτον εἰς ταὐτὸν ἄγων βασιλεῖ ὀνομάζει. πῶς, ὦ βέλτιστε, καὶ πόθεν σοι τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν εἰς ἱπποκόμους κεχρῆσθαι ἐπῆλθεν; ἀλλ' οὔτε ποθὲν ἔσχες, καὶ σὺ μὲν ψεύδῃ τὸν ἀρχιερέα, ὁ δὲ τὸν βασιλέα διακιβδηλεύει. μὴ γὰρ τὸν ἐν Βυζαντίῳ τῆς βασιλείας θρόνον Ῥώμης θρόνον εἶναι διομολογοῦντί σοι, πόθεν αὐτῷ σοι τὸ Πάπα κεκλήρωται

7. ἰμπέριον] Cod. ἐμπόριον. Duc. ἐμπέριον. 13. πολλῷ δήπουθεν] ?

fuerit, Romanoque asserta imperio: rursum tamen in tyrannorum barbarorum servitutem decidit, qui Theodorici primi regis perinde ac tyranni exemplo reges appellantur. qui igitur fieri potest, ut qui imperatorii culminis non sunt participes, tantas dignitates conferre possint, quae, ut iam diximus ab imperatoria maiestate velut quaedam particulae, profluxerunt. iis vero non sufficit modo, si imperatoriam celsitudinem nullo iure ad se pertinentem imperiique maiestatem invadant (id enim vocabuli supremam potestatem denotat). sed iam eo venere audaciae, ut Byzantinum imperium a Romano diversum esse contendant: quae mihi perpendenti saepe obortae sunt lacrymae. qualis enim quantaque res Romae principatus a barbaris foedisque mancipiis divendita est? atque inde neque habuit illa pontificem, multoque minus principem. iste enim qui imperatoriam usurpat maiestatem, equitantem pontificem praeter dignitatem pedes praecedit, et equisonis implet munus. hic vero imperatorem istum appellat et pari cum principibus nostris honore vult censeri. quomodo, o bone, et unde tibi in mentem venit Romanorum uti imperatoribus equisonum et stratorum vice? at cum neutiquam illud aliunde acceperis, et tu pontificem mentiris, ille vero imperatoriam adulterat maiestatem. at tu qui Byzantinam imperii sedem eamdem esse cum Romana imperii sede diffiteris, unde Papae dignitatem consecutus es? uni-

P 128 *ἀξίωμα; εἷς ἐστιν ᾧ ταῦτα ἔδοξε Κωνσταντῖνος, ὁ πρῶτος ἐν βασιλεῦσι Χριστιανός. πῶς οὖν τὸ μὲν αὐτοῦ ἄσμενος δέχῃ, τὸν θρόνον φημὶ καὶ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερβάλλον, τὸ δὲ ἀπροσποιῇ; ἢ ἀμφότερα στέρξον ἢ καὶ θατέρου ἀπόστηθι. ἀλλ' ἐμοί, φησί, βασιλέας προβεβλῆσθαι ἔξεστι. ναί, ὅσον ἐπιθεῖναι χεῖρας, ὅσον ἁγιάσαι, ταῦτα δὴ τὰ πνευματικά. οὐχὶ δὲ καὶ βασιλείας ἤδη καταχαρίζεσθαι καὶ τά γε τοιαῦτα καινοτομεῖν. ἐπεὶ εἴ γε ὑμέτερον ἦν βασιλείας μετατιθέναι, τί μὴ τὴν ἐν Ῥώμῃ αὐτοὶ μετετάξατε; ἀλλ' ἑτέρου πράξαντος ἄκων ἠγάπα τοῖς δεδογμένοις ὁ τηνικαῦτα τὴν καθ' ὑμᾶς ἐκκλησίαν λαχών. σὺ δὲ καὶ περιπίπτεις τοῖς σεαυτοῦ καὶ λανθάνεις πως τἀναντία ποιῶν. οὓς γὰρ οὐ πολλῷ* B *πρότερον εἰς βασιλέα μὲν καλῶς ποιῶν οὔκουν ἐδέξω παρακαλοῦντας, ὅτι μηδὲ ἐξῆν, εἰς δὲ ἱπποκόμους κατέλεξας, νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς βασιλέας παραλαμβάνεις, καὶ κρίνεις τὸν ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ καὶ καθ' οὗ σοὶ τοῦ θρόνου μέτεστιν οὐδὲ ταὐτὸν τῷ βαρβάρῳ ἴσως, τῷ τυράννῳ, τῷ δούλῳ. ἀλλὰ τυραννοῦμαι, φησίν, ἀλλὰ βιάζομαι. οὐκ ἔχει σοι χώραν ἡ σκῆψις· χθὲς γὰρ καὶ οὐ πολλῷ πρότερον βασιλεῖ Μανουὴλ ταῦτα διωμολόγεις. κἂν αὐτὸς ἀρνηθείης, ἀλλ' αἱ βίβλοι κηρύττουσιν αἳ τὰ γράμματά σου τῷ ἐδαφίῳ μετεδέξαντο. ἀλλ' ὄντως βωμολοχία τίς ἐστι τὸ πρᾶγμα καὶ τρόπος μικροπρεπὴς καὶ ἀνελεύθερος, καὶ κοθόρνου δίκην ἀεὶ μεθαρμόζῃ* C *ταῖς τύχαις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πλέον ἢ χρονικαῖς προσῆκε διεξήλθομεν ὑποθέσεσιν, ὁ δὲ λόγος ἀναγέσθω καὶ πάλιν ἐπὶ τὰ πρότερα.*

cus est Constantinus, primus imperator Christianus, qui haec decrevit. cur igitur id quidem lubens excipis, sedem inquam pontificiam illiusque supremum fastigium, istud vero respuis. utrumque amplectere, aut abstine ab altero. verum, inquit, imperatores mihi praeficere licet: sane, ut manus imponas et consecres; ea enim spiritualia sunt; imperium vero aliis tribuere aut similia innovare licet minime. nam si vestrum erat transferre imperia, cur illud quod Romae erat non transtulistis? sed alterius id facientis decretis acquievit invitus, qui tum vestrae praeerat ecclesiae: tu vero propriis ipse commodis obluctaris, nescius te facere prorsus contraria. quos enim non multo ante, imperatori gratificatus, supplicantes non admisisti, quod neque licebat: quos stratoribus accensueras, eos nunc nescio quo pacto in imperatores promoves, illumque ex quo et per quem et sub quo thronum es consecutus, nec barbaro forsan et tyranno et mancipio aequalem facis. sed ais tyrannide opprimor, vi cogor. non habet locum praetextus: heri enim et non multo ante imperatori Manuëli ista pactus es. etsi infitias ieris, haec praedicant epistolae, quae characteres tuos proprio exaratos calamo exceperunt. sed id mera est scurrilitas, ratioque agendi indecens atque illiberalis, ac cothurni instar semper te ad fortunam componis. verum cum haec a nobis pluribus, quam annalium materiae conveniat, enarrata sint, ad priora rursum redeat oratio.

8. Στέφανος μὲν οὕτω συσκευασάμενος κατὰ Ῥωμαίων ἐφέρετο. βασιλέα δὲ ἐν τῇ τῶν Οὔννων γεγονότα ἐξῄεσαν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι πανδημεὶ ὑποδεξόμενοι, ὅσοι τε ἐς τοὺς ἱερέας κατελέγοντο ἐριουργεῖς ἀναβεβλημένοι στολὰς καὶ τὰ ἱερὰ χερσὶν ἔχοντες λόγια, καὶ ὅσοι ὀχλικὸν καὶ δημῶδες ἦν, ᾠδήν τινα ἐμμελῶς συντεθειμένην ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἁρμοδιώτατα προσφωνοῦντες. εἶχε δὲ ὧδε·

ὦ συμμαχήσας κύριε τῷ πρᾳοτάτῳ Δαβὶδ

καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ δὲ τὰ τῇδε χωρία ὑπερβὰς Ἴστρον διαβῆναι ἠπείγετο, τὴν ἐνταῦθά τε νῆσον παρελθὼν ἐπὶ τὰ ἐνδότερα χωρεῖν D ἤθελεν. ὅτε δὴ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ περαιουμένου λέγεται μίαν τῶν νεῶν φόρτου πλέαν ὅπλων τε καὶ ἀνθρώπων ὡς πλείστων οὐ μακρὰν ὄχθης γεγενημένην ἐπὶ θατέραν νεῦσαι πλευράν, ὡς ἤδη καὶ εἰσρεῖν τὸ ὕδωρ ἐπ' αὐτήν. ὁ μὲν οὖν ἄλλος Ῥωμαίων στρατός, ὅσοι τε ναυσὶν ἐμβάντες τοῖς ποταμίοις ἐφέροντο νώτοις καὶ ὅσοι ἐπὶ τῆς ἠπείρου ἵσταντο ἔτι, οἱ μὲν ὑποψίᾳ κινδύνου οἱ δὲ ὀλιγωρίᾳ ἐχόμενοι περιώρων τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡ ναῦς ὀλίγου δεῖν αὔτανδρος τῷ βυθῷ κατεδύσατο, εἰ μὴ βασιλεὺς ἐπὶ ὕδωρ ἁλόμενος V 101 ἐπὶ πλεῖστόν τε πεζῇ προελθών, καίτοι τοῦ ῥεύματος σὺν ῥύμῃ P 129 σφοδρᾷ καταφερομένου καὶ τέλμα τι ἐνταῦθα δυςδιεξόδευτον ἐργαζομένου, τῷ ὤμῳ τε ὑπέσχε τῇ νηῒ καὶ τὸν τοῦ κινδύνου ὑποτε-

4. ἐριουργεῖς] Tollius ἱερουργεῖς. ibid. χερσὶν ἔχοντες] In margine Cod. χερσὶ φέροντες. 5. ὅσοι] Malim ὅσον. 8. ὦ συμμαχήσας] Cod. ὁ συμμαχήσας. 18. ἁλόμενος] Cod. ἀλλόμενος. 21. τῷ ὤμῳ] Malim τὼ ὤμω.

8. Stephanus itaque rebus omnibus apparatis, in Romanos profectus est. ubi vero in Hungariam pervenit imperator, ad eum excipiendum universi confluxere incolae, atque in iis sacerdotali ordine conspicui, laneis induti vestibus et divina manibus ferentes evangelia, una cum promiscua plebe, eiusmodi canticum, a scriptoribus nostris concinnatum, suavissime praecinentes. "qui auxilium, domine, tulisti mansuetissimo David" et quae sequuntur. ille autem loca ista praetergressus, Istrum transmittere properat, et superata quae hic adiacet insula in interiora pergere constituit. aiunt Romanis copiis eo loco traiicientibus, unam ex navibus, sarcinis armisque et militibus cum maxime refertam, cum haud procul abesset a littore, in alterum inclinasse latus, ita ut in eam aqua influeret. ibi reliquus Romanorum exercitus, tum qui naves ingressi flumine vehebantur, tum qui adhuc in continente stabant, periculi metu vel ignavia de re haud erant solliciti: iamque navis propemodum una cum ipsis hominibus aquis absorbenda erat, nisi imperator in aquam desiliens, longiusque pedes progressus, magna licet vi impellente fluctu, et limum hoc loco aegre pervium faciente, humeris navem sustinuisset, et inhibito tantisper periculo facultatem ceteris auxiliandi prae-

μόμενος χρόνον ἄδειαν τοῖς λοιποῖς ἐπιβοηθεῖν δέδωκεν, οἳ τὴν αὐτοῦ αἰδεσάμενοι προθυμίαν παρέστησάν τε τοῖς κινδυνεύουσι καὶ τοῦ κινδύνου ἐξείλοντο. ἐξ ἐκείνου τοίνυν μέγα ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ βασιλεὺς ὄνομα ἔσχε. τότε δ' οὖν Ἴστρον ἄνωθέν που διαβὰς ἐπί τινα πόλιν ὄνομα Παγάτζιον ἐφέρετο· ἡ δὲ πόλις μητρόπολις τῶν ἐν Σιρμίῳ τυγχάνει οὖσα· ἐνταῦθά τε διατριβὴν ὁ τοῦ ἔθνους ποιεῖται ἀρχιερεύς· ἔνθα πλῆθος κατοίκων λόγου κρεῖσσον ἐξῄει
B δορυφορῆσον αὐτόν. τότε μὲν οὖν ἐνταῦθά που ηὐλίσατο, ἑξῆς δὲ πυθόμενος Στέφανον ἐγγὺς ἤδη γεγονέναι εἰς μὲν τὸν πόλεμον αὐτίκα καθίσταται. Ῥωμαίων δέ τινα τῆς Τζέχων συνιέντα γλώττης προσκαλεσάμενος ἐκέλευε μεταμφιεσάμενον ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων καθυποδῦναι στρατόπεδον εἰς ὄψιν τε τῷ τῶν Τζέχων ἐλθόντα ῥηγὶ τάδε ἀνειπεῖν αὐτῷ. "ποῖ δήποτε πορεύῃ; τίνα ταύτην πορείαν σὺν τῷ ὑπό σε φέρῃ στρατεύματι; ἢ οὐκ οἶδας ὡς βασιλεῖ μεγάλῳ χεῖρας ἀνταίρειν τολμᾷς; ᾧ καὶ τὸ ὑπ' αἰτίαις λόγον ἐχούσαις διὰ μάχης ἰέναι σφαλερόν, μὴ ὅτι γε πρὸς τῶν Οὔννων τουτωνὶ περιφρονεῖσθαι κινδυνεύοντι, οἳ Βελᾷ κλῆρον δόντες εἶτα ἀφείλαντο, ὅσα καὶ παιγνίοις ὅρκοις χρησάμενοι τοῖς
C αὐτῶν. καί τις μὲν ἰδιώτῃ ξυναλλάττων ἀνδρὶ οὔκουν ἀθῷος τῷ νόμῳ διαγίνεται τῶν δεδογμένων, ἂν οὕτω τύχῃ, καταφρονῶν· βασιλεῖ δὲ τηλικούτῳ ταῖς ὁμολογίαις ἤδη προσκεκρουκότες ἀτιμώρητοι διαμενοῦσιν Οὖννοι; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἆρα δίκαια

1. λοιποῖς] Cod. πολλοῖς, superscripto λοιποῖς. 5. ἡ δὲ] Malim ᾗ δή.

buisset, qui eius alacritatem suspicientes periclitantibus succurrerunt eosque a discrimine omnino liberarunt; qua ex re magnam sibi humanitatis famam comparavit imperator. itaque superiori e parte Istro traiecto ad civitatem nomine Pagatzium pervenit. est vero illa Sirmiensis agri metropolis. hic habitat gentis istius antistes, et ex ea incolarum multitudo innumera egressa est, quo illius comitatui sese adiungeret. hic igitur castris positis consedit; postquam autem accepit Stephanum iam prope esse, ad bellum se confestim comparat. gnarum vero Tzechorum linguae Romanum quemdam ad se vocat eique imperat, ut mutatis vestibus castra hostium subiret, atque ubi ad regis Tzechorum venisset conspectum, eum hisce verbis alloqueretur. "quo tandem proficisceris? quod iter cum tuis capessis copiis? an nescis te in magnum imperatorem manum intentare velle? cum quo vel iustis de causis bellum gerere periculosum est, nedum cum eo, quem Hungari isti despicatui habent, qui eam, quam Belae in haereditatis partem concesserant, possessionem abstulerunt, sacramentis pro ludo iocoque habitis. sed neque qui cum privato homine paciscitur, innocens ex lege iudicatur, si cum in mentem venit negligere pacta velit. an vero qui tantum imperatorem violatis foederibus offenderunt Hungari, manebunt impuniti? nequaquam: nonne

βασιλεὺς πολεμεῖ; πρὸς δὲ τὸ δίκαιον καὶ ἀεὶ ἡ τοῦ πολέμου ῥοπὴ γίνεται. σὺ δὲ κἀκεῖνο ἀναλόγισαι. δοῦλος ἐπὶ δεσπότην ἥκεις πολεμησείων, καὶ δοῦλος οὐ βίᾳ τὸν ζυγὸν ὑποδὺς (ἦ γὰρ ἂν εἶχε λόγον τινά, φύσει γὰρ δι' ἀπεχθείας τὸ τοιοῦτον τοῖς κεκτημένοις ἐστίν), ἀλλὰ δοῦλος ἐθελόδουλος (ἑρμηνεύει δέ σοι τοῦτο τὸ λίζιον), εἴ γε μὴ διέφυγέ σου τὴν μνήμην ὅσα ἐν Βυζαντίῳ πάλαι τετέλεκας, ὁπηνίκα σὺν τῷ Κορράδῳ ἐπὶ Ἀσίαν ἐστέλλου. ἕως τοίνυν αἱρέσεως τῆς σῆς ἡ τοῦ πράγματος ἤρτηται D ἀπόβασις, ἑλοῦ τὸ Τζέχοις τε πᾶσι καὶ σοὶ συνοῖσον αὐτῷ. μεταμέλεια γὰρ οὐκ ἐν καιρῷ γενομένη ἥκιστα τῷ χρωμένῳ συντελεῖν εἴωθεν." ὁ μὲν ταῦτα εἶπε· Βλαδίσθλαβος δὲ (τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὄνομα ἔκειτο) ἀμείβεται ὧδε. "οὐ πόλεμον ἄγοντες ἐπὶ βασιλέα μέγαν ἐνταῦθα πάριμεν, ὦ λῷστε, (μὴ οὕτω τῶν εἰς αὐτὸν ἀμνηστήσαιμεν συνθηκῶν) ἀλλὰ Στεφάνῳ τούτῳ ἀμυνοῦντες οὐ δίκαια πρὸς πατραδέλφου πεπονθότι, ὅς γε τὸ μὲν πρῶτον τῆς πατρῴας αὐτὸν ἤλασε γῆς καὶ τοῦ κλήρου, εἶτα τῆς δίκης ἀντεισαγούσης, ὁ δὲ αὖθις ἐπιστρατεύει τούτῳ καὶ ἣν ἐν P 130 τῷ κακῶς ἄρχειν ἀποβεβλήκει ἀρχὴν δυναστείᾳ καὶ πάλιν κτᾶσθαι διανοεῖται. ὑπὲρ ὧν καὶ δεησόμενος ἥκω βασιλέως καὶ ὀρφανοῦ παιδὸς χεῖρα μᾶλλον ὑπερσχεῖν λιτασόμενος. εἰ δέ τι καὶ πρὸς Στεφάνου τουτουὶ τοῦ νεωτέρου ἐπὶ τὴν αὐτὴν διημάρτηται βασιλείαν (πυνθάνομαι γὰρ ὡς τῆς Βελᾶ μηδὲν αὐτῷ

4. εἶχε] Malim εἶχες. 17. ἀντεισαγούσης] Malim ἀντεισαγαγούσης. 18. ἀποβεβλήκει] Ita Tollius. Cod. ἀποβεβλήκοι. 21. τὴν αὐτὴν] Fort. τὴν σήν.

iustum gerit bellum imperator? et ad iustitiam semper belli fortuna inclinat. tu vero illud perpende: servus domino bellum illaturus venis, non tamen servus, cui per vim imposita est servitus (sic enim profecto res aliquam rationem haberet, siquidem qui invitam servitutem serviunt naturaliter a dominis abhorrent), sed servus voluntarius, seu ut vos dicitis lizius: nisi forte tuam effugerunt memoriam quae quondam Byzantii pactus es, cum in Asiam una cum Conrado expeditionem suscepisti. dum igitur ab optione tua pendet rei exitus, elige quod et tibi et Tzechis omnibus expediat: quae enim non opportuna fit poenitentia, eam facienti prodesse haudquaquam solet." ita quidem ille locutus est. Vladislaus autem (sic enim appellabatur) in hunc modum respondit. "non illaturi bellum magno imperatori huc venimus, o bone; neque enim eorum quae cum illo pacti sumus memoria nos fugit; sed Stephano iniuste a patruo impetito opem laturi. illum quippe paterna primum terra et haereditate exuit: deinde iure suo restitutum rursum bello lacessit et regnum, quod male imperando amisit, per vim recuperare iterum contendit. eapropter imperatorem supplicaturus venio, ut pupillum potius puerum protegat ac tutetur. si quid autem Stephanus hic iunior in tuam peccavit maiestatem (audio enim Belae terram nihil ad se pertinentem occu-

προσῆκον καὶ πάλιν ἐπελάβετο χώρας) αὐτίκα ἐφ' ἡμῖν διαλ-
λακταῖς τήν τε χώραν ἀποδοίη καὶ τρόπῳ παντὶ τὴν ἁμαρτάδα
ἐξιλάσεται." ταῦτ' εἰπὼν ἀπεπέμψατο τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ
ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων ἀναστρέψας στρατόπεδον βασιλεῖ τοὺς λόγους
ἐκόμισεν. ὁ δὲ ἤκουσε μὲν τῶν λόγων οὐκ ἀηδῶς, οὐ μέντοι
B παντάπασι πιστεύειν εἶχεν. ἔννοια γάρ τις αὐτῷ γέγονε, μὴ
V 102 Βλαδισθλάβῳ οὐκ ἄπο γνώμης εἴρηται ταῦτα, ἀλλ' ὑποκάθη-
ταί τις καὶ δόλος αὐτοῖς. ἀμέλει καὶ τῶν περὶ αὐτόν τινας αὖ-
θις ἐς αὐτὸν πέμψας ὅρκοις τὰ δεδογμένα πιστοῦσθαι ἐκέλευε,
καὶ ὃς αὐτίκα μηδὲν μελλήσας ἐπιτελῆ ταῦτα ἔθετο. οὐ μὴν
ἀλλὰ καὶ ὅσα πάλαι, καθάπερ ἔφην, ὑπέσχετο δευτέροις ἐπικα-
τελάμβανεν ὅρκοις. ὀλίγῳ δὲ κατόπιν καὶ Στέφανος πρέσβεις ἐς
βασιλέα πέμψας τήν τε χώραν ἀπεδίδου καὶ παράκλησιν προσῆγε,
μηκέτι Στεφάνῳ κατὰ τῆς Οὐννικῆς ἐφιέναι στρατεύειν τῷ θείῳ.
ἅπερ ὁ βασιλεὺς προσδεξάμενος, τὸν πόλεμον λύσας ὡς ἐπὶ τὴν
Ῥωμαίων μετέβαινε, Στεφάνῳ τε παρῄνει ἀπαλλάσσεσθαι ἤδη
C τῆς Οὐννικῆς καὶ αὐτὸν ἅτε πείρᾳ μαθόντα τὸ περὶ αὐτὸν δύσ-
νουν τῶν ὁμοφύλων. πείθειν δ' οὐκ ἔχων τὸν ἄνθρωπον "ἐγὼ
μὲν" ἔφη" ἄπειμι ἤδη· ἀνασωσαμένῳ γάρ μοι τὴν χώραν τῷ
Βελᾷ μάχης ὅτι μὴ ἀδίκου λόγος ὑπολέλειπται οὐδείς· σὺ δὲ
οὐκ εἰς μακρὰν ἴσθι προδοθησόμενος τοῖς ἐχθροῖς. εἰ βούλει
δέ, καὶ εἰς ὄψιν ἄρτι τὸ πρᾶγμά σοι παραστήσω. ἔστι σοι
ἀδελφιδοῦς Στέφανος τοσούτῳ τὰ εἰς μορφὴν ἐμφερής, ὅσῳ τοῖς

3. ἐξιλάσεται] Cod. ἐξιλάσσεται.

passe) continuo nobis arbitris et regiones restituet et omni modo delictum expiabit." his dictis hominem dimisit. ille vero in Romanorum castra reversus imperatori quae ab eo audiverat retulit: quae quidem accepit haud illubenter, etsi fidem iis omnino non praestaret. neque enim haec a Vladislao ex animi sententia dicta esse opinabatur, verebaturque ne quis subesset dolus. quapropter quosdam ex suis ad illum denuo misit, ut pacta iureiurando firmarent; quod ille nihil moratus confecit. neque ea solum, verum quae olim etiam uti diximus pepigerat, secundo iuramento sancivit. paulo post et Stephanus missis ad imperatorem legatis, regionem restituit simulque deprecatus est, ne unquam Stephanum patruum bello Hungariam infestare permitteret. his acceptis conditionibus princeps bello dirempto in Romanos prope rediit fines. Stephanum autem hortatus est imperator, ut et ipse ab Hungaria excederet, ut qui revera odium erga se indignationemque contribulium esset expertus. sed cum id homini persuadere haud potuisset "ego quidem" inquit "nunc recedo; Bela quippe in integrum restituto, nulla mihi amplius belli nisi iniusti ratio relinquitur. tu vero pro certo scias te brevi inimicis tuis prodendum esse; et si videtur, quomodo id futurum sit ostendam. est tibi ex fratre nepos Stephanus, adeo vultu et

ἀπεριέργως ἐς ὑμᾶς ὁρῶσι πράγματα εἶναι θατέρου διαιρεῖσθαι τὸν ἕτερον. τοῦτον δὴ ὅπλοις τοῖς σαυτοῦ κοσμήσας κέλευσον τὸ ὑπὸ σὲ ἀναλαβόμενον στράτευμα ἐπὶ τοὺς πολεμίους χωρεῖν. σὺ δὲ ἐνταῦθά που κατακρυψάμενος ἑαυτὸν τήρει, καὶ γνώσῃ αὐτίκα ὅπως ποτέ σοι προσφέρονται Οὖννοι." ὁ μὲν οὖν σκαφίδιον ἐμβὰς περί που τὰς τοῦ Ἴστρου λανθάνων ἐσάλευεν ὄχθας, D
ὁ δὲ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Στέφανος ἅμα τοῖς περὶ αὐτὸν Οὔννοις Στεφάνῳ τῷ ῥηγὶ συμπλακήσεσθαι ἠπείγετο. ἀλλ' οὔπω ἐς ταὐτὸν ἀλλήλοις ἐγένοντο τὰ στρατεύματα, καὶ οἱ σὺν τῷ Στεφάνῳ Οὖννοι χεῖρας ἐπιβαλόντες αὐτῷ ὡς αὐτὸν τὸν πρεσβύτερον Στέφανον τῷ ῥηγὶ παρετίθεσαν φέροντες. τοῖς μὲν Οὔννοις ἡ πλάνη ἐν τῷδε ἐτελεύτα, βασιλεὺς δὲ πυθόμενος ταῦτα παραίνεσιν Στεφάνῳ προσῆγεν "ἀπόχρη" λέγων "ὦ ἄνθρωπε. ὡς γὰρ τῷ μὴ ἐνδέοντι ἀναπίπτειν ἐπισφαλές, οὕτω δὴ τὸ παρακαίρια P 131
τολμᾶν ἀμαθές. ἰδοὺ δὶς ἔχεις μαθὼν ὁπόσα σοι τὸ καθ' ἕκαστον προὐξένησεν ἤδη κακά. μὴ καὶ τρίτην ἀναμείνῃς, ὦ βέλτιστε, πεῖραν. τάχα γὰρ οὐδὲ διορθοῦσθαί σοι βουλομένῳ ἐνέσται." βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα ἔλεγεν, ὁ δὲ "νῦν μᾶλλον" εἶπεν "αἰδέσονταί με Οὖννοι, ὁπότε κακουργοῦντες ἤδη πεφώρανται." οὕτω ψυχὴ καθάπαξ ἐπιθυμίαις ἁλοῦσα πάντα λόγον εἰς αὐτὰς μεταφέρει καὶ βιάζεται. ἐφ' οἷς ἀπειρηκὼς βασιλεὺς Νικηφόρον μὲν

14. *τῷ μὴ ἐνδέοντι*] Fort. *τὸ μὴ ἐν δέοντι* hoc sensu: *ut enim, ubi res postulat, non cedere periculosum est.* 15. *καθ' ἕκαστον*] Fort. *αὐθέκαστον*. quod sequitur *προὐξένησεν*, in Cod. bis scriptum est.

lineamentis tibi similis, ut nisi attente admodum vos intuentibus haud facile sit alterum ab altero discernere. hunc tuis indutum armis iube tuo cum exercitu in hostem ire: tu vero interea te in occulto tene, et nosces continuo qualis sit erga te Hungarorum affectus." ille igitur scapham ingressus, clam circa Istri ripas obnavigat: interea dum illius ex fratre nepos Stephanus cum Hungaricis quas habebat copiis cum rege Stephano praelium initurus deproperat. sed nondum coiverat uterque exercitus, cum qui Stephanum comitabantur Hungari, manus in illum iniiciunt, et tamquam esset Stephanus ille senior, coram rege eum sistunt. in iis quidem Hungarorum error desiit. postquam ea princeps intellexit, iterum admonuit Stephanum "nunc tandem" inquiens "sufficit, mi homo. ut enim rebus se intricare non necessariis periculosum, ita intempestiva aggredi stultum est. ecce iam bis didicisti, quanta tibi unumquodque ex iis paraverit mala: ne et tertio, bone vir, facere periculum velis: fortassis enim emendandae culpae facultas non daretur." haec quidem imperator; ille vero "at nunc multo magis" inquit "me reverebuntur Hungari, quia perperam egisse deprehensi sunt." ita victus semel cupiditatibus animus omnes eo transfert rapitque cogitationes. imperator igitur hominem persuadendi spem omnem abiiciens Nicephorum Chalu-

τὸν Χαλούφην αὐτοῦ ἔλιπεν ἅμα στρατεύματι, συμπαρεσόμενόν
τε τῷ Στεφάνῳ καὶ τὰ παραπίπτοντα συνδιοικησόμενον. ὁ δὲ
ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἦλθεν. οὐ πολὺ τὸ μεταξύ, καὶ πυθόμενος
B ὁ τῶν Οὔννων ῥὴξ ἐπὶ Οὐννικῆς Στέφανον εἰσέτι διατριβὴν ποιεῖ-
σθαι, δυνάμεις ἔτι μᾶλλον ἀγείρας πολέμῳ τὸ πᾶν διακρῖναι
ἠπείγετο, ἐν δὲ τούτῳ πολλοὶ τῶν σὺν Στεφάνῳ ἐπὶ τὸν ῥῆγα
μετατιθέμενοι ἑκάστοτε ψιλοῦσθαι τοῦτον ἐποίουν. ὃ γνοὺς ὁ
Χαλούφης βουλὴν προσῆγεν αὐτῷ τῆς Οὐννικῆς ἀποσχομένῳ ἐπὶ
Σίρμιον ἀφικέσθαι. τῆς γὰρ ἐνταῦθα χώρας ὑπὸ βασιλεῖ κει-
μένης ἐξεῖναι αὐτῷ ἔλεγε κατ' ἐξουσίαν οἷς ἂν βούλοιτο ἐγχειρεῖν.
ὡς δ' ἰσχυρῶς ἐκεῖνος ἀνένευεν, ὁ δὲ τοιάδε ἐνενόει. σκηψάμε-
νος γράμματα ἐκ βασιλέως ἥκειν αὐτῷ ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐχώρει,
τοῖς ταῦτα κομίζουσιν ἐντευξόμενος ἐνταῦθά που παρὰ τὸν Ἴστρον
δέει τῷ ἐκ τῶν Οὔννων διατριβὴν ποιουμένοις. ἐπειδή τε ἐν-
V 103 ταῦθα ἐγένετο, περαιωσάμενος ἐπὶ Σίρμιον ἦλθεν. ὀλίγῳ δὲ
C ὕστερον καὶ Στέφανος ἐγγὺς ἁλῶναι τοῖς πολεμίοις ἐλθὼν φυγὰς
ἐς αὐτὸν παραγίνεται. τούτων ἀκούσας βασιλεὺς στράτευμα λό-
γου ἄξιον ἐπὶ Σίρμιον ἔπεμψε, τὸ μέν τι τὴν χώραν αὐτῷ τη-
ρῆσον (ὑποψίᾳ γὰρ ἐς τοὺς Οὔννους ἐχρῆτο πολλῇ μή τι καὶ πά-
λιν νεωτερίσαιεν), τὸ δὲ καὶ τῷ εὐπροσώπῳ τῆς τῶν οἰκείων
ἀσφαλείας καὶ Στεφάνῳ τὴν σωτηρίαν πραγματευσόμενον. ἦρχε
δὲ ταυτησὶ τῆς στρατιᾶς Μιχαὴλ ἐπίκλησιν Γαβρᾶς, ὃς καὶ αὐ-
τὸς βασιλέως γήμας ἀδελφιδῆν σεβαστὸς σὺν τῷ Χαλούφῃ τετί-

18. μέν τι] Cod. μέν τοι.

phem ibi cum exercitu relinquit, ut Stephano adesset, et prout res postularent negotia una cum eo expediret. ipse interim in fines Romanorum venit. non multo post, ubi accepit Hungarorum rex Stephanum adhuc in Hungaria morari, maioribus contractis copiis, rem totam bello decernere statuit. interea multis ubique de Stephani exercitu ad regem deficientibus, minuebantur illius vires; quo cognito, Chaluphes consilium ei dedit, ut relicta Hungaria in Sirmiensem agrum concederet: in ista enim regione imperatori subdita, posse illum aiebat pro arbitrio quae vellet moliri. sed illo pertinacius renuente, tale quid comminiscitur. literas imperatoris fingens sibi esse allatas, versus Istrum profectus est, ut eos qui illas attulerant ibique prae Hungarorum metu substiterant, conveniret. postquam eo pervenit, in Sirmiensem regionem traiecit. nec multo post Stephanus cum prope fuisset captus ab hostibus, fugiens ad illum accessit. ubi haec rescivit princeps, idoneum exercitum Sirmium mittit, tum ut conservaret sibi regionem istam (verebatur enim maxime ne Hungari iterum res innovarent) tum ut subditorum securitati et Stephani saluti consuleret. praeerat istis copiis Michaël cognomento Gabras, qui et ipse ex fratre Manuëlis neptim uxorem duxerat, et sebasti honore cum Chaluphe fuerat donatus. princeps vero Procopii

μηται. βασιλεὺς δὲ ἣν ἐκ τοῦ Σιρμίου Προκοπίου τοῦ μάρτυρος ἀνελόμενος ἔτυχε χεῖρα ἐπὶ τὸν ἐν Ναΐσῳ νεὼν ἄγων τῷ λοιπῷ ταύτην ἀπέδωκε σώματι, παλαιοῦ τοῦ χρόνου ἀπ᾽ αἰτίας ἀπορραγεῖσαν τοιᾶσδε. τὸ τῶν Οὔννων ἔθνος πολλὰ μὲν πολλάκις D τὴν Ῥωμαίων κατέδραμε γῆν, ὀλίγῳ δὲ ἔμπροσθεν τῆς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ βασιλείας Σίρμιόν τε εἷλε καὶ πολλὰς τῶν Παριστρίων ἀνδραποδισάμενος πόλεων ἄχρι καὶ ἐπὶ Ναΐσὸν ἦλθεν. ἔνθα τῇ τοῦ μάρτυρος τοῦδε ἱερᾷ περιτετυχηκότες σορῷ ὅλον μὲν ἀφαιρεῖσθαι τὸ σῶμα κεκρίκασιν οἶμαι ἀπάνθρωπον, τήν γε μὴν χεῖρα διελόμενοι ἀπεχώρησαν· ἐν Σιρμίῳ δὲ γεγονότες ἐπὶ τὸν τῇδε τοῦ μάρτυρος Δημητρίου κατέθεντο νεών, ὃν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ὁ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ διέπων ἐδομήσατο ἀρχήν. ἔνθα ταύτην εὑρὼν βασιλεὺς ἀνέλαβέ τε ἐκεῖθεν καὶ τῷ P 132 λοιπῷ, καθάπερ εἴρηται, φέρων ἀπέδωκε σώματι.

9. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἐκεῖνο τὸ ἔτος κατὰ Οὔννων τῷ βασιλεῖ πεπραγμένα τοιάδε τινὰ ἦσαν. ὁ δὲ Ἀλέξιον τὸν τοῦ δομεστίκου υἱέα, ὃς τὴν πρωτονοταρίου, ὥσπερ μοι πολλάκις ἐρρέθη, διεῖπεν ἀρχήν, σὺν ἀξίᾳ λόγου παρασκευῇ ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐξαπέστειλε γῆν, στρατηγὸν αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου τοῦδε καταστησάμενος. Νουραδίν τε γὰρ ὁ Βερροιαῖος σατράπης νίκαις ταῖς προλαβούσαις ἐπαρθεὶς ἐλπίσιν ᾤχεῖτο πόλεως οὐκ εἰς μακρὰν περιγεγονέναι Ἀντιοχείας, καὶ Τερόζης ὃς Ἀρμενίων ἐδυνάστευε τότε πολλὰς τῶν βασιλεῖ κατηκόων πόλεις Ἰσαυρικὰς δόλῳ ἥρπασε, τῷ Φερβηνῷ δυσμεναίνων Ἀνδρονίκῳ τῷ βασι- B

23. τῶν βασιλεῖ] Ita Heyse. Cod. τῷ βασιλεῖ.

martyris manum, quam ex Sirmio forte abstulerat, in Naisi templum adlatam, reliquo reddidit corpori, cum ea, quam dicturus sum, de causa ab eo olim fuisset avulsa. Hungarorum gens saepe Romanorum fines incursavit, et paulo ante quam imperaret Alexius Comnenus, Sirmium cepit multisque Transistrianis urbibus expugnatis Naisum usque pervenit. ibi in sanctum illius martyris incidentes feretrum, totum quidem inde corpus auferre inhumanum, ut arbitror, existimantes, sola manu ablata recessere: et Sirmium reversi, eam deposuere in templo Demetrii martyris, quod pridem exstruxerat is qui Illyricum praefectus regebat. eam igitur illic inventam sustulit inde imperator et reliquo, ut diximus, reddidit corpori.

9. Atque haec fere sunt, quae eo anno contra Hungaros gessit princeps. Alexium deinde domestici filium, qui protonotarii, ut saepius a me narratum est, munere fungebatur, magno instructum apparatu in Ciliciam misit et summum eius belli ducem constituit. quippe Nuradinus Berrhoeae Sultanus prioribus elatus victoriis potiundae quam primum civitatis Antiochenae spem conceperat, et Torosus, qui tum Armeniis imperabat, plurimas Isauriae urbes principi obnoxias dolo ceperat, Andronico Eupherbeno prin-

λέως ἐξαδέλφῳ καὶ Κιλίκων στρατηγοῦντι τῷ τότε. ἄλλα τε γὰρ πλεῖστα ἐπεκάλει τούτῳ καὶ δὴ καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ Στεφάνου ᾐτιᾶτο σφαγῆς. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Φρεδερίκῳ δὲ τῷ ῥηγὶ Ἀλαμανῶν ἐπὶ μέγα ἑκάστοτε τὰ τῆς δυνάμεως ἐχώρει καὶ ηὔξανεν. ἄλλων τε γὰρ ὡς πλείστων ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ κράτους ἐφρόντισε καὶ δὴ καὶ χρημάτων μεταπεποίηται μάλιστα, οὐκ εἰθισμένον τοῦτό γε αὐτῷ πρότερον. τοίνυν Μεδιόλανόν τε εἷλε πόλιν περιφανῆ, καὶ τὸ Λιγούρων εἴτ' οὖν Λαμπάρδων ἐτροπώσατο ἔθνος, ὁδῷ τε προϊὼν καὶ ἐπὶ τὰ ἐνδότερα τῶν ἑσπερίων ἐχώρει. καὶ ὁ μηδὲ τῶν ἔγγιστα πολέμῳ δεδυνημένος C περιγενέσθαι τὸ πρότερον, τότε καὶ τῶν ἀπωτάτω ἐκράτει. ἤδη δὲ καὶ Ῥώμῃ αὐτῇ πρὸς μάχην κατέστη. ὅθεν καὶ δι' ἐπιμελείας βασιλεῖ Μανουὴλ ἐγένετο, ὅπως ἂν τῆς ὁρμῆς αὐτὸν σχήσῃ, ὡς μὴ τὸ παραλόγως εὐημερεῖν καὶ ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτὸν τρέψειε, πολὺς ἐξ οὗ χρόνος λίχνον ἐπιρρίψαντα ταύτῃ ὀφθαλμόν. ὅθεν καὶ ἐπὶ μὲν ἔθνη τὰ τῇδε καὶ ὅσα κόλπου ἐντὸς ἵδρυται τοῦ Ἰονίου τῶν ἀσημοτέρων τινὰς ἀφανῶς ἐκπέμπων τῆς Φρεδερίκου τε αὐτὰ ὑπομιμνήσκειν ἐκέλευεν ἀπληστίας καὶ πρὸς ἀντίστασιν ἤγειρεν. εἰς δὲ τὸ Οὐεννέτων ἔθνος Νικηφόρον σὺν χρήμασι τὸν Χαλούφην ἔπεμπε, πειρασόμενόν τε τῆς εἰς αὐτὸν τοῦ ἔθνους εὐνοίας καὶ ἐπὶ τῷ Ῥωμαίοις συμφέροντι τὰ τῇδε D διοικησόμενον. Φρεδερίκος δὲ Ῥώμης ἤδη περιγεγονὼς ἄλλα τε πολλὰ ἐνεωτέρισε καὶ δὴ καὶ Ἀλέξανδρον τὸν τῇδε ἀρχιερέα τοῦ

1. *Κιλίκων*] Ita Duc. Cod. *λίκων*.

cipis cognato, Ciliciae tum praefecto, infensus. nam plurimis aliis eum criminibus insectabatur, ac caesi maxime fratris in eum culpam referebat. haec tum ibi gesta sunt. Frederico autem Alemannorum regi in dies augebatur in immensum potestas. cumque aliis multis imperium sibi corroborare sollicitus esset, ad id quoque pecunias quam plurimas avara votorum cupiditate congessit, quod alias facere non consueverat. igitur Mediolanum cepit, civitatem celebrem, et Ligurum sive Lombardorum gentem devicit: longiusque progressus in ipsa Occidentis viscera transiit. ita qui primum vicinos sibi hostes bello superare non potuerat, remotissimos etiam debellavit, ita ut Romae ipsi iam bellum intentaret. unde id praesertim principi curae fuit, quo pacto illius impetum reprimeret, ne tot immensi successus in Romanorum fines, quo iamdudum avidos oculos intenderat, illius arma converterent. eapropter ad gentes ibi sitas, et quae Ionium intra sinum adiacent, ignobilioribus quibusdam clam submissis, Frederici insatiabilem animum ob oculos ponens ad resistendum incitavit. ad Venetos autem Nicephorum Chaluphem cum pecuniis misit, qui istius nationis exploraret affectum et cetera quae Romanis conducerent ibi ageret. Fredericus interea Roma iam potitus tum alia multa innovavit, tum et Alexandrum, qui ea tempestate summus

θρόνου κατασπάσας Ὀκταβιανὸν ἀντεισῆξεν, ἐντεῦθεν οἶμαι τοῦ V 104
Ῥωμαίων αὐτοκράτορος προσαρμόσειν αὐτῷ τὸ ἀξίωμα οἰηθείς·
οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ὅτι μὴ βασιλεῖ Ῥωμαίων ἀρχιερέα προβεβλῆ-
σθαι τῇ Ῥώμῃ ἐφεῖται. τοίνυν καὶ ἐξότου ὀλιγωρίᾳ τῶν ἐν Βυ-
ζαντίῳ βασιλέων τὸ τοιοῦτον ἀπεσβήκει ἔθος, οὐδεὶς οὐδένα ἐν
Ῥώμῃ ἀρχιερέα καθίστη, ἀλλ' ἐπισκοπικῶν συνόδων καὶ τοῦ
κατὰ τὴν Ῥώμην ἀρχιερατικοῦ ταῦτα ἐτελεῖτο. ἀλλὰ Φρεδερί- P 133
κος τῇ αὐτοκράτορος πάλαι ἐποφθαλμίζων ἀρχῇ, καὶ τοῦτο δὴ
μέγιστον αὐτῆς γνώρισμα ὑφαρπασάμενος ἔδοξεν ἔχειν. ὁ δὲ καὶ
τῶν ἐπισκόπων ὑποποιησάμενος πολλοὺς ὑπὸ συνόδῳ δῆθεν ἐκύ-
ρωσε τὰ τοῦ νεωτερισμοῦ. τοῦτο ῥηξὶ τοῖς ἄλλοις ἔδοξε μὲν οὐκ
ἐπαινετόν, ἐδυνήθη δὲ οὐδεὶς Φρεδερίκῳ ἀντιπρᾶξαι δυνάμεως
ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντι, ὅτι μὴ βασιλεὺς χρήμασί τε καὶ μηχαναῖς
ἑτέραις ἐμποδὼν αὐτῷ κἀν τούτῳ ἐγένετο, Ἀλέξανδρον ἐπὶ τοῦ
θρόνου εἰσαῦθις καταστησάμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. ὁ
δὲ Χαλούφης, ἐπειδὴ πρὸς Ἐπιδάμνῳ ἐγένετο, ἐνταῦθα προστε-
ταγμένον αὐτῷ τὰ πλείω τῶν χρημάτων λιπὼν αὐτὸς ἐπὶ Οὐεν-
νέτους ναυσὶν ἦλθε πνεύματος ἐπιφόρου τυχών, τῷ τῆς χώρας B
τε δουκὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἐν τῷ ἔθνει τούτῳ λογίμων εἰς λό-
γους ἐλθὼν ἔλεξε τάδε. "Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ὑπολαβέτω
δέει τοῦ μὴ τὸ ἐς τὴν Ῥωμαίων εὔνουν βασίλειαν προήσεσθαί
ποτε τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν πρὸς βασιλέως ἐνταῦθά με ἀφῖχθαι,
στηρίξοντα τὸ ὑμῶν ἴσως ὀκλάζον τῆς γνώμης. μὴ γὰρ οὕτως

23. στηρίξοντα] Cod. στηρίζοντα.

pontifex erat, throno deiecit et Octavianum substituit: inde, ut opinor, arrogare sibi Romanorum imperatoris volens potestatem. nulli enim alii praeterquam Romanorum imperatori summum Romae pontificem licet praeficere. ex quo enim propter Byzantinorum imperatorum neglectum is mos abolitus est, nemo quemquam Romae constituit pontificem, sed is per episcoporum et Romani cleri antistitum concilium creabatur. Fredericus autem imperatoriae iam olim inhians dignitati, hoc sibi si arrogasset, praecipuum illius argumentum habere sibi videbatur. verum ille conciliatis compluribus episcopis, quodcumque novi peregerat per synodum confirmari curavit. id regibus ceteris haud placuit. nemo tamen ad resistendum Frederico, qui ad id potestatis et virium pervenerat, idoneus fuit nisi imperator, qui pecuniis artibusque aliis et in hoc quoque illi obstitit, et Alexandrum rursus in thronum imposuit. sed de iis postea. Chaluphes vero cum Epidamnum accessisset, relicta ibi sicuti imperatum erat maiori pecuniarum parte, ventum secundum nactus ad Venetos navigio pervenit: et in colloquium veniens cum regionis duce aliisque in ista gente viris illustribus, huiusmodi orationem habuit: "nemo vestrum existimet, viri, me, quia metuimus ne vestra fluctuet erga Romanum imperium benevolentia, ideo huc missum esse ab imperatore, ut labantes vestros animos erigam ac confirmem. neque enim futurum arbitror,

αὐτοί τε ἀγεννῶς καὶ ἀναξίως τοῦ ὑμῶν αὐτῶν σχοίητε γένους, καὶ βασιλεὺς τῆς περὶ ὑμᾶς πάλαι διαμάρτοι δόξης. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῶν ἄλλων, ὅσοι ὑπὸ τὴν παλάμην τελοῦσι τὴν αὐτοῦ, ὑμῖν μάλιστα εἰς εὐγνωμοσύνην τεθαρρηκὼς εἴη, πρώτην διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν ὑμῖν ἐπιδείξασθαι ἔγνω. αἰσχρὸν μὲν
C γὰρ χρῆσθαι τοῖς ὑπηκόοις εὐημεροῦσι, δυσπραγούντων δὲ ἀπροσποιεῖσθαι τὴν σωτηρίαν. ἵνα τοίνυν μὴ καὶ ὑμῖν σὺν ἄλλοις, ὅσοις οὐ τῆς βασιλέως μέτεστιν εὐμενείας, βεβιάσθαι παρὰ Φρεδερίκου συμβαίη, ἀνδρὸς ὑπὸ φιλαρχίᾳ καὶ τὰ χρόνῳ καὶ ἔθει κεκρατηκότα μακρῷ διαλύειν πόνῳ οὐδενὶ φιλονεικοῦντος, ἐμὲ παρ᾽ ὑμᾶς ὡς ὁρᾶτε ἔπεμψε πάντα παρεξόμενον ὅσων ἂν τυχεῖν παρ᾽ αὐτοῦ δέησθε. καὶ τὴν ἐν Μεδιολάνοις γάρ ποτε βασιλέως συμπράξαντος πρὸς Φρεδερίκον τόνδε διαράμενοι μάχην ἴστε ὅπως αὐτοῦ ἐκρατήσατε. δι᾽ ἃ καὶ δι᾽ ἀπεχθείας αὐτὸς βασιλεῖ φέρεται, ἀλογίστῳ τε πιστεύων εὐπραγίᾳ καὶ Ῥωμαίων οὐδὲν προσῆκον αὐτοκράτωρ κεκλῆσθαι ἀξιοῖ, οὐκ εἰδὼς
D ὡς τὰ τῆς τύχης παράλογα ἅτε οὐκ ἐπ᾽ ἀσφαλοῦς βεβηκότα τῆς ἕδρας ταχὺ καταρρεῖν εἴωθε. δι᾽ ἃ μὲν οὖν αὐτὸς ἐφ᾽ ὑμᾶς ἦλθον, ταῦτά εἰσι. μελήσει δ᾽ ὑμῖν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐξάγειν, ὅσα παρὰ βασιλέα πέμψαντες ἔναγχος διωμολογεῖτε. ἔφατε τοίνυν τὰς ἀγχιγείτονας ἡμῖν παραστήσασθαι πόλεις Λιγούρων, εἰ καί τις ἐκ Βυζαντίου ἔργου συλληψόμενος ὑμῖν ἔλθοι. ὃ δὴ καὶ γέγονεν, ὥσπερ ὁρᾶτε." Νικηφόρος μὲν τοσαῦτα εἶπεν, Οὐέν-

4. πρώτην] Fort. πρώτοις. 9. φιλαρχίᾳ] Malim φιλαρχίας.

ut aut vos ipsi tam degeneres et vestra indignos gente praestetis, aut ab ea quam de vobis pridem concepit opinione recedat imperator. quandoquidem vero inter omnes qui sub illius potestate sunt populos, in vestra benevolentia potissimam habet fiduciam, eapropter et suam sollicitudinem vobis primum indicare atque ostendere statuit. turpe enim est subditis quidem uti felicibus, infelicium vero posthabere salutem. ne igitur vobis, ut et ceteris qui imperatoris amicitia non fruuntur, vis aliqua a Frederico inferatur, viro imperandi percupido et quae tempore et longa saeculorum consuetudine stabilita sunt convellere nullo labore satagente, me, uti videtis, ad vos misit, praebiturum omnia, quae ab ipso poposceritis. nostis enim, ut aliquando ad Mediolanum, adiuvante principe, praelio cum Frederico isto commisso victores evaseritis: unde et imperatorem exosum habet, stolidaeque confisus socordiae, Romanorum sese imperatorem, nullo licet iure, vocari vult: nesciens extraordinarios fortunae successus, cum soliditate nulla fulciantur, cito solere diffluere et evanescere. atque ea sunt quorum gratia ad vos veni: vestrum autem erit illa conficere, quae nuper per legatos cum imperatore pepigistis. dicebatis namque adiungendas fore vicinas Ligurum civitates, si modo aliquis Byzantio, qui vobiscum rem capesseret, adventaret: quod et factum est, uti videtis." haec quidem dixit Nicephorus.

νετοὶ δὲ τοὺς λόγους εἰσδεξάμενοι ἐπιτελῆ πάντα ποιήσειν ὑπέ-
σχοντο. καὶ δὴ Κρεμὼν τε καὶ Παταβία καὶ πλεῖσται ἄλλαι
τῶν ἐν Λιγούροις περιφανεστάτων πόλεων βασιλεῖ προσεχώρησαν. P 134
ἐν μὲν δὴ Ἰταλίᾳ ταῦτα βασιλεὺς ἔπρασσεν, οὔπω μέντοι ἐπιδή-
λως· τὸ γὰρ ἐς Φρεδερίκον ἔχθος ἐγκρυφιάζειν ἔτι ἤθελεν.

10. Ὁ δὲ τῶν Παιόνων ῥὴξ Σίρμιόν τε αὖθις Ῥωμαίους V 105
ἀφελόμενος ἔσχε καὶ Ζευγμίνου αὐτοῦ ἤδη μετεποιεῖτο. ταῦτα
πυθόμενος βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ τοιάδε. "οὐ δίκαια ποιεῖς,
ὦ εὐγενέστατε, ὅρκους ἀτιμάζων, οὓς ἔναγχος κράτει τῷ ἡμετέ-
ρῳ Σιρμίου τε ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ὀμωμοκὼς ἔφθης. ἴσθι
τοίνυν (τὸ γὰρ μακρολογεῖν ὑποτέμνει τῶν σοι πεπραγμένων ἡ
ἐπίδειξις) ὡς εἰ μὴ θᾶττον ὧν οὐδέν σοι προσήκει ἀπαλλαγῇς,
οὐ τόσα δράσεις Σίρμιον ἀφελών, ὅσαπερ ἂν αὐτίκα πείσῃ, B
ὁπότε Ῥωμαῖοι πᾶσαν καὶ πάλιν τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέχοιεν τὴν σήν.
ἢ λέληθέ σε ὁπόσων Οὐννικὴ μυριάδων ἐψίλωτο πρότερον πρὸς
πατρὸς τοῦ σοῦ τῇ Ῥωμαίων προσκεκρουκότος ἀρχῇ; ἀλλ' ἐκεί-
νων μὲν ἡ τῶν πεπραγμένων μετάνοια σώτειρα γέγονε φθάσασα,
σοὶ δὲ ὅρα μή ποτε οὐχὶ καὶ μεταμέλῳ γεγονότι ὄνησις ἔσται οὐ-
δεμία. τὸ γὰρ τῆς δίκης ξίφος διὰ πολλῶν ἤδη τεθηγμένον διὰ
τοσούτων δὴ καὶ πρὸς ἀμβλύτητα στρέφεσθαι πέφυκε. καὶ οὐκ
ἄν τις οἶμαι πρότερον ἁπάντων τὴν τομὴν ἐκφεύξοιτο." τὰ μὲν
δὴ τοῦ βασιλέως ἐν τούτοις ἦσαν, Στέφανος δὲ ἐν ὀλιγωρίᾳ τοὺς
λόγους ποιούμενος ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς καὶ πάλιν ἦν. διὸ δὴ καὶ πᾶσι C

Veneti autem excepta illius oratione, omnia se exsecuturos polliciti sunt. sed et Cremona et Patavium, compluresque aliae in Liguria celeberrimae civitates principis partes sunt amplexae. haec in Italia ab imperatore acta sunt, non aperte quidem: nam conceptum adversus Fredericum odium tegere adhuc cupiebat.

10. Dum haec geruntur, Hungarorum rex Sirmium iterum Romanis abstulerat ipsique imminebat Zeugmino. quod ubi accepit princeps, scriptas in hanc sententiam literas ad illum misit. "non iuste agis, vir nobilissime, dum sacramenta quae nuper de Sirmio aliisque locis maiestati nostrae dedisti infringis. scias igitur (longiori enim te detinere oratione prohibent quae a te acta sunt) quod nisi primo quoque tempore ab iis, quae tui non sunt iuris, decedas, non tanta te effecturum Sirmium eripiendo, quanta confestim passurus es, cum tuos vicissim fines ferro et incursionibus vastabunt Romani. an te fugit quot olim millium iacturam primum fecerit Hungaria, cum pater tuus Romanum imperium offendisset? sed enim horum delictorum poenitentia salutaris ipsi fuit. tu vero vide, ne et poenitere perinde tibi inutile sit et infructuosum. iustitiae quippe gladius quamvis iamdudum exacutus, hoc uno maxime modo quandoque ad hebetudinem solet redire. secus haud scio an quisquam omnium eius aciem effugerit." talis erant argumenti principis literae: quibus neglectis Stephanus prioribus rursum insistebat consiliis.

τρόποις ἐπὶ τὸν κατ᾽ αὐτοῦ πόλεμον ὁ βασιλεὺς ἔβλεψεν, Στέ-
φανόν τε τὸν πατράδελφον, οὐ πρότερον τοῦτο βεβουλημένος,
ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὖθις καθιστᾶν ἤθελε. καὶ δὴ Μανουὴλ μέν,
ὃς ἐς Κομνηνοὺς τὸ γένος ἀνέφερεν, εἰς τὸ τῶν Ταυροσκυθῶν
ἀφίκετο ἔθνος, ὁμολογιῶν τὸν ἄρχοντα σφῶν ἀναμνήσων, ἃς
διωμότους ἤδη τῷ βασιλεῖ ἔθετο, πρὸς δὲ καὶ τὴν πρὸς Ἱερό-
σθλαβον τὸν Γαλίτζης ἡγεμονεύοντα φιλίαν αὐτῷ διονειδίσων.
Ἱερόσθλαβος γάρ τά τε ἄλλα ἐς Ῥωμαίους παρασπονδήσας ἔτυ-
χε, καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικον, οὗ πολὺν ἤδη ἐποιησάμεθα λόγον,
τῆς ἐν παλατίῳ φρουρᾶς ἀποδράντα, ἔνθα ἐνναέτης οἶμαι κα-
D θεῖρκτο, προσιόντα αὐτῷ ἐδέξατο καὶ φιλοφροσύνης ἠξίωσεν.
ὅπως δὲ Ἀνδρονίκῳ τὰ τοῦ δρασμοῦ γέγονεν, ἄρτι δηλώσω.

11. Οὗτος καὶ ἄλλοτε μὲν ἤδη λαθὼν δαιμονίῳ τινὶ
τρόπῳ τὴν εἱρκτὴν ὑπεξέδυ, ἀλλὰ τὸ χρῆναι οἶμαι καὶ εἰσέτι
τὰς τῶν πεπραγμένων ὑπέχειν εὐθύνας εἰς χεῖρας αὖθις τοῖς ζη-
τοῦσι πόνῳ οὐδενὶ τὸν κακοδαίμονα ἐτίθει. καί ποτέ φασι Σαγ-
γαρέως ἄχρι ποταμοῦ γεγονώς, τῆς ἐκ τοῦ ψύχους ἀνάγκης ἐπει-
γούσης, δωμάτιόν τι ὑπῆλθε λυπρὸν καὶ ἅμα ἔκδηλος τοῖς τῇδε
ἀνθρώποις ἐκ τοῦ σχήματος ἐγένετο. σεσόβητο γὰρ ἀεὶ φύσει
P 135 καὶ γοργόν τι καὶ ἐντρεχὲς ἔβλεπεν, ὡς ἂν οἶμαι τῶν ψυχικῶν
αὐτῷ κινημάτων ἐκδυομένων ἤδη καὐτοῖς ἐκτός. περιστάντες τοί-
νυν αὐτὸν οἱ ἀγροιῶται πολλὰ ἀναινόμενον ὡς οὐκ Ἀνδρόνικός

6. διωμότους] Cod. διομοτούς. *ibid.* τὴν πρὸς] Ita Heyse: in Cod. deest πρός. 9. ἐποιησάμεθα] Cod. ποιησόμεθα. correxit Duc. 21. καὐτοῖς] Fort. κἂν τοῖς.

quapropter ad bellum illi inferendum totus incubuit imperator et, quod prius noluerat, Stephanum patruum iterum in regnum restituere decrevit. sed et Manuël quidem, qui a Comnenis genus referebat, ad Tauroscytharum gentem perrexit, ut pactorum quae sacramentis cum imperatore sanciverat memoriam illi princeps revocaret: insuper etiam erga Hieroslaum Galitzae principem amicitiam ipsi exprobraturus. Hieroslaus enim, cum et alia multa in Romanos praeter foederis leges fecisset, tum et Andronicum, de quo iam plurima commemoravimus, e carcere palatii, in quo iam novem ut credo detentus annos fuerat, profugum et ad se venientem comiter exceperat. qua vero ratione effugerit Andronicus, nunc expediam.

11. Ille non semel miro quodam modo e carcere iam evaserat. sed quod oportebat eum, ut opinor, deinceps sustinere facinorum poenas, in persequentium manus miser nullo negotio rursum venit. cum aliquando, ut aiunt, ad Sangarium usque fluvium pervenisset, vi frigoris adactus agreste quoddam subiit tugurium et continuo ab incolis ex corporis forma fuit agnitus. natura enim concitatior erat, visuque acri ac volubili, animi quippe affectionibus extrinsecus etiam apparentibus. qui ergo circumstabant rustici multum renitentem seque Andronicum esse pernegantem vinctum denuo By-

τε εἴη ἰσχυριζόμενον ἔδησάν τε καὶ ἐς Βυζάντιον ἄγοντες ἦλθον, αὖθίς τε τὰ κλοιὰ καὶ τὸ δωμάτιον αὐτὸν εἶχεν. ἀλλὰ τελευταῖον κηρῷ τὰς κλεῖδας μεταλαβὼν ἔς τε τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν ἔπεμψεν. οἱ δὲ συνειδόσι πρὸς τοῦτο καὶ ἄλλοις χρησάμενοι σιδήρού ταύτας εἰργασμένοι ἔπεμψαν αὖθις αὐτῷ. ὁ δὲ ἐπειδὴ ταύτας ἔλαβεν, ἄρτι δεδυκότος φασὶν ἡλίου, καθ᾽ ὃν ξυνέκειτο ταῦτα καιρόν, ἐρημίαν τῶν φυλάκων τηρήσας ἐξῄει. ἔστι δέ τις αὔλιος ἐχόμενος τοῦ τειχίου, ἐν ᾧ δὴ καθεῖρκτο. ἔνθα ἅτε ὀλίγα πατουμένου τοῦ χώρου βοτάναι τινὲς αὐτόματοι φυό- B
μεναι ἐπὶ πλεῖστον ἀνέτρεχον μῆκος. ἐνταῦθα ἐκδραμὼν ἅτε λαγὼς ἐκρύψατο τὸ σῶμα συστείλας ἐπὶ βραχύ. ἐπεὶ δὲ νὺξ ἤδη ἦν καὶ ἔδει τοὺς ἐξ ἔθους αὐτῷ νυκτοφυλακήσοντας περιστήσεσθαι τὴν φρουράν, προσιὼν ὁ τὴν τήρησιν πρὸς βασιλέως ἐπι- V 106
τετραμμένος τὴν αὐτοῦ τάς τε φυλακὰς ἔταττε καὶ τὰ κλεῖθρα ἀνασείων, ὅπερ ἑκάστης αὐτῷ ἐπὶ ὕπνῳ χωροῦντι εἴθιστο ἡμέρας, ἐπειρᾶτο εἰ μή τι κακουργηθείη γνῶναι. ὡς δὲ παντάπασιν ἀνεπιβούλευτα ταῦτα ἔγνω, ἀπιὼν τὸ λοιπὸν ἐς ὕπνον κατέδαρθεν. Ἀνδρόνικος γὰρ δείσας μὴ ἀνακεκλιμένῃ τῇ πύλῃ περιτυχὼν ὁ Κλάδων (τοῦτο γὰρ ἐπίκλησις ἔκειτο τῷ ἀνδρὶ) ταχὺ ἐς τὴν ζήτησιν τὴν αὐτοῦ κατασταίη, αὖθις αὐτὴν ἐπιθεὶς ἀσφαλι- C
σάμενός τε ἀνεχώρησεν, ἐπειδή τε ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἤδη ἐγένετο ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς αὐλίου ἐλθών, οὗ δὴ τελευτῶσαν αὐτὴν τειχίον ὑπερείδει, μετέωρον μὲν οὐ πάνυ τι ὂν τοσούτῳ δὲ τῆς

8. ἐχόμενος] Nonne ἐχομένη? 12. νυκτοφυλακήσοντας] Cod. νυκτοφυλακήσαντας (o superscr.).

zantium reduxere, ubi iterum compedibus et carcere multatus est. ad ultimum vero expressas in cera claves ad coniugem filiumque mittit, qui et aliis ad hoc ipsum assumptis consciis, ex ferro confectas ad eum remittunt. iis acceptis statim post solis, ut aiunt, occasum, quod tempus ad id peragendum praefinitum fuerat, observata custodum absentia, e carcere evasit. est vero quoddam domicilium muro adiunctum, in quo custodiebatur: ubi, utpote rarius conculcata terra, herbae aliquae sponte altius succreverant, in quas cum elapsus se recepisset, contracto quam maxime corpore leporis instar delituit. cum ergo nox iam adesset, tempusque quo qui vigilias ex more obeunt, custodias lustrare solent, procedens is, cui demandata ab imperatore illius custodiendi cura fuerat, vigilibus positis, serisque concussis, quod singulis diebus priusquam dormitum concederet facere solebat, exploravit an etiam aliquid ille mali esset machinatus. sed ut ea omnino procul ab omni dolo esse advertit, inde egressus somno se daturus abiit. Andronicus enim veritus ne si portam offendisset apertam Cladon (id enim homini nomen erat) continuo insequeretur et se perquireret, illa iterum clausa et obserata abscesserat. mox intempesta iam nocte ad extrema domicilii istius

ὑγρᾶς ἀφεστώς, ὅσῳ πνεύματι θυμομαχοῦσαν νοτεραῖς αὐτὸ πολλάκις ἐπιῤῥαπίζειν παλάμαις. ἐντεῦθεν καλῴδιόν τι ἐξῆπτε λαβόμενός τε αὐτοῦ καθεῖτο εἰς τὴν ἀκτήν. ἔνθα καὶ πάλιν βλοσυροῖς τοῖς προσώποις δεδεξαμένη τοῦτον ἡ τύχη βραχὺ εἶτα προσεμειδία καὶ ἀνεῖτο πρὸς χάριν, θρυπτομένη πως καὶ διαφανῶς παίζουσα. τῶν γάρ τις ἐν παλατίῳ φυλάκων, οἵπερ ἐξ **D** *ἔθους ἀεὶ διεσκηνημένοι κάθηνται ὑπὲρ τῶν πύργων ἐκ περιτροπῆς τινος ἐπιθωΰσσοντές τε ἀλλήλοις καὶ τακτὸν ὅ τι δὴ ἐπιφωνοῦντες ῥημάτιον οὕτω τε ἐγρηγόρασι μάλιστα, ἐπειδὴ τοῦτον εἶδε, προσιὼν ὅστις ποτὲ εἴη διεπυνθάνετο ἀνειπεῖν. ὁ δὲ δεσμώτης εἶναι ἔφασκε τῶν ἐν παλατίῳ πρὸς τοῦ Παπίου ἐπ᾽ αἰτίαις ἐχομένων χρηματικαῖς, καὶ "εἴ γε ἀφήσεις με" ἔφη "ἀπιέναι, αὕτη δή σοι παρ᾽ ἐμοῦ χάρις ἔσται." καὶ ἅμα λέγων τὸ ἐπικόλπιον αὐτῷ ἐξαγαγὼν ἐδείκνυ φυλακτήριον. ὁ δὲ (τῶν γὰρ ἀγροικικῶν τις ἦν καὶ τοῖς πενίας ἔργοις ἐμάχετο διηνεκῶς), ἐπειδὴ τὰς* **P 136** *ὄψεις αὐτῷ κατέστραψεν ὁ χρυσός, λαβὼν τὸ χρῆμα Ἀνδρόνικον ἀφῆκε φέρεσθαι. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸ ληψόμενον τοῦτον ἀκάτιον οὐ μακρὰν ἀποσαλεῦον προσῄει· καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐπ᾽ οἶκον ἐκόμισαν, ἔνθα τὰς πέδας ἀποσεισάμενος, αἳ τὼ πόδε εἶργον αὐτῷ, ἀνέβη τε εἰσαῦθις τὴν ναῦν καὶ διαπλωισάμενος ἔξω τειχέων ἐγένετο. ἔνθα ἵππους εὑρών, οἳ ἐν παρασκευῇ ἐτύγχανον αὐτῷ ὄντες, ἐπέβη τε καὶ ἀπιὼν ᾤχετο. Ἀνδρόνικος μὲν δὴ οὕτω τῆς εἱρκτῆς ἀποδρὰς ἐπὶ Ταυροσκύθας ἦλθεν. ἡμῖν δ᾽ ἀνακτέον τὸν λόγον ἐπὶ τὰ πρότερα.*

4. *δεδεξαμένη*] *διαδεξαμένη?* 21. *ἐτύγχανον*] Cod. *ἐντύγχανον.*

venit, qua parte muro insistit non quidem excelso omnino, nec tamen tantum a mari remoto, quin illud ventis australibus agitatum saepe eum undis fluctibusque suis pulset. hoc ille in loco appenso fune eoque apprehenso in littus sese demisit. ibi torvo vultu illum excipiens paulisper fortuna, arridere demum et quasi manifestius colludere visa est. quidam enim de palatii excubitoribus, qui semper permutatis ex more vicibus stationes in turribus tenent, certum aliquod sibi invicem inclamantes verbum, sic vigilias suas obeunt, ut illum vidit, accedens quis esset percunctatus est. ille unum se ex vinctis esse dixit, qui in palatio ob aes alienum a Papia detinebantur et "si me sinis abire" inquit "haec tibi a me gratia referetur;" continuoque quod pectori appensum gestabat phylacterium eductum ostendit. is vero (erat enim homo agrestis et qui cum paupertate perpetuo colluctabatur), simul atque illius oculos aurum perstrinxit, eo accepto, Andronicum abire passus est. scapha interim, quae haud procul aberat, illum exceptura accessit, qua conscensa domum relatus est. ibi exutis compedibus quae pedes constrinxerant, rursum ingressus est navem, eaque vectus extra muros traiecit. illic paratos ad hoc ipsum inveniens equos conscendit et abscessit: sic quidem evadens e carcere Andronicus ad Tauroscythas pervenit. nunc autem ad ea quae supra retulimus, reducatur oratio.

12. Τῶν εἰρημένων τε ἕνεκα ὁ Μανουὴλ παρὰ Πριμίσθλαβον ἦλθε καὶ ὅπως χεῖρα ἐκεῖθεν σύμμαχον ἐπὶ Ῥωμαίους B ἄξῃ. ἐπέσταλτο γὰρ αὐτῷ καὶ Ῥωσισθλάβῳ τῷ καὶ αὐτῷ ἐπὶ Ταυροσκυθικῆς ἄρχοντι περὶ συμμαχίας διειλέχθαι. καὶ μέντοι καὶ τετύχηκε τοῦ κατὰ σκοπόν. ὑπερφυῶς γὰρ ἡσθέντες ὅτι δὴ τηλικούτῳ ἐς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἐχρήσατο πρεσβευτῇ, ὑπέσχοντο ἐπιτελῆ πάντα ποιήσειν ὅσα τῷ βασιλεῖ βουλομένῳ ἦσαν. οὐ μὴν οὐδὲ Ἱερόσθλαβον διὰ ταῦτα βασιλεὺς περιεῖδε· μηχαναῖς δὲ καὶ τοῦτον ἑτέραις κατὰ Στεφάνου ἐξεπολέμωσεν, ἐπιστείλας αὐτῷ οὑτωσί. "οὐ μιμησόμεθά σου τὴν ἀστοργίαν, ἣν οὐδὲν δέον εἰς ἡμᾶς ἐπεδείξω, λόγων τε καὶ συνθηκῶν τῶν πρώην ἤδη ὀμωμοσμένων σοι κατωλιγωρηκώς. ἀλλά σοι τὰ ἔσχατα διυβρίσθαι κινδυνεύοντι ὑπ᾽ ὄψιν τὰ τῆς ὕβρεως τίθεμαι. ἴσθι τοίνυν ἀνδρὶ παῖδα συνοικίζων τὴν σὴν τῷ ῥηγὶ Παιόνων κακοήθει τε καὶ δεινῶς C ἀβεβαίῳ τὴν γνώμην ὄντι· δίκης γάρ ποτε ἢ ἀληθείας ἐντροπὴν πεποίηται οὐδεμίαν. ἀνθρώπῳ δὲ ἀπολύτῳ φύσεώς τε καὶ νόμων ὡς ἐπίπαν φερομένῳ πάντα ποιεῖν οἶμαι ῥᾴδιον. οὐκοῦν οὐδὲ ξυνοικήσει σοι Στέφανος τῇ θυγατρί, οὐδέ τι ἄλλο τῶν κατὰ νόμον ἐπὶ ταύτῃ διαπράξεται. εἰ δὲ καὶ ξυνοικήσει, ἀλλ᾽ ὅσα καὶ V 107 τριοδίτιδι ταύτῃ προσενεχθήσεται. ὁ γὰρ ἐς τὸ ἡμέτερον οὕτω κράτος ἁμαρτὼν ὅρκους τε ὡς ἐν παιδιᾶς λόγῳ τοὺς ἔναγχος ὀμωμοσμένους αὐτῷ λογίζεσθαι ἀπαναισχυντῶν, συλλόγισαι τί οὐκ ἂν ἐπὶ σὲ ποιήσειν ἀπανθρωπεύσεται." τούτων ὁ Πριμίσθλαβος σὺν

12. Propter haec igitur quae diximus Manuēl ad Primislaum venit, et ut auxiliares copias ibi pro Romanis contraheret. sed et missus est ad Rosislaum, qui et ipse Tauroscythicae imperitabat, de ineunda armorum societate cum eo acturus. resque illi ex voto successit. maxime enim gavisi quod tam illustri eos dignatus esset legato, omnia quae vellet princeps se facturos ultra polliciti sunt. neque ideo tamen Hieroslaum despexit imperator, sed arte alia adversus Stephanum concitavit, missis huiuscemodi ad ipsum literis. "non imitabimur tuam ingratitudinem, quam nulla ad id impellente necessitate erga nos exhibuisti, neglectis promissis pactisque iis, quae nuper sanciveras: sed tibi, ultima nos iniuria afficere paranti, ob oculos eam proponimus. scias igitur, dum filiam tuam Hungariae regi uxorem tradis, illam te iungere viro maligno, animoque valde instabili. iustitiae enim seu veritatis nullum unquam respectum habuit. hominem autem qui nec naturam nec leges reveretur, suoque prorsus fertur arbitrio, omnia exsequi posse haud aegre existimo. proinde neque filiam tuam ducet Stephanus, neque aliud quidpiam legibus consentaneum, quantum ad illam spectat, exsequetur. quod si eam ducat, vulgaris cuiusdam et velut e trivio adductae feminae loco habebit. qui enim maiestatem nostram tantopere offendit et sacramenta nuper data pro ludo habere non erubuit, cogita quam in te inhumanitatem non sit commissurus." his cum barbara quadam simplicitate

D βαρβάρῳ τινὶ ἀφελείᾳ τῶν λόγων ἀκούσας ἑάλω τε αὐτίκα καὶ ὡς πολέμιον τὸν γαμβρὸν ὑπεβλέπετο, κατ' αὐτοῦ τε Ῥωμαίοις στρατεύουσι παντὶ τρόπῳ συναίρεσθαι ὡμολόγει. ἔστι δέ τις ἐν Ταυροσκυθικῇ πόλις ὄνομα Κίαμα, ἣ πόλεών τε ὑπερκάθηται τῶν ἄλλων ὅσαι τῇδε ἵδρυνται, καὶ ὅσα καὶ μητρόπολις τῷ ἔθνει τούτῳ τυγχάνει οὖσα. ἀρχιερεύς τε γὰρ ἐκ Βυζαντίου παρ' αὐτὴν ἥκει, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἐς πρεσβεῖον φέρουσι κατεξαίρετον αὐτῇ μέτεστιν. ὁ δὴ καὶ ταύτης ἡγεμονεύων τῆς χώρας Στεφάνῳ καὶ αὐτὸς πολεμήσειν συνθέμενος ὅρκοις τὰ δεδογμένα ἐπέρρωσεν. ἐν

P 137 ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Φρεδερίκος ὁ Ἀλαμανῶν ῥὴξ ἰσχυρῶς ἀντιπράττοντος ἐς τὰ πρὸς δύοντα ἥλιον τοῦ βασιλέως ἤδη αἰσθόμενος, τὰ διάφορα λύσας Ῥωμαίοις ἐσπείσατο, πόλεμόν τε κατὰ Στεφάνου διενεγκεῖν καὶ αὐτὸς τῷ βασιλεῖ διωμολόγηκεν. οὐ μὴν οὐδὲ Ἐρρίκος ταύτης ἀπεῖναι ἤμελλε τῆς μάχης, ὃς Θεοδώρᾳ τῇ βασιλέως ξυνῴκει ἀδελφιδῇ, ὥσπερ ἤδη πολλάκις ἐρρήθη, ἀλλὰ Σκυθῶν ἀπειροπληθὴς στρατιὰ καὶ Σερβίων τῶν Ῥωμαίοις κατηκόων ὅτε σουλτὰν κατὰ τὰ ξυγκείμενα δυνάμεις αὐτῷ τὰς ξυμμαχίδας ἔστελλε, καὶ βαρεῖά τις ἁπανταχόθεν ἤθροιστο χείρ. κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Βλαδίσθλαβος, εἷς ὢν τῶν ἐν Ταυροσκυ-

B θικῇ δυναστῶν, σὺν παισί τε καὶ γυναικὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει τε τῇ πάσῃ αὐτόμολος ἐς Ῥωμαίους ἦλθε, χώρα τε αὐτῷ παρὰ τὸν Ἴστρον δεδώρηται, ἣν δὴ καὶ Βασιλίκᾳ πρότερον τῷ Γεωργίου παιδί, ὃς τὰ πρεσβεῖα τῶν ἐν Ταυροσκυθικῇ φυλάρχων εἶχε,

4. *Κίαμα*] Duc. suspicatur *Κιόβα*.

auditis sermonibus, captus est continuo Primislaus, et generum velut hostem aversatus bellum ei inferentibus Romanis omni se affuturum auxilio professus est. est vero in Tauroscythica regione civitas nomine Kiovia, quae omnes alias illic sitas praecellens metropolis est totius gentis. episcopus Byzantio missus illi praefici solet, gaudetque ceteris omnibus, quae ad excellentiorem conferunt praerogativam. huius itaque regionis princeps bellum et ipse contra Stephanum suscepturum se pollicitus, pacta iureiurando firmavit. dum haec geruntur, Fredericus Alemannorum rex, ubi in Occidente strenue se gerere imperatorem rescivit, diremptis simultatibus et pace cum Romanis inita, se quoque belli adversus Stephanum socium fore principi paciscitur. neque abfuturus ab hoc bello erat Henricus, qui, ut saepius a me narratum est, Theodoram imperatoris ex fratre neptim uxorem duxerat: ad haec Scytharum innumerabilis exercitus et Serviorum Romanis obnoxiorum; ipseque Sultanus secundum initorum pactorum leges copias auxiliares submissurus erat: et aliae undecumque validae copiae cogebantur. sub idem tempus Vladislaus etiam, unus e principibus Tauroscytharum, cum liberis et uxore et omnibus viribus ultro ad Romanos venit. regio illi versus Istrum concessa est, quam antea Basilicae Georgii filio, qui ceteros Tauroscythicae phylar-

προσελθόντι βασιλεὺς ἔδωκε. τηνικαῦτα καὶ Οὐέννετοι στόλῳ τριήρεων ἑκατὸν Ῥωμαίοις ἐς τοὺς κατὰ θάλασσαν συναίρεσθαι ὡμολόγησαν πόνους, τὰς πρότερον τὸ δεύτερον ἀνανεωσάμενοι ξυνθήκας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φρεδερίκῳ τῷ Ἀλαμανῶν ῥηγὶ πᾶσί τε ἄλλοις τοῖς ἀνὰ τὴν ἑσπερίαν λῆξιν ἀπεναντίας διὰ βίου ἰέναι ἢν ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύοιεν, πίστεις ἔδοσαν.

13. *Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἑσπέραν τῇδε ἐφέρετο. Βαλδουῖνος δὲ ὁ Παλαιστίνης ῥὴξ ἀδελφιδῇ τοῦ βασιλέως ξυνοικῶν ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. ἅτε δὲ αὐτοῦ ἄπαιδος τὸν βίον ξυμμετρη-* C
σαμένου, ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἡ τῆς χώρας μετῆλθεν ἐπικράτησις, ὃς ἄρτι ταύτην ἀναλαβών, πέμψας ἐς βασιλέα ᾐτεῖτο κήδους καὶ αὐτὸς τοῦ ἐκ Ῥωμαίων τυχεῖν, ἅμα τε καὶ γνώμης πειρᾶσθαι ἤθελε τῆς αὐτοῦ ὅπως ποτὲ περὶ Ἀντιοχείας ἔχει. Ἀντιοχεῖς γὰρ ἅτε φύσει ψεύδορκοι ὄντες ἐπὶ Παλαιστίνην τῷ Βαλδουίνῳ συγγεγονότες, αὐθαίρετοι τὴν τῆς πόλεως καὶ σφῶν αὐτῶν ἐχείριζον προστασίαν. ἀλλ' ἐκεῖνος εἰδὼς ὡς βασιλεῖ κατήκοος ἡ πόλις αὕτη τυγχάνει οὖσα, δεῖν ἔκρινε πυθέσθαι τούτου πρότερον, ὥσπερ εἴρηται. ὁ δὲ τοιούτοις αὐτὸν ἀμείβεται· "ὁ μὲν περὶ κήδους λόγος, ἐπειδή σοι βουλομένῳ ἐστὶν εὔνοιαν ἐπισπᾶσθαι τὴν ἡμετέραν, οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιτελὴς ἔσται, πόλεως δὲ D
Ἀντιοχείας πάλαι τε Ῥωμαίοις ὑποφόρου καὶ νῦν δὲ κράτει δεδουλωμένης τῷ ἡμετέρῳ οὔτε σοι περιόντων ἡμῶν κατακυριεύσειν δυνατὰ ἔσται οὔτε τῶν ἄλλων οὐδενί. Ἀντιοχεῖς μέντοι τῆς ἐς Ῥω- V 108
μαίους ἀπιστίας αὐτίκα πρὸς τοῦ ἡμετέρου κράτους τὰ ἐπίχειρα

chos praecellebat, ad se transeunti dederat. tum quoque Veneti centum triremium classem ad maritimos labores auxilio se missuros Romanis, prioribus renovatis foederibus, promisere. sed et Frederico Alemannorum regi ceterisque Occidentis gentibus hostes se futuros, quamdiu vita superstes foret, fidem dedere, si Romanis ab iis bellum inferretur.

13. Haec eo tempore in Occidente acta. Balduinus autem Palaestinae rex, imperatoris ex fratre nepti matrimonio iunctus, diem obiit: cumque nullos reliquisset liberos, in illius fratrem regionis principatus transivit. hunc ubi ille suscepit, ad imperatorem legatos misit, tum ut affinitatem et ipse ex Romanis deposceret, tum etiam ut illius de Antiochia animi sensum exploraret. Antiocheni enim, utpote ingenio perfidi, Balduinum in Palaestina convenientes urbis suae principatum ultro illi tradiderant. at is haud ignarus civitatem istam imperatori esse obnoxiam, eius primum, uti dictum est, sciscitandam esse voluntatem existimavit. hic vero in hanc ferme sententiam respondit. "quod quidem de ineunda affinitate requiris, quando tibi est animus nostram comparare benevolentiam, ratum id brevi erit. civitatis autem Antiochenae, Romanis iamdudum vectigalis nostraeque maiestati obnoxiae, neque tu, quamdiu vixerimus, neque ullus alius principatum capessere potest. at Antiocheni suae erga Romanos perfidiae a maiestate nostra

κληρωσάμενοι εἴσονται τίνι ξυγκρούειν αὐτοὶ τετολμήκασιν." ἐν τούτοις μὲν τὰ τοῦ γράμματος ἦσαν. ὁ δὲ ἐπειδὴ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείᾳ ἠλπισμένων ἀπετύγχανεν ἤδη, ἐνέκειτο περὶ κήδους λοιπὸν
P 138 τὸν βασιλέα παραιτούμενος. μίαν τοίνυν τῶν τοῦ πρωτοσεβαστοῦ ἁρμοσάμενος θυγατέρων ὁμώμοκε λοιπὸν καὶ αὐτός, ὅσα καὶ Βαλδουῖνος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ πρότερον. βασιλεὺς δέ, ἐπειδὴ μηδέπω τὰ πρὸς τὴν παρὰ πόδας ἐξαρτυσάμενος ἔτυχε μάχην, δείσας περὶ τῇ πόλει Ζεύγμῃ ἐπὶ πλεῖστον ἤδη πρὸς τοῦ Στεφάνου πυργηρουμένῃ, πρὸ τοῦ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐκρῆξαι πόλεμον, στράτευμα λόγου ἄξιον βοηθῆσον αὐτῇ ἔστελλεν, ὑπὸ στρατηγοῖς Μιχαὴλ τε τῷ Γαβρᾷ καὶ τῷ Βρυεννίῳ Ἰωσήφ, ὑφ' οὓς ἐτέλουν ἄλλοι τε τῶν ἐν Ῥωμαίοις ἐπιφανεστέρων, καὶ Ἰωάννης ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν, ἀνὴρ ἐμπειροπόλεμος, καὶ Ἰωάννης ὁ Ἰσής, Πέρσης μὲν τὸ γένος τροφῆς δὲ καὶ διαίτης μεταλαχὼν Ῥωμαϊκῆς. ἐπὶ πλέον γε μὴν
B τῇ πόλει ἐπαρκέσαι βουληθεὶς ναῦς ὡσεὶ πλείστας στρατιωτῶν τε καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐμπλησάμενος ἐκέλευε τὸν Ἴστρον παραπλεούσας τοῖς ἔνδοθι παρέχειν τῶν ἀναγκαίων, ἕως αὐτὸς πανστρατὶ ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ἀφίκηται. Οὖννοι δέ, ἐπειδὴ πολύν τινα χρόνον ἀμφὶ τῷ περιβόλῳ ἐνδιατρίψαντες πολλάκις τε αὐτοῦ ἀποπειρασάμενοι ἔγνωσαν ἀνεφίκτοις ἐπιχειρεῖν (αἱ γὰρ Ῥωμαϊκαὶ νῆες ἐπὶ τὴν ἐχομένην ποταμοῦ Ἴστρου πλευρὰν ὁρμιζόμεναι μεγάλα τοῖς ἔνδον Ῥωμαίοις συνεβάλλοντο, πρὸς δὲ καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τραυματίας γεγενημένους ἀπολαμβάνουσαι ἑτέρους ἀκραιφνεῖς τοῖς σώ-

8. Ζεύγμῃ] Cod. Ζεύγμι. Duc. Ζευγμῖνον.

poenam referentes, tum primum sentient, quem ausi fuerint offendere." eiusmodi fuere literae principis. is autem ubi nihil de Antiochia sibi sperandum vidit, perstitit de affinitate imperatorem rogare: et accepta in matrimonium una filiarum protosebasti, eadem quae antea eius frater Balduinus, pactus est. imperator rebus omnibus nondum satis ad praesens bellum apparatis, metuens Zeugmae urbi, quam Stephanus arctissima obsidione premebat, priusquam de summa rerum bellum arriperet, idoneas aliquot copias in auxilium eo misit, ducibus Michaële Gabra et Iosepho Bryennio, sub quibus militabant tum alii inter Romanos illustriores, tum Ioannes cognomento Angelus, vir militiae peritissimus, et Ioannes Ises, natione quidem Persa, ceterum inter Romanos nutritus et educatus. cumque plurimum urbi auxilium ferre vellet, naves complures militibus rebusque aliis necessariis oneratas superare Istrum et obsessis commeatum praebere iussit, donec ipse cum universo exercitu in Hungariam descenderet. Hungari vero, cum diu circa urbis moenia morati ea saepius nequicquam tentassent, rem supra vires aggredi statuerunt. classis enim Romana in alterum fluvii latus advecta, tum et magna Romanis, qui in urbe erant, commoda praestabat, tum etiam iis qui inter pugnandum vulnera exceperant receptis, alios corporibus integros

μασιν ἀντιπαρεῖχον αὐτοῖς), νῆας καὶ αὐτοὶ συλλεξάμενοι, μήπω τοῦ σὺν τῷ Γαβρᾷ καὶ τῷ Βρυεννίῳ στρατεύματος ἀφικομένου ἐπὶ Οὐννικὴν, διὰ τοῦ ποταμοῦ κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐφέροντο ὡς C καταδύσοντές τε αὐτὰς καὶ μάχῃ οὐ σὺν πόνῳ περιγενησόμενοι, εἰ καὶ ταύτης τῆς πείρας ἠλέγχοντο δεύτεροι. αἱ γὰρ αὐτῶν νῆες, ἅτε ἥκιστα τοῦ ναυπηγεῖσθαι δεξιῶς ἐς ἀσύμμετρόν τι διατεινόμεναι εὖρος, τὰ δευτεραῖα ἐπὶ ταχύτητι κομίζονται τῶν Ῥωμαϊκῶν. ᾔεσαν μὲν γὰρ διὰ τοῦ ποταμοῦ, Ῥωμαῖοι δὲ παρατάξεως σχῆμα ποιησάμενοι κατὰ μέσον ἀπολαμβάνουσιν αὐτοὺς συχνά τε τοῖς τοξεύμασιν ἔβαλλον, ἐφ᾽ οἷς ἀπειρηκότες ἐκεῖνοι πρύμναν ἐκρούσαντο. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι νῆες αὐτῶν θατέρᾳ τοῦ ποταμοῦ πελάσασαι ὄχθῃ τὸν κίνδυνον ἔφυγον, μία δὲ αὐτῶν ἀνδρῶν πλέα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς στρατηγούντων ὑποχείριος Ῥωμαίοις ἐγένετο σκευαστῷ πυρὶ καταπλήξασι ταύτην. Οὖννοι τοίνυν, ἐπειδὴ καὶ ταύ- D της ἀπετύγχανον τῆς πείρας, ἐφ᾽ ἑτέρας ἐτράποντο. τῶν γὰρ τῷ Στεφάνῳ διυπηρετουμένων Οὔννων χρήμασί τινας ὑποκλέψαντες δηλητήριον τῷ ἀνθρώπῳ κεράσαι ἀνέπεισαν. κἀντεῦθεν ἥ τε πόλις ἑάλω καὶ Σίρμιον ἅπαν ὑπὸ Οὔννους αὖθις ἐγένετο. οἱ μέντοι ἔνδον Ῥωμαῖοί τε καὶ Οὖννοι, ὅσοι σὺν τῷ Στεφάνῳ ἐτάττοντο, ἀσινεῖς διεγένοντο, ἅτε ὁμολογίᾳ τοιαύτῃ τὴν πόλιν ἐνδόντες αὐτοῖς. Οὖννοι δὲ τῷ τοῦ Στεφάνου ἐνυβρίζοντες νεκρῷ τὸ μὲν πρῶτον οὔτε ὁσίας μετέδωκαν οὔτε τινὸς ἄλλου τῶν ἐπὶ τεθνεῶσι νομίμων ἠξίωσαν, πρὸ δὲ τῶν τῆς πόλεως ἔκθετον ποιη- P 139

6. ἥκιστα] Addendum videtur ἔχουσαι vel ἐλθοῦσαι. 11. θατέρᾳ] Cod. ἀτέρᾳ. 15. ἐφ᾽ ἑτέρας] Duc. ἐφ᾽ ἑτέραν.

in eorum locum substituebat. navigiis igitur et ipsi collectis, priusquam Gabrae et Bryennii in Hungariam advenissent copiae, per flumen in Romanas naves delati sunt, ut eas submergerent nec multo cum labore hostes praelio devincerent; etsi hic conatus minus prospere iis cessit. eorum quippe naves minus apte fabricatae et in immodicam extensae latitudinem velocitate Romanorum superabantur. et iam in flumen deductae erant, cum Romani navibus suis in aciem ordinatis illas excipiunt crebrisque iaculationibus infestant: quibus illi fatigati naves inhibuere. earum pars alteri appulsa littori discrimen evasit: una vero ducum militarium plena in Romanorum potestatem venit, arteque confecto igne absumpta est. Hungari itaque, postquam et hic irritus conatus fuit, aliud sunt moliti. nonnullos enim ex sua gente, qui Stephano famulabantur, pecuniis corrumpunt, iisque persuadent ut propinato veneno hominem necarent. ita et urbs capta est et totum Sirmium in ius venit Hungarorum. at qui in civitate pro Stephano stabant, Romani perinde ac Hungari, incolumes et illaesi mansere, utpote qui his conditionibus urbem tradiderant. Stephani vero cadaveri illudentes Hungari primum quidem illud nullis sacris prosecuti sunt honoribus, neque aliis quae mortuis

σάμενοι πυλῶν, ἄταφον μένειν ἐδικαίουν. ὀψὲ δ' οὖν ὑπὸ τῆς φύσεως παρακληθέντες ἐς τὸν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἄγουσι νεών, ἔνθα τῷ χώματι τοῦτον ἔδωκαν.

14. Τούτων ἀκούσας βασιλεύς, καίτοι τῆς βασιλίδος νόσῳ V 109 βαρείᾳ τῷ τηνικάδε πιεζομένης, αὐτὸς δαιμονίᾳ τινὶ ὥσπερ εἰώθει κεκινημένος ὁρμῇ καθίστατο πρὸς τὸν πόλεμον. ἐν Σαρδικῇ τοίνυν τῇ Ἰλλυριῶν γενόμενος μητροπόλει ἐνταῦθα τὸν στρατὸν ἤθροιζεν. Ἰουνίου δὲ φθίνοντος ἐκεῖθεν ἄρας ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἦλθε. B μέλλων δὲ ἤδη περαιοῦσθαι κατὰ τάδε ἐποίει. ὁπόσον ἐν τῷ στρατεύματι ὁπλίσει τε διαφέρον καὶ μαχιμώτερον ἦν, ἀντικρὺ Χράμου πόλεως ἔστησεν Οὐννικῆς, δόκησιν παρέχων ὡς αὐτίκα ἐκεῖθεν περαιωσόμενος. ὅθεν καὶ ἐπειδὴ ἀντίπορθμον ἐνταῦθα τὸ Οὐννικὸν ἑστὼς εἶδεν, ἐπὶ Βελέγραδα μεταβὰς ὄρθρου ἐκεῖθεν ἀπέπλει. ἐντεῦθέν τε διῃρῆσθαι συνέβαινε τοὺς πολεμίους ἑκατέροις ἀντιτάξασθαι διανοουμένους μέρεσι. πλὴν ἀλλὰ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ὀκνήσει πολλῇ ἐς τὴν διάβασιν εἴχοντο, ὃ γνοὺς βασιλεὺς αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων, ὁποῖα πολλάκις ἤδη τολμήσας ἔτυχε, λεμβαδίῳ ἐπιβὰς ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ἐφέρετο ὄχθην, ἑξῆς δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων C στρατὸς τὴν βασιλέως ὁρμὴν αἰδεσθέντες ἐπὶ τὰς ναῦς ἐχώρουν. Οὖννοι δὲ ἐπειδὴ βασιλέα περαιωσάμενον εἶδον, ἔλυόν τε παρ' αὐτὰ τὸν συνασπισμὸν καὶ ἀνεχώρουν ὀπίσω. ὅτε συνέβη τῷ βασιλεῖ ἐν τῇ πρὸς τὴν πολεμίαν ἀποβάσει πλέον ἢ ἐχρῆν

10. μαχιμώτερον] Toll. μαχιμώτατον.

debentur, officiis: sed expositum proiectumque ante urbis portas inhumatum reliquerunt, donec ipsis naturae affectibus permoti illud tandem in Stephani protomartyris intulere templum, ibique humo mandavere.

14. Postquam haec accepit princeps, Augusta licet graviori morbo iis diebus conflictaretur, ipse divino quodam, uti solebat, accensus ardore, totus in bellum incubuit. Sardicam ergo cum pervenisset Illyriorum metropolim, copias ibi contrahit. inde Iunio mense exacto motis castris ad Istrum contendit: cumque illum traiecturus esset, id potissimum comminiscitur: quotquot erant in exercitu potiori armatura aut robore conspicui, e regione Chrami Hungariae oppidi collocavit, eo loci extemplo transmissurum se Istrum simulans: cum autem videret adversa consistentes ripa Hungarorum copias, ad Belegrada progressus, ubi illuxit, confestim inde excessit. ita hostium illic vires distrahi ac divelli contigit, dum utrique obsistere parti connituntur. neque tamen minor ad traiiciendum Romanorum animos occupavit pavor. quod simul atque advertit imperator, ipse ante alios, qualia saepe ausus est, scapham ingressus in adversam ripam transiit: atque inde reliquus Romanorum exercitus imperatoris ardorem reveritus naves conscendit. Hungari vero postquam imperatorem transmisisse viderunt, ruptis statim ordinibus retro cessere. quo tum tempore accidit, ut dum imperator ad terram hostilem appellens longius quam par erat prosiliret (obstabat quippe

ἁλομένῳ (οὐδὲ γὰρ συνεχώρει τὸ τεναγῶδες τῇ χέρσῳ διοκεῖλαι τὴν ναῦν) θάτερον παρασφήλαντα τοῖν ποδοῖν πονήρως αὐτῷ διατεθῆναι. ὁ δὲ οὐδὲ ὣς τῆς ἄγαν ἤθελε λήγειν προθυμίας, ἀλλά τινα τοῦ ποταμοῦ γὰρ οὖν ἐπειγόμενος ἐκτροπήν, ἐν τούτῳ τε διημερεύσας τῷ πόνῳ εἰς ὄγκον ἐπῆρε τὸ πεπονηκὸς αὐτῷ τοῦ ποδὸς μέρος. τῶν δὲ τὴν Ζεύγμην φρουρούντων βαρβάρων ὡς πλεῖστοι D τειχέων ἐκδραμόντες ὡς ἀντιταξόμενοι ἔστησαν. ἀλλ' ἅμα τε βασιλέα εἶδον καὶ ἄλλος ἄλλον προφθάνειν ἐπειγόμενοι ταραγμῷ καὶ θορύβῳ ἐς τὴν πόλιν εἰσέπιπτον ἐπεξιέναι τε οὐκέτι ἐτόλμων. καὶ λοιπὸν Ῥωμαῖοι τὰ πρὸς τειχομαχίαν ἐξηρτύοντο. τρίτῃ δὲ μετ' ἐκείνην ἡμέρᾳ καὶ ἔργου εἴχοντο. οἱ δὲ βάρβαροι ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἀμυνόμενοι κεκραγμῶν τινων καὶ ἀσήμων ἀλαλαγῶν τὸν ἀέρα ἐπλήρουν ἔβαλλόν τε διηνεκὲς καὶ ἐβάλλοντο. ἀλλ' ἐπὶ τοιούτοις μὲν ἥ αὐτίκα καὶ ἡ μετ' ἐκείνην ἠνάλωτο, καὶ οὐδὲν οὔτε Ῥωμαίοις οὔτε Οὔννοις προὐχώρει. ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλα μὲν τῶν εἰς ἐκείνην P 140 τετελεσμένων θαυμάζειν ἔχω τὴν πολιορκίαν, τήν γε μὴν τοῦ βασιλέως τόλμαν, εἰ μὴ παρὼν ἐτύγχανον τῇδε τῶν πραττομένων αὐτόπτης γινόμενος, σχολῇ ἂν ἀφηγουμένοις ἐπίστευσα. Ῥωμαῖοι γὰρ ξύλινον τεκτηνάμενοι πύργον ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν πόλιν διενοοῦντο, ὡς ἀπὸ χειρὸς τοῖς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἀντικαταστησόμενοι βαρβάροις. ὁ δὲ πρῶτος τῶν ἄλλων ἀναβαίνειν ἠξίου "ταύτην δέ μοι" λέγων "ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μείζω τῶν ἄλλων χαριεῖσθε τὴν εὔνοιαν, εἴ γε ἀναβαίνοντα κωλύετε μηδέν." οὐ μέντοι καὶ

1. ἁλομένῳ] Cod. ἀλλομένῳ.

limus, quo minus propius ad littus posset navis applicari) pes alter gravius offenderit, atque inde male haberet. neque tamen ideo a priori remisit ardore: sed dum fluminis cursum divertere conatur, totoque die huic operi interest, tumescere pars laesa pedis coepit. plurimi vero ex barbaris qui Zeugmen tuebantur extra moenia procurrentes opponere se Romanis parant. verum simul atque imperatorem vident, dum sese invicem praevertere nituntur, ingenti tumultu et trepidatione in urbem irruunt, nec ea amplius audent egredi. Romani post haec, omnibus quae ad oppugnationem necessaria erant apparatis, tertio post die rem aggrediuntur. barbari autem e turribus propugnantes, clamoribusque et vociferationibus implentes aërem, tela continuo iaciebant telisque vicissim impetebantur. atque in eo certaminis genere dies iste et sequens consumptus est, Romanis perinde ac Hungaris nihil proficientibus. tum et alia demirari subit in ea obsidione facta, praesertim vero imperatoris audaciam: quam, nisi tunc temporis adfuissem praesens, et eorum quae hic gesta sunt testis ipse exstitissem, aliis narrantibus vix ac ne vix quidem crederem. Romani enim lignea exstructa turri transscendere in urbem et comminus cum barbaris moenia defensantibus manus conserere statuerunt. ipse autem primus omnium conscendere voluit "istud prae ceteris" inquiens "viri Romani, erit mihi benevolentiae vestrae argumentum, si me ascendere non prohibueritis." neque tamen quod animo volverat perfecit, quia ducum

ἐξέπραξε τὸ ἐπιθύμημα. οἱ γὰρ προὔχοντες τῶν στρατηγῶν πε-B ριστάντες αὐτῷ ἰσχυρότατα διεκώλυσαν. ὁ δὲ κύκλῳ τὸ τεῖχος περιιὼν αὐτό τε ὅθεν ἐπίμαχον μάλιστα ἦν διεσκοπεῖτο καὶ τὰς τάφρους, αἳ τὴν πόλιν ἐζώννυον, βάθους τε καὶ εὔρους ἱκανῶς ἔχουσαι, φακέλλων τινῶν καὶ φρυγάνων ἀπορίᾳ λίθων ἐκέλευε πληροῦν οὕτω τε διαβιβάζειν τὰ μηχανήματα· ἤνυστο δὲ ὅμως ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως ἁλώσει οὔπω οὐδέν. Οὖννοι γάρ, καίτοι μεγάλα πρὸς V 110 Ῥωμαίων βιαζόμενοι στρατιωτῶν, ἐπαιάνιζόν τε μᾶλλον ἢ πρότερον καὶ ἐλπίσιν ὠχοῦντο παρὰ πόδας αὐτοῖς τὸν ἄλλον ἰέναι τῶν Οὔννων στρατόν.

C 15. Ἐπὶ τοιούτοις τῶν πραγμάτων ἠρτημένων, προσιόντες οἱ Ῥωμαίων σκοποὶ μεγάλου ἔφοδον ἐμήνυον στρατεύματος αὐτοῖς. κόνιν γὰρ ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ἀέρος ὀρθιάζουσαν ἰδέσθαι. ἀλλὰ καὶ τῶν τις Οὔννων τύχης ἐπιφανοῦς Βασάκης ὄνομα Ῥωμαίοις προσχωρήσας οὐ μακρὰν ἄποθεν εἶναι τὸν Παιόνων ἰσχυρίζεται ῥῆγα, ἄλλους τε ἀριθμοῦ κρείσσους καὶ δὴ καὶ Σκύθην ὁμοῦ καὶ Ταυροσκύθην ἄγοντα στρατόν, πρὸς οἷς καὶ τὸν Τζέχων ἔλεγε δυνάστην πανστρατὶ καὶ πάλιν σὺν αὐτῷ ἥκειν. τούτων ἐπειδήπερ ὁ βασιλεὺς ἤκουσε, βουλὴν σὺν τοῖς μεγιστᾶσι καθίζει, ὅπως δήποτε χρὴ τὰ παρόντα διοικεῖσθαι ζητῶν. "ἄνδρες ἀμέλει" ἔφη D "Ῥωμαῖοι οὐ τοῦτο μόνον ἡ τῶν πραγμάτων οἶδε φύσις, ἵνα τις μόνον τολμᾷ, ἀλλ' ὡς ἂν τῇ τόλμῃ μὴ ἀξύμβατα καὶ τὰ ἔργα ἐπιτιθῇ, μάλιστα ἔγωγε τῷ καὶ κατὰ βραχὺ σωφρονοῦντι περὶ

16. ἀριθμοῦ] Ita Tollius. Cod. ἀριθμῷ.

praecipui qui eum circumstabant, pertinacius obnixi sunt. ille itaque urbis moenia obequitans et qua parte expugnatu facillima viderentur explorans, fossas urbem ambientes, profundas satis et latas, fascium et virgultorum penuria, lapidibus compleri sicque transportari machinas imperavit. sed neque ea res quidquam momenti ad capiendam urbem attulit. Hungari quippe, quamvis a Romanis militibus gravia essent passi, maiores quam antea clamores edebant, speque alebantur proxime venturi in eorum auxilium alterius Hungarorum exercitus.

15. Dum in eo essent rerum statu, Romanorum speculatores magnum hostibus auxilio exercitum advenire nuntiant: pulverem enim se in aërem altius elatum advertisse aiebant. sed et Hungarus quidam ex illustrioribus, nomine Basakes, qui Romanorum partes amplexus erat, non longe abesse Hungarorum regem affirmabat, et praeter infinitum bellatorum numerum et Scytharum simul et Tauroscytharum aciem, insuper etiam Tzechorum principem cum universis viribus rursum cum ipso venire. postquam haec principi comperta sunt, magnatum concilium cogit deque modo rerum agendarum sententias eorum rogat. "non illud solum, viri Romani" inquiens "rerum exigit natura, ut quis modo audaciam prae se ferat, sed ut audaciae minus consentanea non arripiat aggrediaturve opera, maxime equidem vel leviter

πλείστων εἶναι οἰόμενος. μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τοῦτο ἐκ
παραλόγου τινὸς ἄνωθεν τύχης εὐημερῆσαν δυσαντίβλεπτον τῇ
Ῥωμαίων κατέστη ἀρχῇ, διὰ ταῦτα ἀποχρῆν ἡμῖν οἰηθῶμεν, εἰ
μόνον ἐπὶ γῆς στρατεύοιμεν τῆς αὐτῶν. ἀλλ' ἀπονεμητέον ἑκά-
στῳ καιρῷ τὸ προσῆκον καὶ ἀποδοτέον καταστάσει τῇ παρούσῃ
πρᾶξιν τὴν δέουσαν. οὐ γὰρ ταὐτὰ εὐημεροῦσιν οἶμαι καὶ δυσ-
πραγοῦσιν ἁρμόσαιεν ἂν πράγματα· καὶ τῇ Ῥωμαίων τοίνυν ἀρχῇ, P 141
εἰ καὶ τῆς παλαιᾶς οὔπω τετύχηκεν εὐκληρίας, ἀλλὰ (σὺν θεῷ
φάναι) πολλῷ βελτίονι ὑφ' ἡμῖν ἀναφανείσῃ προασπισταῖς, εἰς
εὐδοξίαν περιστήσεται πάντως ἐκ ποδῶν τῷ Οὔννων γενέσθαι ῥηγί,
σὺν πολλῷ μὲν ὥς φασι καὶ τῷ αὐτόχθονι ἐπιόντι στρατῷ, πλείονι
δὲ καὶ τῷ ἀπὸ συμμαχίδος συγκροτουμένῳ χειρός. ὅπως οὖν ἀμ-
φότερα ταύτῃ περισωθείη, δόξα τε ἣν εἰς τὸ βέλτιον ἤδη μεταβα-
λοῦσαν ἔσχε, καὶ δύναμις ἣ αὐτῆς ἀκραιφνὴς ἐντεῦθεν ἀπαλλα-
γείη, βουλευτέον ὡς ἔνι μάλιστα." βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα εἶπε.
Ῥωμαίων δὲ τῶν ἐκ βουλῆς τοῖς μὲν μεταστρατοπεδεύσασθαι ἐν-
τεῦθεν ἐπὶ Σάόν τε τὸν χάρακα πήγνυσθαι ἐδόκει, ὅπως ἐντεῦ- B
θεν σὺν τῷ ἀσφαλεῖ τοῖς πολεμίοις ἀντιφέρεσθαι δύναιντο, τοὺς δὲ
τοῦτο μὲν οὐδαμῇ ἤρεσκε, τῆς πολιορκίας δ' ἀφεμένους ἐδόκει δυ-
νάμει τῇ πάσῃ ἐπιὸν ὑποστήσεσθαι τὸ πολέμιον. ἀλλὰ βασιλεὺς
ἀμφότερα οὐκ ἐπῄνει· τὸ μὲν γὰρ δειλίαν, τὸ δὲ καὶ ἀβουλίαν

1. *οἰόμενος*] Duc. *οἶμαι*. videtur aliquid excidisse. 6. *πρᾶξιν*] Cod. *πράσσειν*. correxit Tollius. 10. *εὐδοξίαν*] Cod. *ἀδοξίαν*. 20. *τὸ πολέμιον*] Cod. *τὸν πολέμιον*, unde Duc. *ἐπιόντα — τὸν πολέμιον*.

prudenti attendendum arbitror. ne igitur, quia gens ista, sic nempe divina ordinante providentia, rebus elata prosperis in Romanum imperium terribiliter ingruit, propterea satis nobis esse arbitremur, si in eorum tantummodo solo bellum geramus. verum quid temporibus quibusque conveniat inspiciendum est, et facienda quae praesens hic status postulaverit. neque enim eadem, ut arbitror, et prospere habentibus et adversa utentibus fortuna apta sunt. Romanorum itaque imperio, etsi pristinam nondum felicitatem consecuto, sed (quod praefiscine dixerim) in meliorem tamen statum nobis defensoribus adducto, nequaquam dedecori erit, si universi Hungarorum regi cedant, qui cum ingenti, ut aiunt, indigenarum exercitu accedit, et maioribus adhuc sociorum copiis auctus est ac instructus. quapropter maxime prospicere quisque debet qua ratione utraque illi conserventur, et gloria, quae iam in melius ire coepit, et potentia, quae inde tota ab ipso recederet." in hunc modum disseruit imperator. quidam autem ex Romanis, qui concilio illi intererant, transferenda inde ad Savum castra censebant, ut tutius ex eo loco hostibus posset obsisti. aliis id minime placuit: sed relicta obsidione cum omnibus viribus imminentem hostem sustineri debere existimabant at princeps utrumque respuens consilium, illud metus, hoc contra temeritatis

ἀπεψήφιστο ἄντικρυς. "ἐξέσται γὰρ" ἔλεγε "τῆς πολιορκίας ἀποσχομένων ἡμῶν, δύναμίν τε πολλὴν τῆς νῦν μείζω καὶ τὰ ἐπιτήδεια διαρκῶς ἐσκομίσασθαι Οὔννους, οἳ ἀμφὶ τῇ πόλει φρουρὰν ποιοῦνται." ἐδόκει δὲ αὐτῷ τὸ μὲν ἀχρειότερον τοῦ στρατοῦ καὶ ὅσον οἰκετικὸν ἦν ὅπλα περιθέμενον αὐτοῦ πρὸς τῇ πόλει μεῖναι ὑπὸ στρατηγοῖς τισι τῶν οὐ λίαν ἐπισήμων, τὸ δ' ἄλλο ἅπαν ἅμα
C αὐτῷ ἐπὶ Οὔννους τοὺς ἄλλους ἰέναι μαχησόμενον. ὡς οὖν ἐκράτει ταῦτα, παρεσκευάζοντο μὲν τῆς ἐπιούσης ἐκεῖθεν ἀναστησόμενοι, ἐπεὶ δὲ οὐδὲν οὐδέπω σαφὲς αὐτοῖς ἀπηγγέλη, ἐξοπλισάμενοι ἕωθεν καὶ τρίτην ἤδη πεῖραν προσῆγον τῇ πόλει. μάχη τοίνυν αὖθις συνίσταται, καὶ Οὖννοι μὲν οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων λίθοις καὶ βέλεσι καὶ παντὶ τῷ παρατυχόντι τὸν Ῥωμαίων ἠμύνοντο στρατόν, οἱ δὲ μᾶλλον ἢ πρότερον ὑπώρυσσόν τε τὰ κρηπιδώματα καὶ τοῖς
V 111 πετροβόλοις τὰς τῶν λιθων διεσπάραττον ἐμβολάς, παρακελευσμοί τε συχνοὶ καὶ παραινέσεις ἑκατέρων ἠκούοντο, καὶ βοὴ καὶ ἀλαλαγμὸς ἦν, καὶ θροῦς ἠγείρετο ἄσημος. Οὖννοι τοίνυν τοὺς
D ἐπὶ τῶν θεμελίων ὑπομοχλεύοντας θεώμενοι Ῥωμαίων τοιάδε ἐποίουν. λίθος μέγα τι χρῆμα ἐντὸς τειχέων κείμενος ἦν· τοῦτον ὑπὸ ξυλώμασιν ἐνθέμενοι σχοίνους τε ἀνάψαντες σφῶν ἐπὶ τὸ ξύλινον ἀνεῖλκον προπύργιον ὅπερ αὐτοῖς κατεσκεύαστο τειχέων ὑπεριστάμενον, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ Ῥωμαίους ἀφήσουσιν. ἀλλ' ἄρτι ὁ λίθος ὡμίλει τῷ πυργίῳ, τὸ δὲ οὐκ ἐνεγκὸν τὴν ὁλκὴν (μέγας γὰρ ὑπερφυῶς ἦν) ἐξαπιναίως ῥαγὲν εἰς γῆν ἠνέχθη σὺν τῶν Οὔννων

2. πολλὴν] Malim πολλῷ. 19. ὑπὸ] Malim ἐπί.

damnavit: "nobis enim" aiebat "obsidionem omittentibus, integrum erit Hungaris, qui praesidio urbi sunt, maiores copias cogere et commeatui largius providere." censuit igitur ipse ut imbellis exercitus pars lixaeque ac calones armarentur, et ibi circa urbem sub aliquot ducibus haud admodum nobilibus manerent; reliquus autem exercitus secum in reliquos Hungaros pugnaturus exiret. haec ubi sententia stetit, ad iter se in proximum diem praeparant. cum vero nihil certi ipsis esset nuntiatum, sumptis prima luce armis tertium in urbem impetum faciunt. pugna itaque rursum conseritur, ac Hungari quidem, qui moenia defensabant, lapidibus sagittisque rebusque aliis quibuscumque obviis subeuntes arcebant Romanos. hi vero longe quam antea vehementius fundamenta suffodiebant, machinisque petrariis admotis murorum loricas diffringebant. crebrae utrimque adhortationes et incitamenta, vocesque et ululatus, dissonusque ac incertus clamor exaudiebantur. simul atque igitur Hungari a Romanis fundamenta viderunt commoveri, id statim moliuntur. saxum erat intra moenia ingentis magnitudinis: id trabibus suppositis alligatisque funibus in ligneum educunt propugnaculum, quod ipsi fabricaverant, muris ipsis longe excelsius, ut inde in Romanos illud devolverent. sublato igitur in turrim lapide, cum tantum pondus sustinere illa non posset (erat enim immensae molis) repente cum ipsis Hungaris, quorum

πολλοῖς, καὶ αὐτῶν οὐδεὶς τὸν κίνδυνον ἔφυγε. θροῦς τοίνυν καὶ πάλιν ἠγέρθη καὶ ἡ μάχη ἔτι μᾶλλον ἐμαίνετο. ὅτε λέγεται, ὡς P 142 Ῥωμαίων τινὰ εὐστοχώτατα ἐπιτοξαζόμενον βασιλεὺς κατανοήσας ἐπέδραμέ τε καὶ τὴν ἀσπίδα προτείνας ἀπαθῆ βελῶν συνετήρει τὸν ἄνθρωπον.

16. Οὖννοι δέ, ἐπειδήπερ ἐν στενῷ κομιδῇ περιστῆναι σφίσι τὰ πράγματα ἔγνωσαν, πέμψαντες ἔχρῃζον βασιλέως, ὡς ἐνδόντες τὴν πόλιν αὐτῷ ἀθῷοι ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπαλλάξωσιν. ὁ δὲ οὐ πρότερον ἔφη τοῦτο ποιήσειν πρὶν ἂν καλώδια τῶν τραχήλων Γρηγόριός τε καὶ τῶν ἐν σφίσι ζουπάνων οἱ ἄλλοι ἀναψάμενοι γυμνωθεῖσι ποσὶ καὶ ἀκαλυφέσι ταῖς κεφαλαῖς ταῖς αὐτῶν ἔλθοιεν. ὁ μὲν δὴ ἐπὶ τοιούτοις αὐτοὺς ἀπεπέμψατο, Ῥωμαῖοι δὲ σφοδρότερον ἐπιβρίσαντες τὴν πόλιν εἷλον, ἧς ἤδη ἁλισκομένης, Γρηγό- B ριός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ στρατηγοὶ τῶν Οὔννων σὺν ἀτιμίᾳ τρόπον τὸν εἰρημένον ἐλεεινοὶ τῶν σχημάτων βασιλεῖ προσιόντες ἔκλαον. ὁ δὲ μέχρι μέν τινος οὐδὲ προσβλέπειν ἠξίου, ὀψὲ δὲ πολλὰ τοῦ Βελᾶ παραιτησαμένου, τὸν μὲν φόνον ἀφῆκεν, ἐς δὲ φρουρὰν αὐτίκα ἔπεμψε. Ῥωμαῖοι δὲ θυμῷ μεγάλῳ εἰς τὴν πόλιν εἰσιόντες ἅτε ἄρνας τοὺς τῇδε κατέθυον ἀνθρώπους. ὅτε μοι καὶ δακρῦσαι ἐπῆλθε βίον ἐννοουμένῳ τὸν ἀνθρώπειον ὅσοις τε τὸ δείλαιον τοῦτο γένος ἑκουσίοις ἑαυτὸ ξυνέδησε κακοῖς. ἤγοντο κειμήλια καὶ ἱματισμοὶ καὶ ἀργυρώματα, καὶ πάντα τὰ ἐκείνων ἐλεΐζετο ἀγαθά.

12. Ῥωμαῖοι δὲ] In Cod. δὲ deest. 22. ἐλεΐζετο] Cod. ἐλκίζετο. Duc. ἐληΐζετο.

nemo discrimen evasit, delapsa in terram corruit. inde iterum clamor oriri coepit, et pugna multo acrior facta. tum etiam imperatorem aiunt, cum Romanum quemdam certo ictu ab hostibus percutiendum et haud dubie periturum vidisset, accurrisse et protenso clipeo a vibratis telis hominem servasse.

16. Hungari vero ut angustiis se undique premi adverterunt, missis legatis principem rogavere, ut dedentes civitatem salvi et incolumes possent excedere. at ille non se prius id facturum respondit, quam Gregorius et qui cum iis erant zupani adstricto funibus collo, pedibus capitibusque nudis venissent. quibus cum hoc responso remissis, Romani longe acrius urbem adorti eam per vim expugnant. qua capta, Gregorius et ceteri Hungarorum duces cum ignominia, ad eum quem diximus modum miserabili habitu nec sine eiulatu ad principem accessere. verum ille aliquamdiu ne aspectu quidem eos dignatus est: sed tandem Bela intercedente, mortem condonavit, eosque in custodiam extemplo coniici iussit. Romani autem summo animi ardore urbem ingressi homines ibi velut agnos trucidarunt. unde mihi oboriuntur lacrimae, cum vitam humanam intueor, et quantis ultro se malis miserum hoc hominum genus involvat. auferebantur thesauri et vestes et vasa argentea, omniaque adeo eorum bona diripiebantur. quin et inventa est in-

ὅπλοις τοῖς ἐχθρῶν ἠμπίσχετο ἕκαστος καὶ τῶν ψιλῶν τούτων καὶ
C ἀνόπλων μαχητῶν, ὅτε δὴ καὶ γύναιόν τι εὕρετο δύστηνον διεληλαμένην ἀκίδα τῆς ἕδρας ἔχον. πόθεν δὲ αὐτῷ τοῦτο συνέβη, αὐτίκα δηλώσω. αὕτη, ὁπηνίκα ἔτι ἀνάλωτος ἦν ἡ πόλις, ὑπὲρ τῶν τειχέων ἑστῶσα σποδόν τε κατέσειε καὶ τὰ ἱμάτια κόσμῳ οὐδενὶ ἀνασύρασα τὴν ἕδραν παλιντρόπῳ τῷ προσώπῳ ἐς τὸν Ῥωμαίων ἐδείκνυε στρατόν, ἀπέραντόν τέ τινα βαττολογίαν ὑποψάλλουσα δαιμονιώδει τινὶ μαγγανείᾳ Ῥωμαίους ξυνδεῖν ᾤετο. ἀλλά τις στρατιωτῶν βέλος ἐπ' αὐτὴν ἀφεὶς κατατυχεῖ τῆς ταλαιπώρου, ἔνθα τὸν τοῦ σκυβαλισμοῦ παράπομπον ἡ φύσις αὐλῶνα ἵδρυσεν. εὕρετο δὲ καί τις Ῥωμαίων δεσμώτης ὁ τλήμων ἐπὶ σκολιώδους
D τινὸς καὶ ἀνηλίου καθειργμένος δωματίου ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. τοῦτον Οὖννοι αἰχμάλωτον ἤδη πεποιημένοι, ἅτε τοξείας εὖ εἰδότι Ῥωμαίοις ἐκ τοῦ περιβόλου ἐπιτοξάζεσθαι ἀνάγκην προσῆγον. ὁ δὲ οὐ σὺν γνώμῃ μὲν ἠφίει δ' ὅμως πυκνά, πάντα δὲ ἁμαρτεῖν ἐποίει. ὅπερ Οὖννοι κατανοήσαντες ξαίνουσί τε τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ νώτου πολλὰς καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ καθείρξαντες εἶχον. οὕτω μὲν δὴ Ζεύγμη καὶ πάλιν ἑάλω· ὅτε πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι λόγου καὶ ἀρε-
V 112 τῆς εἰργάσαντο ἄξια, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Δούκας. ἐπειδὴ γὰρ Ῥωμαίους διὰ κλίμακος ἀναρριχωμένους ἐπὶ τὸ τεῖχος
P 143 εἶδεν, Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλέως ἐξαδέλφῳ προσιών, ὑφ' ὃν τελεῖν ἔλαχεν ἤδη ἐκ Ταυροσκυθῶν ἀφικόμενον ἵλεώ τε τοῦ βασιλέως τυ-

5. ἑστῶσα] Cod. ἑστάσα. 9. κατατυχεῖ] Fort. κατευτυχεῖ. 11. εὕρετο] Cod. hic ut paullo supra εὕροιτο. 12. καθειργμένος] Ita Duc. Cod. καθειγμένος.

felix muliercula, cui pars qua sedemus telo transfixa erat. id ei quomodo acciderit commemorabo. haec nondum adhuc capta civitate supra muros stans cinerem excutiebat, et sublatis nullo pudore vestibus, faciem avertens, nates inspiciendas praebebat Romano exercitui, multa intercinens et murmurans, quibus arte quadam daemoniaca Romanos fascinare ac praestigiis irretire arbitrabatur. sed miles quidam immisso in illam telo miseram eo percutit loco, quem eiiciendis natura excrementis fecit. repertus est et Romanus aliquis in sordidum ac tenebrosum carcerem miser coniectus ex hacce causa. cum eum captivum fecissent Hungari scirentque iaculandi peritissimum esse, ut Romanos e muro sagittis impeteret cogebant. ille vero crebra quidem vibrabat tela, sed ita ut omnia praetervolarent. quod ubi advertere Hungari, virgis caesum hominem arctisque constrictum compedibus in custodiam condunt. ita rursum capta est Zeugme. quo quidem tempore multi praeclara et praedicanda fortitudinis edidere facinora, atque in iis Andronicus Ducas. cum enim Romanos admotis scalis moenia subire ac scandere cerneret, accedens ad Andronicum imperatoris agnatum, sub quo a Tauroscythis iam reduce et veniam delictorum ab imperatore consecuto militabat, eum rogavit

χόντα, ἠξίου ἐνδοθῆναι αὐτῷ τῆς ἀνόδου πειρᾶσθαι, τοῦ δὲ ἐπιτρέψαντος σπουδῇ πολλῇ ἐς τοῦτο ἐχώρει. ἐπειδὴ δέ τινες Λατίνων κατόπιν ἰόντες παρελθεῖν ἐφιλονείκουν αὐτόν, ὁ δὲ ἀντέπραττε σφίσι πολλὰ καὶ οὐδαμῇ τοῦ κλέους συγχωρεῖν ἤθελεν. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, ἡ κλῖμαξ αἰφνίδιον εἰς γῆν ἠνέχθη κατασπασθεῖσα. ἀλλ' ὁ Ἀνδρόνικος τοῦ συνήθους καὶ πάλιν ἀντέκειτο θράσους. ἐπειδὴ γὰρ ἑτέρας ἐνεχθείσης ἀναβαίνοντάς τινας αὖθις εἶδε, δραμὼν ἐπέβαινε καὶ αὐτός. ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρησε. Στέφανος B δὲ ὁ ῥὴξ τῇ τῆς πόλεως πεποιθὼς ἀσφαλείᾳ (πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ὀχετὸς αὐτὴν ἐκ τῶν Ἴστρου ἐπότιζε ναμάτων, ὃς τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὸ ἐμφανὲς ἔκειτο ὕπαιθρος ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνατείνων, εἶτα βασιλέως Στεφάνῳ ἐκείνῳ συναραμένου ὑπόνομος ἤδη κατέστη) πιστεύειν οὐκ εἶχεν εὐπετῶς οὕτω Ῥωμαίοις ἁλώσεσθαι ταύτην. ὡς δὲ βασιλεὺς ἐκεῖθεν μεταβὰς ἕτερόν τι φρούριον ἐνεούργει, ἐν ᾧ πολλοὺς τῶν ἐν Σιρμίῳ φέρων ᾠκίσατο Οὔννων, οὓς παρ' αὐτοῖς Χαλισίους ἔθος καλεῖν ἐστι (καί εἰσιν ἑτερόδοξοι, καθάπερ ἤδη ἔφην, Πέρσαις ταυτοφρονοῦντες), τότε δὴ τὰ ἀμφὶ τῇ πόλει C Ζεύγμῃ ξυμπεπτωκότα μαθὼν ἀκριβῶς πρέσβεις ἐς τὸν βασιλέα πέμπει ἄνδρας τε τῶν περιφανῶν καὶ δὴ καὶ τὸν τὴν ἐπίσκοπον τῇδε λαχόντα ἀρχήν, Σίρμιόν τε ἀποδιδόναι Ῥωμαίοις ἐσαῦθις διομολογῶν, πρὸς δὲ καὶ Δαλματίαν πᾶσαν. οἱ καὶ ἐπειδὴ βασιλεῖ εἰς ὄψιν ἦλθον, ἐπεῖπόν τε ὅσα αὐτοῖς ἐπέσταλτο καὶ δὴ ἱκέ-

6. ἀντέκειτο] ἀντείχετο? 15. φέρων] Ita coni. Tollius. Cod. φόρων.

ut sibi quoque ascendendi potestatem faceret: eoque permittente, summo animi ardore in id incubuit. Latinis vero quibusdam pone ipsum sequentibus ac priorem locum occupare annitentibus, ipse contra obstitit maxime neque quicquam de gloria concedere voluit. interea autem dum haec fierent, scala in terram repente delapsa fracta est. sed Andronicus consuetam audaciam resumpsit: et simul atque alia erecta scala, vidit nonnullos iterum ascendentes, et ipse etiam accurrit, ascenditque. haec quidem ibi prospere cessere. Stephanus autem rex fisus ingenio et fortitudini civitatis (praeter cetera enim rivus ex Istri deductus undis eam rigabat: qui primo quidem aperte et sub dio positus, deinde imperatore Stephano bellum inferente, per subterraneum canalem in urbem procurrebat) sibi id persuadere minime poterat, ita facile a Romanis posse expugnari. inde itaque digressus princeps aliud castellum exstruxit, quod Hungaris plurimis quos Sirmio transtulerat, habitandum concessit. Chalisii vulgo ab ipsis appellantur, suntque diversae, ut supra memoratum est, religionis, et easdem ac Persae opiniones habent. tum vero certo edoctus Stephanus quae Zeugmae urbi accidissent, legatos ad imperatorem misit, viros dignitate conspicuos, quos inter exstitit is qui episcopali munere ibi fungebatur, Sirmiumque se Romanis, insuper etiam totam Dalmatiam restituturum pollicitus est. ut venere in conspectum impe-

τευον ἀνεῖναι λοιπὸν βασιλέα τοῦ χόλου. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέ-
λεγε· "πολλοῦ μένταν ἄξιον εἴη" λέγων "ἄνδρες πρεσβευταί, εἴ
τις ἅπερ ἀφῄρηται ἤδη, ταῦτα διδόναι ἀξιοίη. ἔχομεν Σίρμιον,
ἐξείλομεν Ζεύγμην, Δαλμάτας ἤδη κρατοῦμεν, πάντων καθάπαξ
D γεγόναμεν κύριοι, ὧν αὐτοὶ διδόντες εἶτα ἀφείλεσθε. ἆρα τοίνυν
ἔστι παρ' ὑμῖν Σίρμιον ἕτερον; ἔστι που Ζεύγμη καὶ Δαλματία
ἄλλη, ἃ διδόντες νῦν ἡμῖν ἥκετε; εἰ μέν ἐστι, δείξατε δή, ὡς
ἡμεῖς γε ὑπτίαις αὐτίκα ὑποδεξόμεθα ταῦτα χερσίν, εἰδότες μέν,
ὡς οὐδὲ ταῦτα ὅσον τὸ ἐφ' ὑμῖν καθέξομεν ἀσφαλῶς (μέλησις
γὰρ ὑμῖν οὐδεμία πάντα παρανομεῖν), αὐτῇ δ' ὅμως ἰσχύϊ σὺν
θεῷ φάναι τῇ ἡμῶν ὥσπερ καὶ τούτων κρατήσοντες. εἰ δὲ ταῦτα
μὲν παρ' ἡμῖν ἄρτι κεῖται, ὑμῖν δ' οὐδὲν ὑπολέλειπται ὧν ἄρτι
δώσειν φατέ, ἐπὶ τίσιν ἡ σύμβασις; ἢ τί τὸ διαλλάξον ἡμᾶς
P 144 ἔσται;" τὸ μὲν δὴ πρῶτον οὕτως αὐτοὺς ἠμείψατο, μεταβαλὼν
δ' ἔπειτα "ἀλλ' ἵνα" ἔφη "γνῶτε, ὡς προῖκα ὑμῖν σπείσασθαι
θέλομεν Χριστιανοῖς οὖσιν, ἄγε γινέσθω τὰ ὅρκια." ὁ βασιλεὺς
μὲν τοσαῦτα εἶπεν, οἱ δὲ διώμοτα πάντα θέμενοι ἀπηλλάγησαν,
καὶ ὁ βασιλεὺς λοιπὸν ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθεν.

P 145 V 113 17. Ἤδη δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας Δαλματίαν παραστη-
σάμενος Νικηφόρῳ τῷ Χαλούφῃ ταύτην παρέθετο, οὕτω πρὸς
βασιλέως ἀπεσταλμένον αὐτῷ. ἔφθη γὰρ αὐτὸν δυνάμεσιν ἅμα
ἐνταῦθα στεῖλαι ἐφ' ᾧ ἢ βίᾳ ἢ ὁμολογίᾳ ταύτην ἑλεῖν, τῶν Οὐν-

9. μέλησις] Malim μέλλησις.

ratoris, mandata exposuere rogavereque, ut iram remitteret. id ille primo negavit "rem certe magnam" inquiens "confecturus ille esset, legati, si quae iam ablata sunt, ea rursum donare vellet. habemus Sirmium, cepimus Zeugmen, Dalmatas tenemus, eorumque omnino domini facti sumus, quae vobis erepta etiam concedere nunc vultis. estne ergo alterum apud vos Sirmium, et altera Zeugme, Dalmatiaque alia, quae nobis tradituri sitis? si habetis, ea nobis ostendite, ut haec apertis continuo manibus excipiamus: quae quidem etsi haud tuto nos possessuros sciamus (quippe contra ius fasque agere nulla vobis est cura) iisdem tamen nostris viribus, deo iuvante, ut et ista tuebimur. si ergo haec nostra sunt, nihilque vobis amplius in iis iuris est, quae vos daturos dicitis, quibus conditionibus pacta fient? aut quid illud erit, quod vos nobis reconciliet?" iis quidem sermonibus legatos primum est allocutus: inde commutata oratione, "sed ut sciatis" ait "quam libenter vobiscum, qui Christiani estis velimus pacisci, agedum, sacramenta fiant." hactenus imperator. illi vero omnia iureiurando firmantes recessere: ipse autem princeps Byzantium est reversus.

17. Cum Ioannes Ducas Dalmatiam Romanorum imperio asseruisset, Nicephoro Chaluphae, quemadmodum ei a principe mandatum fuerat, istius administrandae curam imposuit. eo enim fuerat cum copiis missus, ut sive per vim sive per conditiones illam in potestatem redigeret: quod hanc scilicet

νῶν τῷ λόγῳ δῆθεν Βελᾷ πρὸς κλῆρον καὶ ταύτην ἀφοριζόντων. ὁ δὲ τὴν Σερβίων παραμείψας χώραν, ἐπειδὴ εἰς ταύτην εἰσέβαλε πᾶσα ἐν βραχεῖ δυναστείᾳ τὸ πλέον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ ἔθετο. ὅτε δὴ Τραγούριόν τε ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο καὶ Σεβένικος, πρὸς δὲ καὶ Σπάλαθος καὶ τὸ Κατζικίων ἔθνος Διόκλειά τε πόλις περιφανής, ἣν Διοκλητιανὸς ὁ Ῥωμαίων ἐδείματο αὐτοκράτωρ, Κάρδων P 146 τε καὶ Ὀστρουμπίτζα καὶ Σάλων, καὶ ὅσαι ἐπὶ Δαλματικῇ ἵδρυνται ἄλλαι, ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἅπασαι. τὰ μὲν κατὰ Δαλματίαν τῇδε ἐχώρησαν. βασιλεὺς δέ, ὥσπερ ἐλέγομεν, ἐς Βυζάντιον ἐπανιὼν θρίαμβον ἐξ ἀκροπόλεως ἄχρι καὶ ἐς τὸ τῆς Σοφίας μέγα κατήνεγκεν ἱερόν. ἐνταῦθά τε τὰ χαριστήρια θύσας καὶ χρυσίῳ τοὺς ἱεροπόλους δωρησάμενος, ὃ ἐκ Σιρμίου φορολογηθὲν Ῥωμαίοις ἔτυχεν, ἐν παλατίῳ ἡσύχαζεν. ἀλλ' ὅ με μικροῦ παρῆλθεν, ἐν ἐκείνῳ δὴ τῷ θριάμβῳ καὶ ἅρμα χρυσίου εἴργαστο ἀκηράτου, ἐφ' ᾧ τὸν βασιλέα ἐπιβήσεσθαι. οὐ μὴν καὶ ἐπέβη, τὸ μὲν πρὸς τὸν ὄγκον εὐλαβηθείς, τὸ δέ τοι καὶ πρωτοζύγων τῶν ἵππων ὄντων, οἳ τὸν δίφρον εἷλκον, θαμά τε τοῦτον ἐκταραττόν- B των, ὡς μικροῦ καὶ ἀνατετράφθαι κινδυνεύειν. οὔπω δὲ συχνὸς ἐξῆκε χρόνος, καὶ αὖθις Σερβίους τε ὠδίνειν καὶ Παννόνων τὸ ἔθνος μεμαθηκὼς προφθάνειν ἠπείγετο τὴν ὁρμήν. ἀλλ' ἄρτι προσιόντα τοῦτον ἤκουσαν, καὶ τῆς ὁρμῆς ἀνακοπέντες ἀπαράλυτα τὰ δεδογμένα ἐτήρησαν.

1. *ταύτην*] Ita coni. Tollius. Cod. *ταύτας*. 6. *Κάρδων*] Rectius *Σκάρδων*. 17. *θαμά τε*] Ita Duc. cum Tollio. Cod. *θαῦμά τε*.

provinciam Belae in haereditatis sortem adsignarent Hungari. is itaque Serviorum fines praetergressus, postquam totus in Dalmatiam exercitus traductus erat, brevi pleraque imperatoris ditioni subiecit. tum enim in Romanorum ius concessere Tragurium et Sebenicus, ad haec Spalathus et Catziciorum gens; Dioclea urbs percelebris, quam Diocletianus imperator condidit, Scardona, Ostrubitza, Salona, omnesque aliae civitates quae in Dalmatia sitae sunt, numero in universum septem et quinquaginta. haec in Dalmatia feliciter gesta sunt. imperator autem Byzantium, uti diximus, reversus ab acropoli usque ad aedem S. Sophiae triumphum egit; ubi deo gratiis persolutis et sacerdotibus auro donatis, quod ex tributis Sirmii contraxerant Romani, in palatio quieti se dedit. sed me fere praeterierat, currum quo imperator veheretur, isto in triumpho ex auro solido confectum fuisse; non conscendisse illum tamen, tum quod vereretur ne arrogantiae incusaretur et fastus, tum etiam quod currui adiuncti equi tunc primum domiti et iugo pressi sic crebro succussissent iactassentque, ut haud multum abfuerit quin totus subverteretur. nec longum intercessit tempus, cum Servios et Pannones nova iterum moliri edoctus, eorum conatus praevertere statuit. sed statim atque illum accedere perceperunt, omisso incepto, pacta servavere.

ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ.

1. Ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀνδρόνικον ἀπὸ Ταυροσκυθῶν ἤδη, καθάπερ εἴρηται, ἐπανιόντα φιλοφροσύνης τε τῆς ἄλλης ἠξίωσε καὶ ἀφθόνῳ χρυσίῳ τὸν ἄνθρωπον δωρησάμενος ἐπὶ Κιλικίας τὰ τῇδε καταστησόμενον ἔπεμψεν· ὥς γε μὴν ἀφθόνοις ἔχοι χρῆσθαι τοῖς
V 114 ἀναλώμασι καὶ Κύπρον αὐτῷ φορολογεῖσθαι ἔδωκεν. ἀλλ' ἐκεῖ-
C νος ὀλίγον ἐν τοῖς καθεστῶσιν ἐπιμείνας χρόνον, πρῶτα μὲν Φιλίππαν τὴν Αὐγούστης κασιγνήτην γυναῖκα ἐγγυητὴν ἐποιήσατο, τοῦ παρ' ἡμῖν νομίμου ἥκιστα ξυγχωροῦντος αὐτῷ· εἶτα λόγῳ οὐδενὶ ταύτης ἀπεσχημένος ἐπὶ Παλαιστίνης μετέβη, χρήματα τῶν βασιλέως πλεῖστα συνεπαγόμενος, ἃ Κιλικίας τε αὐτῆς καὶ τῆς Κυπρίων ἐκπεφορολόγηκε γῆς. ἐνταῦθά τε τῇ σεβαστοκράτορος Ἰσαακίου ἐντετυχηκὼς θυγατρί, ἣ Βαλδουίνῳ, καθάπερ εἴρηται, τῷ ῥηγὶ ξυνοικήσασα, ἐπειδήπερ ἐκεῖνος ἀποθάνοι καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν μεταπέσοι τὸν αὐτοῦ, ἐνταῦθα ἐπὶ Ἄκης καθῆστο πόλεως χηρεύουσα· θαμά τε ἐφοίτα παρ' αὐτὴν ἅτε ξυγγενῆ καὶ ὁμιλίας τινὰς ἰδιαζούσας ἐποιεῖτο τῇ ἀνθρώπῳ. προβαί-
D νων δὲ καὶ ἐκτόπως ἠράσθη ταύτης ἄθεσμόν τινα καὶ ἀνόσιον ἔρωτα, ἕως ἤδη πλησιάσας αὐτῇ ἀνέλαβέ τε ἐκεῖθεν καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Σαρακηνῶν σὺν αὐτῇ χώραν ἦλθεν, ἐξ ἧς καὶ παῖδας ἐτέκνω-

7. κασιγνήτην] Cod. κασιγνῆτιν. correxit Heyse. 14. ἐπὶ Ἄκης] Cod. ἐπὶ Ἄκε.

LIBER VI.

1. Ceterum imperator reversum, sicuti memoravimus, ex Tauroscythis Andronicum benevolentia singulari prosecutus, ingenti auri pondere donatum in Ciliciam ad res ibi componendas misit: et ut largiores ei sumptus suppeterent, vectigalia insuper Cypri attribuit. sed ille haud diu ibi locorum moratus, primo quidem Philippam Augustae sororem, legibus id nostris minime concedentibus, sibi despondet: deinde nulla ratione relicta illa in Palaestinam transiit, ingentes secum deferens imperatoris pecunias, quas ex Ciliciae et Cypri tributis coegerat. illic forte incidit in Isaacii sebastocratoris filiam, quae Balduino regi, uti dictum est, nupserat et functo marito fratreque illius regnum iam consecuto, vidua in urbe Ace morabatur. crebrius illam ut consanguineam convenit, et secretas etiam consuetudines cum ea habuit. tandem impuro atque illicito illius amore flagrans ac concubitu potitus in Saracenorum fines una cum illa traiecit et liberos ex ea postea sustulit.

σεν ὕστερον. τότε δὲ πολλήν τινα γῆν ὀθνείαν περιελθών, εἶτα καὶ εἰς τὴν ἑῴαν Ἰβήρων ἐμβάλλει χώραν. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον αὖθις ἐπὶ τοὺς Πέρσας ἦλθε σὺν τῇ γυναικί, ὅθεν συχνὰς ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ποιούμενος ἐμβολὰς πολλούς τε ἀνθρώπων ἀνδραποδιζόμενος ὁ κακοδαίμων ἁρπάγματα τοῦ πολέμου Πέρσαις παρεῖχε, δι᾿ ἃ καὶ ἀναθέματι πρὸς τῆς ἐκκλησίας ὑποβέβληται.

2. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον ζήτησίς τις ἐν Βυζαντίῳ ἀμφὶ τῇ Χριστοῦ συνέπεσε δόξῃ ἀπ᾿ αἰτίας τοιᾶσδε. ἦν τις Δημήτριος, P 147
Ῥωμαῖος μὲν γένος Λάμπης δὲ κώμης ὡρμημένος Ἀσιανῆς, παιδεύσεως τῆς ἐγκυκλίου καὶ μαθημάτων τῶν ἐκτὸς ὀλίγον οἶμαι μετεσχηκώς, δόγμασι δὲ ὡς ἐπίπαν τοῖς θείοις ἐνευκαιρῶν καὶ ἀπέραντόν τινα περὶ ταῦτα κατατείνων ἀδολεσχίαν ἀεί. οὗτος πολλάκις περὶ τὴν ἑσπέραν καὶ ἔθνη πρεσβεύσας τὰ Ἰταλικὰ κορύζης μεστὸς ἐκεῖθεν ἐπανῄει καὶ ἐτερατεύετο ἄλλα τε πολλὰ καὶ δὴ καὶ τὴν θεοῦ φύσιν οὐδέποτε ἀνίει πολυπραγμονῶν, πρᾶγμα οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ διδασκάλοις καὶ τῶν ἱερέων ἐφειμένον τοῖς προὔχουσιν, ἤδη δὲ καὶ βασιλεῦσι διὰ τὸ ἀξίωμα ἴσως. τότε δὲ ἐκ τῆς χώρας ἀναζεύξας Ἀλαμανῶν διαφανῶς ἑτεροφρονεῖν τὰ τῇδε διε- B
τείνετο ἔθνη, καί ποτε τῷ βασιλεῖ διομιλούμενος τοιάδε τινὰ συνεῖρε. πυνθανομένου δὲ τοῦ βασιλέως τίνα ταῦτα εἶεν, ὑπολαβὼν ἐκεῖνος αὐτίκα τὸν πάντα διεξῄει λόγον. εἶχε δὲ οὕτως. "ἐλάσσω τὸν αὐτὸν καὶ ἴσον τῷ φύσαντι θεῷ λέγειν τολμῶσι."

10. ὀλίγον] Cod. ὀλίγας. 12. κατατείνων] Ita Tollius. Cod. κατατίνων. 15. ἀνίει] Cod. ἀνήει.

inde plurimas regiones exteras circumiens Orientalem Iberorum plagam adiit. neque ita multo post ad Persas iterum cum muliere reversus est: unde crebris in Romanorum fines factis excursionibus plurimos captivos fecit, quos ut belli praedam scelestus iste Persis concessit: ob quae facinora ab ecclesia anathemate perculsus est.

2. Per idem tempus orta est Byzantii de gloria Christi controversia hac occasione. quidam Demetrius, genere quidem Romanus sed Lampe vico Asiae oriundus, in disciplinis externis ac secularibus parum opinor versatus, institutis autem divinis assiduo deditus absurdissima quaeque de iis crebrius proferebat. hic saepius in Occidentem gentesque Italicas legatus missus et stolido fastu plenus inde reversus tum alia quaedam effudit portentosa, tum et dei naturam curiosius investigare non destitit: rem alii nulli permissam praeterquam doctoribus et iis qui in sacerdotum albo praecipui fulgeant, atque adeo ipsis iam imperatoribus, propter dignitatis forte excellentiam. cum e finibus Alemannorum rediret, gentes eas propalam contendebat a vera aberrare opinione, inque colloquium imperatoris aliquando admissus eadem effutiit. quaenam autem ista essent illo percontante, sermonem arripiens, statim rem omnem, cuius haec est summa, explicuit. "dicere" inquit "audent minorem eumdem esse et aequalem deo a quo genitus est." at im-

βασιλέως δὲ "τί δέ; οὐχὶ καὶ θεὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπόν φαμεν;" εἰπόντος, ὁ δὲ "ναί," εἶπεν. "οὐκοῦν" βασιλεὺς ἔφη "ἐν τῷ ἄνθρωπος μὲν τὸ ἧττον, ἐν δὲ τῷ θεὸς τὸ ἴσον ὁμολογοῦμεν. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ σωτῆρος ἀκούομεν λέγοντος. φησὶ C γάρ που· ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι. καὶ εἰ μὴ θατέρᾳ τοῦτο προσαρμοστέον φύσει (ἀτοπώτατον γάρ), ἀνάγκη λοιπὸν τῇ ἑτέρᾳ τὸν λόγον προσάπτειν. τὸ γὰρ μηδεμιᾷ λέγειν ἀνόητον. ἆρα καλῶς τοῖς ἀνθρώποις ὁ λόγος ἔχει, ὅσα γε τέως κράτος εἰδέναι τὸ ἡμέτερον." ὁ δὲ καὶ πάλιν "ἀλλὰ περιφανῶς ἀσεβοῦσιν" ἔλεγε. τότε μὲν οὖν ἐν τούτοις τὸν διάλογον ἔλυον· ὀλίγῳ δ' ὕστερον καὶ βιβλίῳ τὰ δοκοῦντα αὐτῷ Δημήτριος ἐνθέμενος τῷ βασιλεῖ ἐκόμισεν. ὁ δὲ "εἴ γε" ἔφη "ὑπὸ γῆν αὐτὸ κατακρύψαι δυνατά ἐστιν, αὐτίκα τοῦτο κατάχωσον, ὡς μὴ ἐντεῦθεν ὀλέθρου πολλοῖς πρό- D V 115 ξενος ἔσῃ. ἐμοὶ γὰρ ἀραρότως ἔχειν συμβαίνει τὰ ἐς τὴν θεωρίαν ταυτηνί, καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως οἶμαι αὐτῆς με ἕξει παρακινεῖν." ἀλλ' ἐκεῖνος ἔτι μᾶλλον θρασὺς ἦν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν συλλόγοις αὐτὸ προὔφερεν. ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀρχιερέων ἐκοινοῦτο πολλοῖς καὶ τοῖς ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν μερίδος, οὓς διακόνους καλοῦμεν. ἐπεί τε συμφωνοῦντας αὐτῷ πολλοὺς εὕρισκεν, ἔτι μᾶλλον ἀναφανδὰ κατὰ τῶν τὸ ἔλαττόν πως πεφρονηκότων ἔπνει καὶ ἐφέρετο· προϊόν τε ἐπὶ μέγα ἤρθη τὸ νεῖκος, καὶ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ ὅστις τῷ τότε καὶ ἐλάλει καὶ ἐζήτει, κἂν ὁποιασοῦν ἐτύγχανε μερίδος ὤν. ὡς οὖν

20. προϊόν] Cod. προϊών.

perator subiiciens "num quid" ait "eumdem esse et deum et hominem dicimus?" ille vero "sic se res habet." tum imperator: "an non igitur, quatenus homo est, minorem, quatenus autem deus, aequalem confitemur? hoc ipsum scilicet servatorem nostrum audivimus dicentem. alicubi enim ait: pater meus maior me est. quodsi divinae istud naturae non est adscribendum (id enim dicere prorsus absurdum esset) necesse est ut alteri, nempe humanae, sermo iste conveniat. dicere enim id neutri competere stultum esset. recte igitur homines isti sentiunt et loquuntur, quantum hactenus maiestati nostrae coniectari licuit." ille vero rursum "manifeste" inquit "errant in fide." atque in his diremptum est colloquium. at paulo post sententiam suam libello exaratam imperatori porrexit Demetrius: is vero "si" ait "condi sub terram potest libellus iste, defode illum protinus, ne multis causa perditionis fiat. mihi quidem immota super ea quaestione stat sententia, neque facile quis ab illa me dimoveat." ceterum insolentior etiam factus, libellum privatim ac publice in coetibus proferebat: atque cum ipsis etiam episcopis, Levitarumque ordine conspicuis, quos diaconos vocamus, de illo disserebat. cum vero iam plurimos in suam pertraxisset sententiam, manifestius contra eos qui minoris opinione tenerentur insurrexit, adeo ut maxima deinceps excitaretur contentio, cum occurreret nemo, cuiuscumque esset dignitatis, qui obloqui et ab eo inquirere quidpiam auderet. quae ut

ταῦτα βασιλεὺς ἔγνω, τὸ μὲν ἐπὶ κοινῆς τεθεικέναι ζητήσεως ὤκνει P 148 καὶ ἀνεδύετο, σὺν εὐλαβείᾳ τῷ πράγματι προσφερόμενος. ὁρῶν δὲ σχεδόν τί μοι ἅπαντας ἐς γνώμην τὴν Δημητρίου νεύοντας, ἕνα καθ' ἕνα, ἤδη δὲ καὶ ξύνδυο καὶ κατὰ πλείους παραλαμβάνων ἐδοκίμαζε τὰ λεγόμενα, οὕτω τε πολλοὺς αὐτῶν ἐπὶ θατέραν μετήνεγκε δόξαν οὐκ ἔχοντας ἀντιλέγειν οὐδέν. κἂν γὰρ καὶ παιδείας ἄγευστος λογικῆς ἦν, ἀλλὰ φύσεως ὀξύτητι καὶ μεγαλείῳ νοήσεως πάντων καθάπαξ ἐκράτει τῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις γεγενημένων ἀνθρώπων. καὶ οὐκ ἦν ὅστις ἠρνεῖτο ταῦτα, μὴ ὅτι τῶν ἐν βασιλέως ἀναστρεφομένων τὰ πολλὰ (ἦ γὰρ ἂν θωπείας ὑπώ- B πτευσέ τις ἐνταῦθα), ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἄλλων ἀγνώστων αὐτῷ· κἄν τι διερμηνεῦσαι προθυμηθείη, σὺν ἐξαισίᾳ τινὶ προμηθείᾳ καὶ σαφηνείᾳ καὶ φράσεως ἁπλότητι τοῦτο διεξῄει· κἂν ὁποίου δή τινος τῶν φιλοσοφίας ἤρτητο τὸ ζητούμενον εἰδῶν, φυσικῶν ἢ θεολογικῶν καὶ καθάπαξ τῶν ἄλλων. ἠσχόλει γὰρ ἑαυτὸν τοῖς τε θείοις καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀκροάμασι, πολύν τε ἀμφοτέρων Ἄρεός τε καὶ Ἑρμοῦ λόγον ἐποιεῖτο, καίτοι σχεδὸν πολεμίων ἔργων οὐδένα καιρὸν ἀνιείς. ὁ μὲν οὖν οὕτως δεξιότητι φύσεως, ὅπερ ἐλέγομεν, πολλοὺς τῶν ἐντυγχανόντων ἐς γνώμην μετετίθει τὴν ἑαυτοῦ. τὸ γὰρ πρότερον οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐχὶ τῆς ἀντικειμένης αὐτῷ μοίρας C ἦν, ὅτι μὴ Λουκᾶς ὁ τηνικάδε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐφεστώς, ὃς καὶ αὐτὸς οὐδαμῆ παρρησιάζεσθαι ἔτι ἐτόλμα, καὶ διακόνων οὐ

3. *σχεδόν τί μοι*] ? Duc. *σχεδόν τι μή*. 11. *ἄλλων*] Malim *ἄλλως*.

imperatori comperta fuerunt, publico quidem examini hanc ille committere controversiam prae religione quadam in dies differebat. ubi vero omnes propemodum in Demetrii opinionem inclinare vidit, singulos primo, inde binos et plures ad se vocans, agitata et discussa quaestione, plurimos ex iis, cum quid opponerent non suppeteret, in alteram perduxit sententiam, licet enim logicam et dialecticam non attigisset, praestantia tamen ingenii et acumine mentisque et animi magnitudine ceteros omnino, qui nostra aetate vixerunt, homines praecellebat. et nemo haec infitiabatur, non eorum modo qui cum principe saepius versabantur, quorumque suspecta haberi posset adulatio, sed et aliorum, qui ei prorsus ignoti sunt. si quid enim interpretari vellet, id singulari accuratione et perspicuitate, necnon et nativa simplicitate referebat, ex quacumque demum philosophiae parte deducta esset quaestio, sive ex physica sive ex theologica ceterisque. exercebat enim sese in divinis perinde ac humanioribus disciplinis, et magno utrumque habebat loco, Martem et Mercurium, etsi nullo propemodum tempore illi a bellicis curis vacaret. ille itaque, uti diximus, complures ex iis, quibuscum congressus est, ad suam perduxit sententiam. primum enim nemo erat, qui non partis esset sibi adversae, praeterquam Lucas rebus ecclesiasticis tum praepositus, qui et ipse nec aperire libere mentem suam audebat, cum sex non amplius dia-

πλείους τῶν ἕξ. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι ἅπαντες, ὡς ἐκ τῆς ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ κοινωνίας πολλοὺς τοῦ κατ' αὐτοὺς ἀπορρέοντας ἑώρων χοροῦ, οἰηθέντες τῷ διαφόρῳ τῆς νοήσεως καὶ τῷ τῆς γλώττης εὐστρόφῳ ἐν ταῖς ἰδιαζούσαις τοὺς πολλοὺς αὐτῶν εἰς ἑαυτὸν ἐφέλκεσθαι συνουσίαις, ἔστησαν παρ' ἑαυτοῖς, μηκέτι μηδένα κατὰ μόνας καὶ ἐν παραβύστῳ τῷ βασιλεῖ ἐντεύξεσθαι αὐτῶν. "κἂν γὰρ μὴ νῦν, ἀλλ' ὀψὲ καὶ μετὰ ἀποβίωσιν ἀναθέματι πάντως
D ὑποβληθήσεται" ἔλεγον συνελεύσεις ἔς τε ἀλλήλων καὶ δὴ καὶ ὑπερεχόντων τινῶν ποιούμενοι οἰκίας. ὧν οὐδὲν ἔτι συνιδὼν ὁ βασιλεὺς Εὐθύμιόν ποτε τῶν Νέων Πατρῶν ἀρχιερέα ἰδίᾳ καλέσας, ἀνεπυνθάνετο τῶν εἰρημένων γυμνάζειν τε σὺν αὐτῷ τὴν δόξαν ἤθελεν. ὁ δὲ μεμυκὼς τὰ χείλη σιγῇ ἵστατο. τοῦ βασιλέως δὲ τὴν αἰτίαν ἐρομένου τῆς σιωπῆς, τὸν πάντα λόγον ὑπολαβὼν ἐκεῖνος διεξῄει. θυμήνας οὖν ἐπὶ τούτοις, καίτοι οὐ πρότερον εἰθισμένον αὐτῷ τοῦτο (ὅ,τι γὰρ ἂν πράττοι σὺν εὐσταθείᾳ καὶ ἀκρο-
P 149 χολίας ἔπραττεν ἔξω), ἠπείλησε κατὰ κρημνοῦ τοῦτον ὠθήσειν,
V 116 εἴ γε αὐτοὶ τὴν ὑγιᾶ περὶ θεοῦ διαστρέφοντες δόξαν αὐτῷ ταῦτα ἐπικαλοῦσιν. "ἀλλ' ἵνα" ἔφη μεταβαλὼν "γνώσεσθε πρῶτον οἵτινες ὄντες καὶ ὅπως ποτὲ περὶ θεοῦ φρονοῦντες σκώμματά τε ἐπιρριπτεῖτε κἀμοί (ἀνέχομαι δὲ ὑβριζόμενος, ὡς μὴ δόξαν ὀρθὴν αὐθεκάστῳ διαβάλλοιμι πράξει. αἱ γὰρ πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἀγαθῶν ἔργων ὁμοιότητες ἱκαναὶ καὶ τὰς γνώμας ταυτίζειν, ἐξ ὧν

3. διαφόρῳ] Fort. διατόρῳ. 21. αὐθεκάστῳ] Ita Tollius coniecit. Cod. ἀνθεκαίνῳ.

conis. ceteri autem omnes, ut plerosque post familiare cum imperatore colloquium a suis partibus abscedere viderunt, in secretis istis congressibus, ingenii solertia ac linguae lenocinio ad illius esse pertractos sententiam rati: apud se statuere, ut nemo e suis deinceps solus aut secreto cum principe colloqueretur. quippe, etsi non in hac vita quidem, tandem tamen post mortem anathemati omnino esse subdendum aiebant. ad haec mutuo in aedibus suis et principum aliquot virorum conventus instituerunt, quorum omnium ignarus imperator, Euthymium Novarum Patrarum episcopum secreto de hac controversia percontatur, hancque cum illo agitare se velle quaestionem ait. at is labia occludens silebat. exquirente autem imperatore causam silentii, tum respondens ille rem omnem explicuit. ex quibus non modice commotus princeps iraque succensus, quod alias solitus non erat, utpote qui cum animi constantia et praeter iracundiam quaelibet ageret, comminatur eum de excelsiori loco praecipitem se daturum, si qui sanam de deo doctrinam perverterent, sibi eam crimini ducerent. "sed ut intelligatis" inquit mutata primum voce "quales vos et quomodo de deo sentientes probra mihi ingeritis (ego autem iniuriam transmitto, ne rigidiore facinore verae rectaeque doctrinae officere videar: bonorum enim operum cum pravis similitudo ad animos etiam, unde utraque proveniunt, pari labe aspergendos

ἑκάτερα προέρχονται), ἀνθοπλίσασθε τοίνυν ὅπως μοι μόνῳ τῶν ἁπάντων ἀπεναντίας ὑμῖν ἥξοντι συμπλακήσεσθαι λοιπὸν δυνηθῆτε, οὐ βίᾳ χειρῶν, ἀλλ᾽ ἐνεργείᾳ λόγων. μισεῖται γάρ μοι νικᾶν ἡττωμένῳ, καὶ μάρτυς ἡ πρᾶξις ἥδε. σαφέστατα γὰρ περιυ- B βρισμένος, ὥσπερ ὁρᾷς, ἐπέχω τὴν ἄμυναν· καίτοι ἔδει μὴ ἐν γωνίαις ὑμᾶς ταῦτα διασύρειν. τίς γὰρ ὑμᾶς καὶ ἐβιάσατο; ἢ τίς τὴν παρρησίαν ἀφεῖλε; πότε μοι πρὸ τοῦ βήματος ἀπεώσθητε λέγοντες; τί κερδανῶ αὐτός, δόξῃ παρίσταμαι ἀλλοκότῳ; ἆρα ὡς μὴ τὴν περὶ λόγους μοι δόξαν αἰσχυνῶ, ὅπερ ἤδη πολλοὶ τῶν καθ᾽ ὑμᾶς ἔπαθον (καὶ μὴν οὐδέποτε τηλικαῦτα ἐπήγγελμαι) λείπεται πάντως, ἵνα μὴ περὶ θείου δόξαν καταπροδῶ. εἰ δέ τις μεταδιδάξαι με σχοίη τὴν γνώμην, συμφώνως γραφαῖς λαλῶν ταῖς ἱεραῖς, οὐδεμία μοι πάντως αἰσχύνη ἐπ᾽ ἐκεῖνα μεταθέσθαι· ἓν δὲ C μόνον τοῦτο τετηρήσθω, ἀνύβριστος θεός. ὑπὲρ τούτου γὰρ μυριάκις αὐτὸς ὑβριζόμενος ὑπενέγκω." ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρησαν, ἡμερῶν δὲ ὀλίγων ὕστερον βίβλους τε, ὅσαι τε περὶ τούτων τρανοῦσιν, ἐκόμιζε συχνὰς κἀπὶ κοινοτέρας τὸ πρᾶγμα προὐτίθει ζητήσεως. ὑπέρρεον οὖν ἑκάστοτε συχνοὶ τῆς ἀντιθέτου μοίρας, ἕως ἅπαντες ἅμα πατριάρχαις τοῖς ἄλλοις ὡμοφρόνησάν τε καὶ τὸν βασιλέα τῆς τῶν γραφῶν μᾶλλον ξυνιέναι ὡμολόγουν διανοίας. τῷ γε μὴν Λουκᾷ ἐχαλέπαινόν τε περιφανῶς καὶ σκώμματα προσῆγον, δι᾽ ἃ τοῦ θρόνου κατασπᾶν ἐπεβοῶντο τὸν ἄνθρωπον, πάνυ

1. ἑκάτερα] Cod. ἑκάτεροι. 8. δόξῃ παρίσταμαι] Duc. ante δόξῃ inseruit εἰ. fort. παριστάμενος. 16. ὅσαι τε] ὅσαι γε?

sufficit) agite, arma induite, ut mecum tandem solo contra vos venturo, non manuum vi, sed rationum et argumentorum pondere, depugnare possitis. nolo enim victus vincere; et testis mihi est haec actio. manifesta quippe affectus iniuria, ut vides, ab ultione abstineo. minime autem oportuerat vos ea in angulis proferre. quis enim vos ad id coegit? aut quis libertatem abstulit? quando ego sedens pro tribunali dicendi facultatem denegavi? quid inde ego lucri referam, si ineptam ac insulsam opinionem defendero? igitur ut non pudeat, quod non satis eruditae linguae animique existam, quod iam multis vestrum accidit (licet eiusmodi numquam professus sim) superest omnino, ut quam de deo habeo opinionem, non prodam aut deseram. si vero aliquis nova quaepiam docere me velit, quae scripturis sacris consentanea sint, in illius sententiam transire haud verebor. unum hoc interea observetur, ut non irrideatur deus: pro illo enim millies ipse contumeliam patiar." haec tum ibi gesta. paucis vero deinceps elapsis diebus libros complures, quotquot praedictam controversiam videbantur explanare, produxit communique concilio rem decidendam statuit. descivere igitur undique plures ab adversa parte, ita ut universi cum ceteris patriarchis eamdem amplexati sententiam imperatorem sacrarum scripturarum scientia ceteros anteire confiterentur. Lucae autem indignabantur propalam dicteriisque eum incessebant, atque adeo hominem throno depellendum inclamabant, viri

ἀμαθῶς τοῖς πράγμασιν ἐφιστάνειν εἰδότες. τῆς Λουκᾶ γὰρ ἡτ-
D τῆσθαι ὁμολογήσαντες γνώμης, ὅτι καὶ τῆς βασιλέως πολλῷ πρό-
τερον, ἁλώσιμοί τε αὐτοῖς ἐς τὴν θρησκείαν γεγονότες, οἱ δὲ ἐγ-
κλημάτων ἑτέρων ἐγράφοντο τοῦτον. ἐφ' οἷς οἶμαι καὶ βασιλεὺς
αὐτῶν καταγνοὺς σὺν ἐπιπαθεῖ τινι λογισμῷ τῷ Λουκᾷ ἐπιφυομέ-
νων "ἀλλὰ τοῦτο μὲν" ἔφη "τέως ἀποκείσθω· ὁπηνίκα δὲ τέλος
ἕξει τὸ τῶν παρόντων, βασανισθήσεται καὶ ταῦτα, καὶ τέλος αὐ-
τοῖς ἐπιθήσομεν τὸ προσῆκον" ἐφ' οἷς ἀποκρουσθέντες ἐκύρουν
ἤδη τὰ δεδογμένα. βασιλεὺς δὲ ὑπεσημήνατο τούτοις· καὶ τὸ λοι-
πὸν λίθοις ἐγκολαψάμενοι τὴν γραφὴν ἐπὶ τοῦ Σοφίας ἱεροῦ ἀρι-
P 150 στερᾷ εἰσιόντι φέροντες ἔστησαν. καὶ τέλος ἤδη εὐράτο τὰ τῆς
ζητήσεως. ἐγὼ δ' ἐκεῖνο περὶ τῶν τοιούτων ἀεὶ φρονῶν διατετέ-
λεκα, ὅτι δὴ φύσιν θεοῦ πολυπραγμονεῖν ἀνθρώπῳ γε ὄντι οὔκουν
ἀνέγκλητον. ὅ γε μὴν θαυμάζειν ἔχω τῷ αὐτοκράτορι τούτῳ αὐ-
τίκα μοι λελέξεται. συζητοῦντί ποτε περὶ τούτων αὐτῷ (ἐπὶ ἓξ
καὶ γὰρ ἐνιαυτῶν παρετέτατο κύκλους τὰ τῆς ἀμφισβητήσεως) τῶν
τις περὶ τὴν βασιλικὴν ἀμφιπονουμένων ἐγένετο ἑστίαν, ἀγγέλλων
οὖν αὐτῷ ἡσυχῇ, ἠμβλωκέναι τὴν βασιλίδα, εἶτα καὶ ὅτι ἄρρεν.
ὁ δὲ οὐδ' ὅσον ἐν σχήματι τὸ πάθος ἐπιδειξάμενος καθῆστο προσ-
ανέχων τοῖς λεγομένοις. ἐπεὶ δὲ τέλος ἤδη εἶχε τὰ τῆς τηνικάδε
ζητήσεως, ὄρθιος ἀναστὰς ῥίπτεῖ παρὰ τοὺς τῶν ἱερέων πόδας
E ἑαυτόν, καὶ "ἄρτι μοι" ἔφη "πατέρες ἱεροί, λόγος ἐκ τῆς γυ-
V 117 ναικονίτιδος ἦλθεν, ἐκτετρῶσθαι παῖδά μοι λέγων ἄρρενα, μεγί-
στην ἐλπίδα ἔμοιγε. ἀλλ' αἰτοῦμαι δὴ τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα,

rerum gerendarum prorsus imperiti: ut qui cum Lucae et imperatoris multo ante sententia victos se profiterentur deprehensique iis essent a vera fide alieni, nova tamen crimina in eum coniicerent. unde factum opinor, ut et princeps eos damnaret, quod animo affectibus praeoccupato in Lucam ferrentur. "sed haec" inquit "differantur tantisper: ista etiam, ubi res praesentes absolverimus, examinabimus, et finem iis decentem imponemus." his itaque repulsi decreta confirmarunt, quibus ipse etiam subscripsit imperator. eadem vero postea lapidibus inscripta in templo sanctae Sophiae collocavere ad ingredientium partem sinistram. atque ita finita est illa controversia. illud equidem semper huiusmodi in rebus sensi ac credidi, dei naturam curiosius inquirere homini nefas esse. ceterum quod in principe isto admiratione dignum mihi visum est, nunc exponam. disceptanti aliquando super hoc ipso (sex enim totos annos agitata est ea quaestio) accurrens quidam e domesticis ministris Augustam fecisse abortum, ac deinde prolis masculae, in aurem insusurravit. sed ille nec vultu affectum prodens, ad ea quae tum disceptabantur intento semper animo sedit. qua tum finita disputatione, ante sacerdotum pedes procumbens "modo" inquit "patres sancti, adfertur mihi ex gynaeceo filium, spem mihi maximam, abortu periisse. sed sanctitatem

πέμψατέ τινα πρὸς θεὸν ἱκετηρίαν, πέμψατε ἀντιβολῶ. κἂν μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔγωγε περὶ τοῦτον δὴ τὸν ἱερὸν ἐκονισάμην ἀγῶνα, μηκέτι μηδ' εἰσέπειτά μοι τελεσφορηθείη σπέρμα γένους ἑκατέρου μηδέν, μηδ' ὀναίμην ἐλπίδων τῶν ἐμαυτοῦ, εἰ δ' ἀρεστὰ θεῷ τὰ τῆς ἐμῆς γνώμης ἐστίν, οὐκ εἰς μακράν μοι τὴν ἐλπίδα παρέξοιτο ταύτην." ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπὼν ἀνίστατο γῆθεν, οἱ δὲ ἐς γόνυ κλιθεὶς ἕκαστος σὺν δάκρυσι θεὸν ἐπεκάλουν. τότε μὲν οὖν ἐπὶ τοιούτοις ἀπηλλάγησαν. οὔπω δὲ χρόνος ἐξῆκε συχνός, καὶ τεκνοῖ παῖδα βασιλεύς, γλύμμα Χαρίτων, φύσεως ἄνθος. C ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁποῖός τις ἐστὶν ἰδεῖν ὁ λόγος ἐν δέοντι διαγράψει μοι, τὰ δὲ τῶν ἀγώνων ἐκείνων ἐν τούτοις ἐτελεύτα. Λουκᾶς δέ, ἐπειδὴ μηδὲν ὅ,τι καὶ λόγου ἄξιον πρὸς τῶν κατηγορούντων αὐτῷ προσετρίβετο, ἐπὶ τοῦ θρόνου ἔμεινεν αὖθις. Ἰωάννης δὲ ὁ τὴν Κερκυραίων λαχὼν καὶ μοναχῶν τις, ὃν ἐπεκάλουν Εἰρηνικόν, τῇ προτέρᾳ ἐπιμείναντες δόξῃ ἀναθέματι ὑποβέβληντο, ἄλλοι τε ἑξῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξωστρακίσθησαν καταλόγων.

3. Ὁ δὲ τῶν Οὔννων ῥὴξ τὰ καθεστῶτα πάλιν κινήσας Διονύσιόν τινα τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιφανῶν, ἄνδρα πολέμων πολ- D λῶν ἔμπειρον, στρατεύματι μεγάλῳ Σιρμίου καὶ πάλιν ἀντιποιηθῆναι ἔπεμψεν. ὃ πυθόμενοι οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ βουλευτέα σφίσι περὶ τούτου ἐποίουν. προὔβαινε μὲν τὰ τῆς βουλῆς, οὐκ ἐπὶ τὸ Ῥωμαίοις ξυνοῖσον, ὁρώντων τῶν βουλευτῶν, ἀλλ' ὡς ἄν τις παραλογίσαιτο τὸν ἕτερον, μάλιστα μέντοι ἄμφω

21. ἐποίουν]?

vestram obsecro, preces ad deum fundite orateque, ut si in eo sacro certamine non recte sanaque fide desudavi, nulla mihi deinceps utriusque sexus proles ad maturam aetatem perveniat, nec votis unquam potiar meis: sin autem grata deo nostra fuit sententia, hanc spem meam non in longum tempus protrahat." quibus dictis humo se tollit. illi autem in genua flexi cum lacrimis deum invocant, iisque peractis precibus digrediuntur. neque multum effluxit temporis, cum puerum genuit imperator, Gratiarum imaginem, florem naturae. sed quali fuerit is forma congruenti loco pluribus exsequemur. et in his finem habuere eiuscemodi quaestiones. Lucas autem, cum nihil gravioris momenti ei ab adversariis obiiceretur, in sede rursum permansit. at Ioannes Corcyraeorum episcopus et monachus alius, cognomento Irenicus, in priori sententia persistentes, excommunicationi subditi sunt, aliique insuper ex ecclesiasticis catalogis deleti.

3. Interea Hungarorum rex ruptis rursum foederibus Dionysium quemdam ex aulae primatibus, virum qui multis iam in bellis inclaruerat, cum ingenti exercitu ad Sirmium iterum occupandum mittit. quod simul atque percepere Romani duces, quid in eo rerum statu esset agendum deliberant. sed non in Romanorum commodum processit eiusmodi consilium, utpote in id intentis consiliariis, ut alius alium deciperet: utroque in primis Michaële,

τῷ Μιχαὴλ, ὅς τε Γαβρᾶς ἐπεκέκλητο δοὺξ τῆς τῆδε χώρας τελῶν, καὶ ὁ Βρανᾶς στρατεύματος ἰδίᾳ κατάρχων καὶ αὐτός, ἀμφοτέρω μὲν πολεμικωτάτω, ἀλλ' ὁ Βρανᾶς ἐκράτει μᾶλλον. βουλευομένοις τοίνυν ἐπειδήπερ ἐδόκει νύκτωρ ἐπιθέσθαι Διονυ- P 151 σίῳ, ἄραντες πανστρατεὶ πρόσω ἐχώρουν. γεγονότες δ' ἔνθα Διονύσιον στρατοπεδεύεσθαι συνέβαινεν, ἐπειδὴ παντάπασιν ἀνδρῶν ἔρημον τὸ στρατόπεδον εὗρον, ὑποδειλιᾶν ἤρξαντο. ἱκανὸν γὰρ εἴπερ τι χῶρος ἔρημος καὶ ἀήθης διατριβὴ ψυχὴν ἐπὶ πολεμίας κατασεῖσαι στρατιωτικήν. ἰχνοσκοποῦντες δ' ὅμως ἐπορεύοντο, καὶ τάχα ἄν τι καὶ ἔπραξαν, εἴ γε πρωιαίτερον τοῖς Οὔννοις ἐπέθεντο. τότε δὲ ἐπεὶ ἡμέρα ἤδη διαφανῶς ἦν, αἰσθόμενοι Οὖννοι τούς τε ἵππους εἰσελαύνειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἤρξαντο (ἐτύγχανον γὰρ ἐπὶ νομὴν ἀναθέντες) καὶ τοῖς πρὸ τῶν σκηνῶν ἐξ ἔθους ἀεὶ ἑστῶσιν ἐπιβαίνοντες φαλαγγηδὸν ἐτάττοντο, Ῥωμαίους τε σὺν ἀκοσμίᾳ πολλῇ φερομένους ἰδόντες (τοῖς γὰρ B τὴν ἵππον ἐλαύνουσιν ἐπιθέμενοι Οὔννοις οἱ πλείους ἐσκεδάσθησαν) ἐπήλασάν τε αὐτοῖς καὶ τρεψάμενοι εἰς τοὺς κατόπιν ἰόντας τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος συνελάσαι ἴσχυσαν. ἐφ' οἷς συνταραχθέντες ἐκεῖνοι ἐς ὑπαγωγὴν ἔκλιναν. καὶ τὸ λοιπὸν ἀνὰ κράτος Ῥωμαῖοι ἔφευγον, οἰηθέντες πολλῷ πλείονα τῆς ὁρωμένης ἐπιθέσθαι σφίσι στρατιᾶς. τὴν γὰρ τοῦ ἀληθοῦς γνῶσίν τε καὶ διάκρισιν κομιδῇ ὀλίγοις ἀνθρώπων ἐν τοῖς τοιούτοις ἔστιν εὑρεῖν. ὅθεν καὶ ταχὺ πάντων ἀπαγορευσάντων μέχρι μέν τι-

4. βουλευομένοις] Cod. βουλομένοις. corr. Tollius. 10. πρωιαίτερον] Cod. προιαίτερον. 13. ἀναθέντες] Fort. ἀνεθέντες.

Gabra nimirum, qui dux erat regionis, et Brana, qui et ipse exercitui praeerat, utroque belli cupidissimo: verum praevaluit Branas. cum igitur Dionysium noctu adoriri vellent, quandoquidem ita inter se decreverant, motis inde castris cum omnibus viribus ulterius sunt progressi. ubi ad eum pervenere locum, in quo sua Dionysius castra posuerat, nullumque omnino in iis invenere exercitum, tum eos occupavit pavor. si quid enim aliud, locus desertus et incognitus in hostium solo ad commovendos militum animos plurimum valet. nihilo minus iter agebant, eorum subinde observantes vestigia: et forte confecissent quidpiam, si maturius adorti fuissent Hungaros. tum enim clara iam luce, ut id illi advertere, equis qui in pascuis erant in castra abactis, et ceteris qui ante tentoria stare de more solent conscensis, in turmas ordinantur: mox ut Romanos negligenter et incomposite ferri vident (plurimi enim ex iis, dum Hungaros, qui equos in castra agebant, adoriuntur, sese huc illuc effuderant), illos invadunt, fusisque iis ceteros, qui Romanam phalangem a tergo sequebantur, propulere etiam. quibus perculsi Romani receptum primo cogitarunt, ac deinde longe maiorem viso instare exercitum rati in fugam sese coniecere. veritatem enim aut cognoscere, aut diiudicare iis in momentis pauci admodum mortales sciunt. pro-

νος ἑστατὸν ἀμφοτέρω τὼ στρατηγὼ σὺν τοῖς σημείοις καὶ ὀλί-
γοις τῶν ἀμφ᾿ αὐτούς, οἰομένω ἐπισυστήσασθαι αὖ Ῥωμαίων
τινάς· ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμόθεν συνίστατο τούτοις, νῶτα λοιπὸν
ἔδοσαν καὶ αὐτοί. ἀλλ᾿ ὁ μὲν Βρανᾶς μεταξὺ ἐπιστραφεὶς τῶν C
τινα πολεμίων δόρατι ἔπαισεν, ἅτερος δὲ ἀπῄει. ὅτε δὴ κατα-
φανῶς ἔγνωστο τὰ τῆς ἐν βουλῇ πρότερον αὐτοῖς διαφορᾶς. V 118
ὁ γάρ τοι Βρανᾶς ἐπειδὴ φεύγοντι αὖθις συνέμιξε τῷ Γαβρᾷ,
ἐπιτωθάζων μάλα καὶ ἐνδιάθρυπτος "ἆρα" ἔφη "συνεβάλου με,
ὦ σεβαστέ, ὅπως ἐσαῦθις τοῖς πολεμίοις ἀντεκατέστην, ἀπὸ δό-
ρατός τε αὐτοῖς προσηνέχθην;" τοῦ δὲ καταφήσαντος, "ἀλλ᾿
ἔγωγε" εἶπεν "οὐ μὰ τὴν βασιλέως εἶδόν σε κεφαλὴν ὅτι μὴ
ἀπιόντα." οὕτως οἱ νῦν Ῥωμαῖοι οὐκ ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι
οὐδὲν πεπραγμάτευται ἕκαστος, ἀλλ᾿ ὡς ἄν τις αὐτὸς καλὸς καὶ
ἀγαθὸς εἶναι δόξῃ, πάντα ἀναδέχεται πόνον. Οὖννοι δὲ κατὰ D
νώτου διώξαντές οὐ σφόδρα πολλοὺς Ῥωμαίων ἔκτειναν, εἷλον
δὲ καὶ οὐ συχνούς. δειλίᾳ γὰρ ἔτι πολλῇ εἴχοντο. τεκμηριώ-
σαιτο δ᾿ ἄν τις ἐντεῦθεν. τῶν γάρ τις ἐκ πεζικῶν καταλόγων
φυγὰς ἄχρι καὶ ἐπὶ Ζεύγμην ἦλθε, πρὸς οὐδενὸς Ῥωμαίων κα-
ταληφθείς. οὕτω σχολῇ τὴν ὁδὸν ἐποιοῦντο. ὅτε δὴ πρὸς ὄγκον
ἐπᾶραι τὸ πραχθὲν ἐννοησάμενος Διονύσιος ὀλίγα τῶν πεπτω-
κότων συναγαγὼν σώματα χοῦν ἐπ᾿ αὐτὰ ὅτι πλεῖστον ἤγειρε,
τῷ τοῦ χώματος μεγέθει καὶ τὰ νεκριμαῖα συμμετρεῖσθαι δια-
νοηθείς. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω συνηνέχθη γενέσθαι, βασιλεὺς δὲ P 152

5. καταφανῶς] Cod. καὶ ἀφανῶς. correxit Heyse. 8. ἐνδιά-θρυπτος] Fort. ἐνδιαθρυπτόμενος.

tinus itaque omnibus discedentibus, aliquamdiu cum signis, et paucis ex suis, restitere dux uterque, aliquot adhuc secum permansuros Romanos rati. sed ubi nemo usquam cum iis stetit, terga et ipsi tandem dederunt. Branas quidem conversus unum de hostibus hasta percussit; alter autem fuga evasit. tum sane quod in consilio prius inter eos dissidium intercesserat innotuit; postquam enim fugientem Gabram iterum assecutus est Branas, irridens ac illudens "num" inquit "vidisti, o sebaste, ut iterum restiterim hostibus, eosque hasta invaserim?" illo annuente "enimvero" ait "per caput imperatoris nusquam vidi te nisi fugientem." sic igitur nunc aetatis Romanorum quisque, si de communi agatur commodo ac publica utilitate, egregium nihil conficit: contra vero, ut manu strenuus fortisque omnibus appareat, nulli labori parcit. at Hungari, qui a tergo fugientibus instabant, paucos e Romanis cecidere, nec plures admodum cepere, cum essent et ipsi pavore haud minimo conturbati: quod inde colligere quivis potest. quidam enim ex pedestribus numeris ad Zeugmen usque fuga delatus, in nullum Romanorum incidit, adeo oscitanter illi iter faciebant. tum quidem Dionysius in immensum attollere rem gestam cogitans, paucis in unum collectis interemptorum cadaveribus, humum iis iniecit, aggeremque altius eduxit, futurum ratus, ut caesorum inde numerus deprehenderetur. in hunc modum res ibi peractae

ἐσφάδαζε μὲν διὰ ταῦτα καὶ ἤθελεν αὐτὸς καὶ πάλιν ἐπὶ Οὐννικῆς ἰέναι, ἐπίδειξιν δὲ μᾶλλον τῆς Ῥωμαίων ἰσχύος ποιεῖσθαι θέλων αὐτοῖς, τοιάδε τινὰ ἐνενόει. Ἀλέξιον μέν, ᾧ τὴν θυγατέρα ἠγγύα, στρατεύμασιν ἅμα πολλοῖς, ὧν Ἀλέξιος ἦρχεν ὃς πρωτοστράτωρ ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἔπεμπε δόκησιν ἐμποιήσοντα Οὔννοις ὡς ἐκ τῶν συνήθων καὶ πάλιν αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται χωρίων, Λέοντα δέ τινα Βατάτζην ἐπίκλησιν ἑτέρωθεν στράτευμα ἐπαγόμενον ἄλλο τε συχνὸν καὶ δὴ καὶ Βλάχων πολὺν ὅμιλον, οἳ τῶν ἐξ Ἰταλίας ἄποικοι πάλαι εἶναι λέγονται, ἐκ τῶν πρὸς τῷ Εὐξείνῳ καλουμένῳ πόντῳ χωρίων ἐμβαλεῖν ἐκέ- B λευεν εἰς τὴν Οὐννικήν, ὅθεν οὐδεὶς οὐδέποτε τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπέδραμε τούτοις. Ἀλέξιος μὲν οὖν καὶ τὸ ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα ἐπὶ τοῦ Ἴστρου γεγονότες δέος ὑπέτεινον Οὔννοις ὡς ἐκεῖθεν αὐτίκα περαιωσόμενοι, ὁ Βατάτζης δὲ ὅθεν εἴρηται προσβαλὼν ἔκειρέ τε ἀφειδῶς πάντα καὶ ξυνεπάτει τὰ παραπίπτοντα. ἀνθρώπων τε οὖν πολὺν εἴργαστο φόνον καὶ ἀνδραποδισμὸν οὐκ ἐλάσσω πεποίητο. πρὸς δὲ καὶ ζώων ἀγέλας ἵππων τε καὶ ἄλλων παντοδαπῶν ἐκεῖθεν ἐλάσας ἐπὶ βασιλέα ἦλθεν. ὁ δὲ καὶ δευτέραν ἐπιθεῖναι σφίσι θέλων πληγὴν στράτευμα καὶ πάλιν ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν ἐπιστείλας ἄνωθέν ποθεν ἐς τοὺς προσοικοῦντας τὴν Ταυροσκυθικὴν ἐμβαλεῖν Οὔννους. ἡγοῦντό τε τοῦ C στρατεύματος τούτου Ἀνδρόνικός τε ὁ Λαμπαρδᾶς καὶ Νικηφόρος ὁ Πετραλοίφας ἄλλοι τε ἱκανοί. πᾶσι μέντοι ἐφίστατο Ἰωάννης, οὗ πολλάκις ἤδη ἐμνήσθην, ὁ Δούκας· οἳ καὶ οὐκ

sunt. at imperator ex iis non modice indignatus, ipse iterum in Hungariam movere instituit: atque ut Romanae fortitudinis hostibus daret argumentum, id potissimum comminiscitur. Alexium quidem, cui desponderat filiam, cum multis copiis, quibus Alexius protostrator praefuerat, versus Istrum misit, quo Hungaris fucum faceret quasi ex consuetis rursum locis in eos impetum esset facturus. Leonem autem Batatzem nomine aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero Valachorum ingenti multitudine, qui Italorum coloni quondam fuisse perhibentur, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere iubet, qua ex parte nemo adhuc a primis seculis eos invaserat. Alexius itaque et reliquus Romanorum exercitus cum ad Istrum pervenissent metum Hungaris fecere quasi continuo inde traiecturi. Batatzes autem ab iis quae diximus locis irrumpens, omnia depopulatus obvia quaeque prosternit hominum ingentem caedem edit, nec pauciores captivos ducit. ad haec pecorum equorumque et aliorum inde animalium greges agens ad imperatorem revertitur. sed ille alteram quoque iis inferre plagam volens novas in eos rursus copias misit: iussitque ut superiora adirent loca et Hungaros qui Tauroscythicam accolunt aggrederentur. iis copiis praeerant Andronicus Lampardas et Nicephorus Petralipha aliique non pauci. summa autem rerum penes Ioannem Ducam, cuius non semel meminimus,

εἰς μακρὰν δολιχούς τινας καὶ δυσεμβόλους διαμείψαντες χώρους ἀνθρώπων τε παντάπασιν ἔρημον διελθόντες γῆν ἐμβάλλουσι τῇ Οὐννικῇ, κώμαις τε πολυανθρωποτάταις ἄγαν ἐντετυχηκότες πολλαῖς μέγα τέ τι λαφύρων περιεβάλλοντο χρῆμα καὶ ἀνθρώπων πολλοὺς ἔκτειναν, πλείστους δὲ καὶ ἠνδραποδίσαντο. μέλλοντές τε ἤδη ἐκεῖθεν ἀπαίρειν σταυρὸν χαλκοῦ πεποιημένον ἐνταῦθα ἀναστήσαντες τοιάδε τινὰ ἔγραψαν.

Ἐνθάδε Παννονίης ποτὲ ἄκριτα φῦλα γενέθλης
Δεινὸς Ἄρης καὶ χεὶρ ἔκτανεν Αὐσονίων. D
Ῥώμης ὁππότε κλεινῆς δῖος ἄνασσε Μανουήλ,
Κομνηνῶν κρατόρων εὖχος ἀριστονόων.

4. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Ἐρρίκος Ὀστριχίων δοὺξ σὺν V 119
τῇ γυναικὶ Θεοδώρᾳ τῇ βασιλέως ἀδελφιδῇ ἐπὶ Σαρδικὴν ἦλθε, Φρεδερίκον τε τὸν Ἀλαμανῶν ῥῆγα τῷ βασιλεῖ διαλλάξων καὶ πολέμων ἐκεχειρίαν Οὔννοις ἐξαιτησόμενος. Φρεδερίκος γάρ, ὡς ἐν τοῖς ἔξωθέν μοι δεδιήγηται λόγοις, βασιλέως ἀντιπράττοντος αὐτῷ, τήν τε Ῥώμης ἀρχὴν παρὰ μικρὸν ἀφῃρῆσθαι ἦλθεν, ἐς τὸ πάλαι ἔθος ἀνακεχωρηκέναι τοῦ ἐν Ῥώμῃ ἀρχιερέως συνομολογήσαντος, καὶ ἄλλα τῶν οὐ κατὰ γνώμην ὑπέστη πολλά, τῶν P 153
τῇδε ἐθνῶν ἐκπεπολεμωμένων αὐτῷ ταῖς ἐκ βασιλέως συνωθήσεσι. δι᾽ ἃ καὶ ὀλίγῳ μὲν πρότερον, ὁπηνίκα ἔτι ἐν κακοῖς ἦν, ὑποποιεῖσθαι τὸν βασιλέα θέλων, πέμψας φίλια διελέξατο κατὰ

4. περιεβάλλοντο] Malim περιεβάλοντο. 12. Ὀστριχίων] Ita Duc. Cod. ὁ Στριχίων. 16. ἔξωθεν] Duc. ἔπροθεν. voluit ἔμπροσθεν. 17. ἐς τὸ πάλαι] Duc. ἔς τε τὸ πάλαι.

fuit. nec diu cunctati loca longa atque inaccessa terrasque hominibus prorsus vacuas emensi Hungariam invadunt, et in vicos incidentes frequentissimos complures ingenti praeda potiuntur, homines multos caedunt, plurimos captivos faciunt: cumque inde essent excessuri confectam ex aere crucem isthic loci statuunt cum huiusmodi inscriptione:

Pannonicae quondam numerosa hic germina stirpis
Mars et dura manus sustulit Ausonium:
Imperium Manuël Romae cum divus habebat,
Comnenum Augustae gloria prima domus.

4. Interea dum haec geruntur, Austriae dux Henricus cum uxore Theodora imperatoris adgnata Sardicam venit, tum ut Fredericum Alemannorum regem imperatori reconciliaret, tum etiam ut belli inducias pro Hungaris expeteret. Fredericus enim, ut supra commemoravimus, obnitente ei Manuële, non multum abfuit quin Romano privaretur principatu, Romano pontifice ut ad normam id antiquam rediret consentiente. alia item multa minime iucunda perpessus erat, infensis ei populis, quos in illum concitaverat imperator. quapropter paulo ante cum in discrimine adhuc res eius essent, placare volens imperatorem per legatos amicitiam ipsius expetiit se-

Οὔννων τε ὥσπερ εἴρηται συνάρασθαι αὐτῷ ὡμολόγει. ἐπεὶ δὲ τὰ ἀμφὶ τῇ Ῥώμης ἀρχῇ τῷ πάπᾳ διωμολογημένα ἀνατετράφθαι ξυνέβη, ἅτε δὴ βασιλέως μὲν ἐπὶ Βυζάντιον τὴν Ῥώμης καὶ αὖθις μεῖναι ἰσχυριζομένου βασιλείαν, τοῦ δὲ πάπα τοῦτο μὲν οὐ καταδεχομένου ἐν Ῥώμῃ δὲ βασιλεύειν αὐτὸν ἀξιοῦντος, διὰ ταῦτα ἀναθαρσήσας Φρεδερίκος αὖθις τὴν δυσμένειαν ἐξεδείκνυ, **B** *εἰς γῆν τε τὴν Ῥωμαίων εἰσβαλεῖν διανοούμενος βαρβαρικῇ τινι ἀπονοίᾳ ἤδη καὶ διαμερίζειν αὐτὴν τοῖς περὶ αὐτὸν ἤρξατο. ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως ἀντιπραττομένου ἐπινοίαις ἑτέραις ἄπρακτος ἦν, ἐπὶ τὴν δι' Ἐρρίκου τούτου καὶ Βλαδιγράτζου ἐπεῖδε πρεσβείαν, μηχανώμενος ὅπως ἂν ἐν φιλίας προσχήματι ἀποσχέσθαι τῶν κατ' αὐτοῦ ἐγχειρουμένων ἀναπείσας τὸν βασιλέα αὐτὸς οὕτω ἐς τὸν κατὰ Ῥωμαίων εὐχερῶς ἀποδύσηται πόλεμον. ἀλλὰ βασιλεὺς ταῦτα ἐννοησάμενος Ἐρρίκον μὲν σὺν εὐμενείᾳ εἶδεν ἄνεσίν τε πολέμου Οὔννοις αἰτησαμένῳ ἐπένευσε, τῶν δὲ ἀμφὶ τῷ Φρεδερίκῳ πέρατι δέδωκεν οὐδέν. ἀλλὰ Ἐρρίκος ἐπὶ οἴκου ἀναχω-* **C** *ρῶν, ἐπειδήπερ ἐν Παιονίᾳ ἐγένετο, Στέφανον ἀναπείθει τὴν Ταυροσκυθίδα διωσάμενον κόρην θυγατέρα τὴν αὐτοῦ ἀγαγέσθαι. γέγονε δὴ ταῦτα· καὶ Οὖννοι οὐ πολλῷ ὕστερον Δαλματίαν αὖθις ἀφελέσθαι διενοήθησαν. ἄλλα τε οὖν στρατεύματα παρ' αὐτὴν ἦλθον καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς τὴν ζουπάνου ἔχων ἀρχὴν (βούλεται δὲ τοῦτο τὸν μετὰ τὸν ῥῆγα παρὰ τῷ ἔθνει δε-*

3. *Βυζάντιον*] *Βυζαντίου?* 9. *ἀντιπραττομένου*] Fort. *ἀντιταττομένου.* 17. *τὴν*] Ita Tollius. Cod. *τόν.*

que belli contra Hungaros socium fore pollicitus est. verum cum ea quae de imperio Romano a Papa sancita fuerant convulsa essent penitus et in irritum cecidissent: principe nimirum ut Byzantii rursum maneret imperii Romani sedes contendente, idque non admittente Papa, sed ut Romae imperaret postulante: his rebus elatus Fredericus rursum quo adversus principem flagrabat odium palam fecit, atque in terras Romanorum irrumpere statuens barbarica quadam amentia ac stoliditate eas iam suis partiri coeperat. ubi ergo principe obviam eunte conficere nihil potuit, ad alia versus consilia, legationem huius Henrici et Bladigratzi instituit: ut hac arte sub amicitiae et benevolentiae praetextu a conatibus avocato imperatore facilius ad bellum Romanis inferendum sese deinceps accingeret. sed ubi id imperatori compertum est, Henricum quidem multa comitate excepit induciasque pro Hungaris expetenti indulsit: eorum vero quae ad Fredericum spectabant nihil est exsecutus. Henricus autem domum rediens cum in Hungariam pervenisset, Stephano persuasit ut remissa ac pulsa Tauroscythica puella filiam suam in matrimonium duceret. quo facto Hungari non multo post occupare iterum Dalmatiam statuerunt, aliaeque eo missae copiae, et ipse etiam qui Zupani dignitate inter illos fungebatur, quod nomen proximam a rege in ea gente

δυνημένον) ἀλλὰ πολέμῳ μὲν τῶν τῇδε περιγενέσθαι οὐδαμῇ ἴσχυσαν, τὸν Χαλούφην δὲ ὑπὸ χερσὶ θέμενοι ἀνεχώρησαν. ὅπως γε μὴν Νικηφόρῳ τοῦτο συνέβη, αὐτίκα μοι λελέξεται. οὗτος στράτευμα Οὐννικὸν ἐπὶ χώρας γενέσθαι πυθόμενος, ὀλίγους τῆς περὶ αὐτὸν ἐπιθέμενος στρατιᾶς ἔξῄει τοῦ Σπαλαθᾶ. ἐν ᾧ δὲ D τὴν πορείαν ἐτίθετο, οἱ πλείους τῶν αὐτῷ ἑπομένων κατ' ὀλίγους ἀπορρέοντες ἀεὶ εὐχείρωτον τοῖς πολεμίοις τὸν ἄνθρωπον ἔθεντο. περιστάντες οὖν αὐτὸν ἔργα χειρὸς ἐργασάμενον ἁδρᾶς αἰχμάλωτον ἔσχον.

5. Ὁ βασιλεὺς δὲ τούτων ἀκούσας ἐς Βυζάντιον ἦλθεν, ἔαρος σὺν μείζονι ἄλλῃ παρασκευῇ κατ' αὐτῶν ἀφικέσθαι διανοούμενος. οὐ μέντοι καὶ ἠδυνήθη περὶ τὴν στρατευσίμην ἐνταῦθα παραγενέσθαι ὥραν, τύχης ἐμποδὼν αὐτῷ χωρησάσης τινός, ἥτις ὁποία ποτὲ ἦν ὁ λόγος δηλώσει. ἐξῆκε μὲν ὁ χειμών, P 154 ἀνακεκαθαρμένου δὲ τοῦ ἀχλυώδους ἐπί τι σωφρονικὸν καθίει γυμνάσιον ἑαυτὸν εἰθισμένον ὃν βασιλεῦσι καὶ παισὶ βασιλέων ἀνέκαθεν. ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον. νεανίαι τινὲς εἰς ἴσα διαιρεθέντες ἀλλήλοις σφαῖραν σκύτους μὲν πεποιημένην μήλῳ δὲ V 120 παρεμφερῆ τὸ μέγεθος εἰς χῶρόν τινα ὕπτιον ἀφιᾶσιν, ὃς ἂν δηλαδὴ συμμετρησαμένοις αὐτοῖς δόξῃ, ἐπ' αὐτήν τε οἷόν τι ἆθλον ἐν μεταιχμίῳ κειμένην ἀπὸ ῥυτῆρος ἀντιθέουσιν ἀλλήλοις, ῥάβδον ἐνδέξια χειριζόμενος ἕκαστος συμμέτρως μὲν ἐπιμήκη εἰς δὲ καμπήν τινα πλατεῖαν ἄφνω τελευτῶσαν, ἧς τὸ μέσον χορ-

15. ἀνακεκαθαρμένου] Ita Duc. Cod. ἀνακεκαρθαμένου.

potestatem significat. sed cum bello isto nihil essent consecuti, solo capto Chaluphe redierunt. quomodo vero id Nicephoro acciderit, commemorabimus. cum ille accepisset venisse in regionem istam Hungarorum exercitum, paucis militum suorum assumptis Spalatha egreditur: dumque iter facit, plerisque ex iis qui subsequebantur sensim semper diffluentibus ac recedentibus, haud aegre ab hostibus captus est. circumstantes igitur illum fortia manu edentem facinora, captivum tandem abducunt.

5. Postquam ea rescivit princeps Byzantium venit, vere primo maiori cum apparatu ipsos statuens invadere. neque tamen opportuno militiae tempore adesse ibi potuit, interveniente tum casu, qui qualis fuerit commemorabo. circumacta iam hieme discussaque coeli caligine, honesto se dedit exercitio, quod ab antiquo imperatoribus eorumque liberis proprium ac solemne fuit. est vero id eiusmodi. adolescentes aliquot aequo divisi inter se numero factam ex corio pilam magnitudine malo similem in locum quemdam ad id prius prout visum fuerit dimensum emittunt. tum vero ad illam veluti praemium aliquod in medio positam plenis invicem habenis contendunt, singuli in dextris virgam habentes, quae longitudine mediocri in orbiculatam quamdam latitudinem subito desinit, cuius medium chordis aliquot desiccatis

B δαῖς τισι χρόνῳ μὲν αὐανθείσαις, ἀλλήλαις δὲ δικτυωτόν τινα ξυμπεπλεγμέναις διαλαμβάνεται τρόπον. σπουδὴν μέντοι ἑκάτερον πεποίηται μέρος ὅπως ἂν ἐπὶ θάτερον προτερήσαντες μεταγάγωσι πέρας, ὃ δηλονότι ἀρχῆθεν αὐτοῖς ἀποδέδασται. ἐπειδὰν γὰρ ταῖς ῥάβδοις εἰς ὁποτερονοῦν ἐπειγόμενος ὁ σφαῖρος ἀφίκηται πέρας, τοῦτο ἡ νίκη ἐκείνῳ τῷ μέρει γίνεται. ἡ μὲν παιδιὰ τοιάδε τίς ἐστιν, ὀλισθηρὰ πάντη καὶ κινδυνώδης. ὑπτιάζειν τε γὰρ ἀεὶ καὶ ἰσχιάζειν ἀνάγκη τὸν ταύτην μετιόντα, ἐν κύκλῳ τε τὸν ἵππον περιελίσσειν καὶ παντοδαποὺς ποιεῖσθαι τοὺς δρόμους τοσούτοις τε κινήσεων ὑπενηνέχθαι εἴδεσιν, ὅσοις δήπου καὶ τὴν σφαῖραν ξυμβαίνει. ἡ μὲν δὴ παιδιὰ τοιάδε τίς ἐστι.
C τῷ δὲ βασιλεῖ δαιμονίως περὶ ταύτην στρεφομένῳ πάνσωμον εἰς γῆν ἐνεχθῆναι συνέβη τὸν ἵππον. ὁ δὲ νέρθεν ὑπενεχθεὶς ἔκαμνε μὲν καὶ πολλὰ ἐβιάζετο τοῦ πτώματος ἀνανεῦσαι, οὐκ ἔχων δ' ὅπως τὸν ἵππον διωθήσαιτο ὁλόσωμον, ὥσπερ ἔφην, αὐτοῦ κατενηνεγμένον, μηρόν τε καὶ χεῖρα τῇ ἐκ τῆς ἐφεστρίδος ἐπιλήψει διετέθη κακῶς. οὕτω μέντοι μεγαλοψύχως ἤνεγκεν, ὡς καίτοι καιριώτατα πεπονθὼς ἀναστῆναί τε ταχέως, πολλῶν ἤδη περιστάντων αὐτόν, καὶ τὸν ἵππον αὖθις ἀναθορεῖν διαύλους τέ τινας σχολῇ ποιεῖσθαι ἐφ' ἱκανόν, ἕως ἤδη σφοδροτέρων αἰσθόμενος τῶν ὀδυνῶν ἐπὶ τὴν κλίνην ἦλθε. τὸ δ' ἐντεῦθεν οὕτω
D δὴ τοῦ πάθους ἥττητο, ὡς ἐκ τῆς περιχεθείσης αὐτὸν τότε ἀθυμίας τῇ ὑστεραίᾳ μηδεμίαν τῶν τότε λελαλημένων ἢ πεπραγμένων μνήμην ἴσχειν τινά. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον ἐγένετο, ὁ δὲ

1. αὐανθείσαις] Ita Duc. Cod. ἀνανθείσαις.

retisque in modum inter se connexis intercipitur. dat vero operam utraque pars ut ultra alteram antea definitam metam prior quisque pilam transmittat. cum enim in alterutram metam reticulatis virgis pila transmittitur, id parti alteri pro victoria est. huiusmodi quidem est ludus iste, lapsui obnoxius plane ac periculosus. necesse quippe est ut qui in eo se exercet sese supinet continuo inque latus utrumque flectatur, ut in orbem equum circumagat et varios subinde instituat cursus totidemque motus, quot pilam facere contigerit: atque hoc se modo habet exercitium istud. dum igitur princeps miro quodam modo in eo sese circumageret, accidit ut quo vehebatur equus in terram totus corrueret. cumque ille subter effusus magno labore, ut se erigeret a casu isto, anniteretur, nec equum toto uti diximus, incumbentem corpore removere posset, femur manumque, dum sub sella equestri intercipiuntur, graviter laesit: tantaque id malum constantia pertulit, ut quantumvis letales pateretur dolores, et confestim surrexerit, multis eum iam circumstantibus, et conscenderit rursus equum cursusque aliquot citra laborem fecerit: donec augescere dolores percipiens ad lectum tandem sese contulit. deinceps vero ita crevit malum, ut ex animi deliquio nihil postridie eorum quae dixerat, aut fecerat, recordaretur. id quidem huiusmodi fuit.

δυεῖν ὕστερον ἡμέραιν ῥάων γεγονὼς ἐπὶ Ἀπάμειαν ἐφέρετο. οἷα δὲ εἰκὸς συντάσεως ἐκ τῆς ὁδοιπορίας γεγενημένης τινὸς ὄγκος αὖθις ἀνέβη καὶ ὀδύναι τοῦτον ἐκέντουν συχναί. καὶ δὴ ἀμφὶ πόλει Σηλυβρίᾳ τὰς πασχαλίους διαγαγών, ἐπειδήπερ ᾔσθετο ἐν καλλίονι γεγονώς, ἐπὶ τὴν Φιλίππου ἐφέρετο. ἔνθα δὴ πρέσβεσι χρηματίσας ἐκ Παιόνων ἀφικομένοις, ἐπειδὴ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλειν ἔγνω, ἐκεχειρίαν δὲ μόνον καὶ ἀνοχήν τινα τοῦ πολέμου ἐκ παντὸς τρόπου πειρῶντας λαβεῖν, αὐτοὺς μὲν ἀπράκτους P 155 ἀπεπέμψατο, συνεκπέμψας αὐτοῖς καὶ Ῥωμαίων τινά, ἐφ' ᾧ τόν τε Χαλούφην αἰτήσαιτο καί, εἰ μὴ τοῖς δεδογμένοις ἀγαπῷεν αὐτίκα, καὶ πάλιν ἀπειλήσαι βασιλέα καὶ τὸν Ῥωμαίων στρατὸν ὄψεσθαι. ὁ δὲ ἐπὶ Σαρδικῆς γεγονὼς ἐνταῦθα τὰς δυνάμεις ἤθροισεν.

6. Ἔνθα διατριβὴν ποιουμένου συνέπεσέ τι τοιοῦτον. Ἀλέξιος, ὃς τὴν πρωτοστράτορος τότε, ὡς πολλάκις μοι ἐρρήθη, διεῖπεν ἀρχήν, ἐκ πολλοῦ μὲν ἀποστασίαν ὤδινε, τότε δὲ καταφανὴς γεγονὼς τὴν τρίχα ἐκάρη καὶ ἐς τοὺς μοναχοὺς μεταθέμενος ἐπί τι τῶν ὀρεστέρων ἀπήχθη σεμνείων, ἅπερ ἐπὶ Στρυμόνος ἐν ὄρει Παπικίῳ ἵδρυνται πλεῖστα. ἔνθα ἐφ' ἱκανὸν διαγαγὼν B ἀπεβίω. ἀλλ' ὅθεν τε καὶ ἀπ' αἰτίας τίνος ἐς τοῦτο τύχης ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν, ἤδη λέγωμεν. οὗτος ὁπηνίκα τὴν ἐπὶ Κιλικίας ἐστέλλετο πρότερον, αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου ἐκείνου πρὸς βασιλέως ἀναδειχθείς, ἐπίτηδες ἐς Ἰκόνιον συγγεγονὼς τῷ

10. αἰτήσαιτο] ἀπαιτήσαιτο? 11. ἀπειλήσαι] Cod. ἀπειλῆσαι.

biduo autem post, cum convaluisset, Apameam proficiscitur: at ex itinere, nec mirum, orta nervorum distensione, tumor iterum rediit, crebrique eum dolores punxere. quapropter in urbe Selybria diebus Paschalibus transactis, ut melius se habere sensit, Philippopolim contendit: ubi cum Pannonum legatis congressus, cum nihil eos sani adferre cognovisset, sed belli tantum inducias omni modo sollicitare, rebus infectis dimisit: iisque adiunxit Romanum quemdam, qui et Chaluphen repeteret, et nisi mox imperata facerent, imperatorem rursum Romanorumque exercitum praesto fore minaretur. ipse autem Sardicam progressus, copias contrahit: ubi dum moratur haec accidere.

6. Alexius qui protostratoris tunc dignitate fungebatur, uti saepius a me narratum est, iamdudum quidem defectionem molitus, tum vero illius convictus resectis crinibus monachus factus est, et in monticolarum quoddam monasterium ex iis, quae ad Strymonem in monte Papicio plurima sita sunt, amandatus. quo in loco cum annos aliquot exegisset, vita tandem concessit. sed unde et qua de causa ad eam fortunam redactus ille fuerit, commemorabimus. is cum in Ciliciam primum summo cum imperio bello isti ab imperatore praepositus missus esset, ad Sultanum dedita opera Iconium venit, et

V 121 σουλτὰν εἴς τε φιλίαν αὐτὸν ὑπηγάγετο καὶ τῶν εἰς τυραννίδα
τεινόντων διελέξατο τούτῳ πολλά, γράμματά τε τὰ μὲν λαβὼν
παρ' αὐτοῦ τὰ δ' ἀντιδοὺς ἐν οἷς τὰ δεδογμένα σφίσιν ἐγέγραπτο,
τότε μὲν ἐπὶ Κιλικίαν ἦλθε, χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐς Βυζάντιον
ἐπανιών, ἐπειδή ποτε γραφαῖς ἐπαγλαΐσαι τῶν προαστείων αὐτῷ
C δωματίων ἠβουλήθη τινά, οὔτε τινὰς Ἑλληνίους παλαιοτέρας
ἐνέθετο πράξεις αὐτοῖς, οὔτε μὴν τὰ βασιλέως, ὁποῖα καὶ μᾶλ-
λον τοῖς ἐν ἀρχαῖς εἴθισται, διεξῆλθεν ἔργα, ὅσα ἔν τε πολέ-
μοις καὶ θηροκτονίαις αὐτὸς εἴργαστο. τοσούτοις γὰρ αὐτὸν
ξυμπλακῆναι συνέβη καὶ τοιοῖσδε φύσιν ἀντικαταστῆναι θηρίοις,
ὅσοις οὐδένα τῶν πώποτε γεγονότων ἠκούσαμεν. καὶ εἴ τι μὴ νό-
μων ἄπο φέρομαι ἱστορικῶν, ὁποιονοῦν τι ἄρτι ἐκ τούτων ἐξέλθω.
ἦν μὲν περὶ τροπὰς ἤδη χειμερινάς, καὶ χιὼν κατὰ γῆς τοσαύτη
ἐπεστοίβαστο, ὡς φάραγγας μὲν καὶ τὰς ἐν ὄρεσι σήραγγας πάσας
ὑποκεκρύφθαι μονονουχί, ὑπερβολῇ δὲ τῇ ἐκ τοῦ ψύχους μικροῦ
D καὶ πεπῆχθαι τὰ σώματα· ἀμέλει καὶ θηρία μὲν πάντα οὐκ ἔχοντα
ὅπη κρύψαιντο, τὰς λόχμας ἐξαναδύντα ἀθρόα ὑπὲρ τῆς χιόνος
ἐφέροντο, πτηνῶν δὲ ἀγέλαι οὐκέτι τοῖς πτίλοις κεχρῆσθαι δεδυ-
νημέναι (συνεῖχε γὰρ ταῦτα ὁ κρύσταλλος καὶ οἷόν τις δεσμὸς
ἐπεκάθιζεν, ὡς ἐπὶ τῶν ἰξευτῶν ἔστιν ἰδεῖν) πεζαὶ λοιπὸν ἀντὶ
πτηνῶν ᾖσαν θηρσὶ καὶ ἀνθρώποις ἑτοιμότατον θήραμα κείμεναι.
βασιλεὺς δὲ θηρευσόμενος ἐπί τι τῶν ἑῴων ἐξῄει χώρων, ᾧ Δα-
ματρῦς ἡ κλῆσίς ἐστιν. ἐπὶ τοῦ ἔργου τοίνυν γεγονότι μέγα τι

22. *χώρων*] Malim *χωρίων*. *ibid.* *Δαματρῦς*] Tollius *Δάματρις*.
23. *ἐστιν*] Cod. *ἦν* superscripto *ἐστίν*.

benevolentia illius conciliata de arripienda tyrannide cum eo consilia agitavit, scriptisque vicissim datis et acceptis, quae pacta ab iis facta continebant, in Ciliciam rediit. interiecto deinde tempore reversus Byzantium cum suburbanam quamdam ex suis domum variis picturis exornare statuisset, non Graecanicas quidem veteres historias in ea depingi curavit aut praeclara imperatoris facinora, uti solent maxime qui in dignitatibus sunt constituti, vel quae in bellis vel in ferarum caedibus ille ediderat. cum tot enim conflixit feris, quot neminem eorum qui unquam vixere audivimus: et si fas est leges transgredi historicas, unum ex his exemplum producam. sub hiemis tempus cum densa adeo in terram nix decidisset, ut ea omnes prope montium obducerentur convalles, et immenso frigore corpora propemodum constringerentur, cunctisque animalibus ubi sese occultarent nulla superessent latibula, passim magnoque numero super nivem ferebantur. ad haec avium greges, alis inutilibus, quas tamquam vinculum adstrinxerat glacies, ut videre est in aucupiis, alarum loco pedibus ibant, feris hominibusque paratissima praeda. exiit autem venatum princeps in regionem quamdam Orienti obversam, cui Damatrys nomen est. cumque in hac exercitatione occuparetur, obviam

χρῆμα θηρὸς ὑπαντᾷ, οὔπω μὲν λέοντος, οὐ γὰρ ξυνεχώρει λέγειν ἡ παρδαλῆ, τοῦτο δὲ αὖ ἀφῃρεῖτο τὸ μέγεθος καὶ ἡ πρὸς λέοντα ὁμοιότης· ἦν οὖν διπλῆ τις καὶ ἐπαμφοτερίζουσα φύσις, P 156 πάρδαλις ἐν λέοντι καὶ λέων ἐν παρδάλει, τεράστιόν τι μῖγμα ποιοτήτων, ἐν τῷ γενναίῳ τὸ γοργόν, τὸ θυμικὸν ἐν τῷ βλοσυρῷ, καὶ καθάπαξ πάντα δι' ἀλλήλων ἥκοντα τὰ ἀμφοῖν ἴδια. ὁ μὲν δὴ θὴρ τοιοῦτος ἦν, τῶν δὲ βασιλεῖ ἑπομένων, ἐπειδὴ τοῦτον εἶδον, ἀπερρύησαν οἱ πλείους. ἦν γὰρ οὐδὲ ἰδεῖν τοῖς πολλοῖς ἀνεκτός. ὡς δὲ καὶ ἀγχοῦ ἤδη ἐγένετο, οὐδεὶς ἦν τὸ λοιπὸν ὃς τούτῳ ξυνίστατο. ἀλλὰ βασιλεὺς φευγόντων ὃ παρήρτητο ξίφος ἑλκύσας τὸν θῆρα πατάξων ἐφέρετο, πληγήν τε αὐτῷ τοῦ μετώπου κατενεγκὼν ἄχρι καὶ ἐπὶ στέρνα διήλασεν. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοιόσδε τις ἐπὶ B θηροκτονίαις ἐγένετο. Ἀλέξιος δὲ (ἐπάνειμι γὰρ ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην) τούτων ἀφέμενος τὰς τοῦ σουλτὰν ἀνεστήλου στρατηγίας, νήπιος ἅπερ ἐν σκότῳ φυλάσσειν ἐχρῆν ταῦτα ἐπὶ δωμάτων αὐτὸς δημοσιεύων κατὰ τὴν γραφήν. ὧν αἰσθόμενος βασιλεὺς ἐν ἰδιαζούσαις πολλάκις παραλαμβάνων αὐτὸν διατριβαῖς παραινέσεις προσῆγεν, ὅπως ἂν ἀπάγῃ τῶν μελετωμένων αὐτὸν προθυμούμενος. ὁ δὲ τοῦ σκοποῦ καὶ πάλιν ἀπρὶξ εἴχετο, καὶ δὴ ἄνδρα Λατῖνον μὲν γένος γόητα δὲ καὶ πολὺν τὰ δαιμόνια πράγματα θαμὰ συγκαλῶν ὡς ἑαυτὸν διωμιλεῖτό τε αὐτῷ γνησιώτατα καὶ ἀπορρήτων ἐκοινώνει σκεμμάτων. τὰ δὲ ἦν ὅπως C ἂν βασιλεὺς ἀπαιδίαν ἐς ἀεὶ δυστυχοίη· φάρμακά τε πρὸς τοῦ κα-

venit ingentis magnitudinis fera, non leo quidem; neque enim id dici sinebat pantherae maculosa cutis: quam ipsam rursus appellationem molis granditas et similitudo leonis auferebat. duplex erat igitur, et utrique conveniens natura, panthera in leone, et leo in panthera, portentosa quaedam qualitatum commixtio. generositati aderat ferocitas, iracundia crudelitati, omniaque adeo, quae diversa licet inter se, utrique propria sunt animanti. eiusmodi igitur erat fera ista: quam simul ac viderunt qui imperatorem subsequebantur, diffugerunt plerique. nemo quippe ferme erat, qui in eam oculos inferre, aut cum prope iam adfuit, cum illa congredi auderet. sed imperator iis fugientibus, stricto quo succinctus erat, gladio, ad percutiendam feram accurrit, ictumque capiti illatum ad pectus usque adegit. talem se quidem princeps in ferarum caedibus ac venationibus gerebat. ceterum Alexius (redeo enim unde eram digressus) his omissis, res a Sultano praeclare gestas, quasque adeo oportuisset silentio premi, stolide iis in aedibus exarata ac depicta omnium oculis exponebat. id ubi rescivit imperator, in secreta eum colloquia assumptum saepius admonuit, uti ab incepto desisteret. at ille non modo obstinatius prioribus institit consiliis, sed et virum gente Latinum, praestigiatorem, inque magicis artibus mire versatum, crebro ad se vocans, cum eo familiariter conversatus est; et de secretis suis consiliis communicavit: quorum illud erat praecipuum, ut imperator in perpetuum liberis careret: atque in eum finem multa ab scelerato homine acce-

κοδαίμονος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐλάμβανε πολλὰ καὶ οὐκ ἔληγε τὰ τοιαῦτα ἐνεργολαβῶν ὁ ταλαίπωρος. δι᾽ ἃ καὶ πάλιν ὠνείδιζέ τε αὐτὸν βασιλεὺς καὶ τὴν παράνοιαν ἤλεγχεν. ὁ δὲ μετάμελος γεγο-
V 122 νέναι δόξας ὁ αὐτὸς καὶ πάλιν ἦν. ὀλίγον γὰρ διαλιπὼν χρόνον προσελάμβανεν αὖθις τὸν δαιμονιώδη ἐκεῖνον καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἐκοινώνει. Κωνσταντίνῳ δήποτε τῷ Δούκᾳ συγγεγονώς, ὃς καὶ αὐτὸς βασιλέως ἔγημεν ἀδελφιδῆν "ὦ βέλτιστε" ἔφη "εἴ σοι βου-
D λητὸν ἔσται γνώμης ἡμᾶς κοινωνήσειν μιᾶς, οὐκ ἄν τις (ἔφη) ἴσθι περιγενέσθαι ἡμῶν σχοίη." ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔπω σφόδρα καταφανὲς εἴρηται, ἕτερον δὲ πολλῷ τούτου ἐναργέστερον. Ἀλέξιόν ποτε ὁ Κασιανός, ἐπειδὴ πέρα τοῦ προσήκοντος ἀναπίπτοντα τοῦτον ἐς τὸν κατὰ Οὔννων πόλεμον ἑώρα ὁπηνίκα ξὺν τῷ Βελᾷ ἐπὶ Οὐννικῆς ἐστράτευε, προσελθὼν παρορμᾶν αὐτὸν ἐς τοῦτο ἐπεχείρει. ὁ δὲ παραλαβὼν ἰδίᾳ τὸν ἄνθρωπον "πυνθάνῃ" ἔφη "οὗ ἕνεκα πολέμων αὐτὸς ἀπέχομαι τὰ πολλά; ὅτι φειδῶ τοῦ ἀνθρωπείου πολλὴν ἴσχω γένους παρ᾽ ἐμαυτῷ." τοῦ δὲ καί τι πρὸς
P 157 τὸν λόγον τοῦτον ἐπενεγκόντος, ἔφη ἐκεῖνος "ὅτι βασιλεὺς ἐκτρῖψαι θέλων τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀπροοράτως ὅπερ ἂν τύχῃ ἐπὶ μάχας αὐτὸ εἰσωθεῖν ἐκέλευέ μοι ἰσχυρῶς. σὺ δέ, εἴ μοι τὸν λόγον τοῦτον τηρήσῃς, φίλος ἡμῖν ἔσῃ." ὁ μὲν τοσαῦτα εἶπεν, ὁ δὲ Κασιανὸς βασιλεῖ ταῦτα ἐμήνυσεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· ὃ δὲ τελευταῖον εἴργαστο, τοιόνδε τι ἐγένετο. Σκυθῶν ὅμιλος ἐπὶ συμμαχίᾳ Ῥωμαίοις ἀφικόμενοι περὶ τῶν συντάξεων πολλὰ πολυπρα-

18. ὅπερ] Duc. ὅπου.

pit pharmaca, neque hisce rebus operam dare destitit miser: propter quae increpavit illum denuo imperator, et amentiam eius redarguit. verum cum primo poenitere visus esset, rursum tamen ad priorem mentem rediit. parvo enim interlapso tempore, magum istum convenit iterum, et de iisdem rebus consuluit. aliquando vero cum Constantino Duca congressus, qui et ipse imperatoris ex sorore neptim uxorem duxerat "vir optime" inquit "si tibi est animus eadem nobiscum sentire, neminem nos superaturum scito." sed istud quidem necdum propalam, alterum vero longe manifestius dictum illi est. Alexium Casianus cum praeter decorum segniter remisseque admodum bello incumbentem Hungarico adverteret, quo tempore cum Bela in Hungaria militabat, illum conveniens adhortationibus incitare ad id animum eius voluit. at is in secretum hominem abducens "quaeris" ait "quam ob rem a praeliis ut plurimum abstineam? quia me generis nimirum humani cummaxime miseret." altero deinde nescio quid ad hunc sermonem reponente, haec subiecit ille: "quoniam delere Romanos volens princeps, imprudenter, quidquid inde accidat, eos me in atrocissima educere praelia imperat. tu vero, si haec tacueris, amicus nobis eris." ita quidem is locutus. sed Casianus omnia haec imperatori retulit. et id quidem primum; istud vero quod novissime factum est, eiusmodi fuit. plurimi e Scythis, qui auxilio Romanis venerant, cum primo de stipendiis ac praestatione multum prius

γμονήσαντες πρότερον εἶτα δὴ κατέθεντο. ἀλλ' ὁ πρωτοστράτωρ ἰδίᾳ τούτοις ἐντετυχηκὼς χρήμασιν ἀναπείθει προσποιήσασθαι μὲν εἰς ἤθη τὰ πάτρια παλινοστεῖν, ἐπειδὰν δὲ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἤδη γένηται, ἀθρόους τῇ βασιλέως ἐπιθέσθαι σκηνῇ ἔργου τε ἔχεσθαι. B τέθειτο δὴ ταῦτα καὶ βεβούλευτο. ἀλλὰ παιδάριόν τι τῶν ἐπὶ σκηνῆς αὐτῷ ὑπηρετουμένων, ἐπειδήπερ ἔγνω τὴν ἐπιβουλήν, σπουδῇ ἐς τὸν ἐκτομίαν Θωμᾶν παρελθόν, ὃς εὐνούστατος βασιλεῖ τηνικάδε ἐτύγχανεν ὤν, ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ σκέμμα. ὁ δὲ εἰς βασιλέα τὸν πάντα λόγον ἀναγαγὼν εἶτα παρεστήσατο αὐτῷ καὶ τὸ παιδάριον. οὐ μὴν ἔτι τοῖς λεγομένοις βασιλεὺς πιστεύειν ἤθελεν, ἕως ἕωθεν οἱ Σκύθαι ἀπ' αἰτίας οὐδεμιᾶς ἀποχωρεῖν ἤρξαντο. αὐτοὺς μὲν οὖν ὑποσχέσεσιν ὑπελθὼν ἐπισχεῖν ἠδυνήθη, ἐπὶ δὲ Ἀλέξιον τοὺς αὐτὸν ἤδη συλληψομένους ἔστελλε, καὶ ταχὺ δεσμώτης ἦν ὁ ταλαίπωρος. μετ' οὐ πολὺ δὲ βασιλέως κελεύσαντος ἄνδρες τῶν ἐπὶ δόξης παρ' αὐτὸν ἦλθον, Ἰωάννης τε ὁ Δούκας C καὶ Μιχαήλ, ὃς λογοθέτης ἐκείνου τοῦ χρόνου ἦν, πρὸς δὲ καὶ Θωμᾶς ὁ ἐκτομίας Νικηφόρος τε τῶν ἐκ τοῦ Βήλου κριτῶν εἷς ὢν καὶ αὐτός, ἐπώνυμον Κάσπαξ. ἐκόμιζον δὲ αὐτῷ ἐγκλήματα τρία, ὧν ὁποτέρῳ ἐπαγωνίσασθαι δύναιτο ἐκέλευον ἀνειπεῖν. ὁ δὲ ἐπειδὴ τούτων ἤκουσεν, ἅπασιν ἑαυτὸν ὑπεδίκαζε, παρεκάλει τε ἀποθριξαμένῳ πρότερον τῶν θείων τε μεταλαβόντι μυστηρίων χρῆσθαι λοιπὸν αὐτῷ ὅ τι ἂν τῇ δίκῃ δοκῇ, ἐφ' οἷς οἰκτισάμενος αὐτὸν βασιλεὺς μοναχὸν ἔκειρε.

10. οὐ μὴν] Cod. οὐ μέν.

contendissent, tandem acquievere. at protostrator hos occulte, pecuniis inducit, ut se in patriam redire fingerent: nocte autem concubia, tabernaculum imperatoris frequentes adorirentur, impugnarentque. haec sic proposita sunt et deliberata. ceterum famulus quidam ex iis, qui in tentorio illi ministrabant, statim atque eiusmodi consilia intellexit, confestim ad Thomam eunuchum, principi hacce aetate fidissimum, properat, indicatque quod agitabatur. is vero omnem eum sermonem principi refert, et mox ipsum quoque ei famulum sistit. necdum etiam fidem dictis praestare voluit imperator, donec mane Scythae nulla de causa diffluere ac recedere coeperunt; quos tamen pollicitationibus aggressus, in fide tandem retinuit. ad Alexium vero misit, qui eum comprehenderent, statimque in vincula miser coniectus est. non multo post venere ad eum viri dignitatibus illustres, Ioannes Ducas, et Michaël qui hac aetate logotheta erat, ad haec Thomas eunuchus, et Nicephorus et ipse unus ex Veli iudicibus, cognomine Caspax. proposuere autem tria illi crimina, et an utri horum posset respondere, ab illo petierunt. sed ubi ista audivit, omnium se reum confessus est: rogavitque uti sibi integrum esset, positis capillis, divinisque perceptis mysteriis, id potissimum agere, quod iudicio decerneretur. ex quibus misericordia commotus princeps, monachum tonderi iussit.

7. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Ἀλέξιον ἐνταῦθα τύχης ἐτελεύτησε.
D βασιλεὺς δὲ Οὐννικῶν στρατευμάτων ἐπὶ Σίρμιον διαβάντων δυ-
νάμεις ἐνταῦθα ἔπεμψεν, ὧν ἦρχον ἄλλοι τε τῶν Ῥωμαίων στρα-
τηγῶν καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ βασιλέως ἀδελφιδοῦς ᾧ Κοντοστέ-
φανος ἐπώνυμον ἔκειτο, αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου τοῦδε πρὸς βα-
σιλέως καταστάς. ἀπέσταλτο δὲ αὐτῷ ὅπως τε τάξασθαι χρεὼν
V 123 καὶ ὅπῃ τὸν πόλεμον τόνδε διαθέσθαι, καθάπερ ἐν πίνακι ἀνεζω-
γράφηται. Ἀνδρόνικος οὖν ἐπὶ Σάον διαβάς, ἐπειδὴ ἄγχιστα τοῦ
Οὔννων ἐγένετο στρατοπέδου, τοιάδε τινὰ ἐποίει. κατοπτῆρας
μὲν καὶ σκοπούς, ὁποῖα εἴθισται, εἰς τὸ τῶν πολεμίων καθιέναι
P 158 στράτευμα ἥκιστα σύμφορον ἔγνω. τῶν δέ τινας Ῥωμαίων ἐκέ-
λευε πρὸ τοῦ στρατοπέδου ἐλθόντας πειρᾶσθαι ὅπως ζωγρείαν τινὰ
πολεμίων ἑλόντες ἀγάγοιεν. οἱ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐν χερσὶ
πολέμιον ἔχοντες ἐπανῆλθον, ὁ δὲ ἀνεπυνθάνετο τοῦτον ὅπως τε
δυνάμεως ἔχοντες ἐπὶ Σίρμιον ἀφίκονται Οὖννοι, καὶ τί ποτε βου-
λομένοις αὐτοῖς ἐστι. πάντα τοίνυν ἐς τὸ ἀληθὲς ἐκεῖνος διεξῄει.
"ἄρχουσι μὲν" ἔφη "τῆσδε τῆς στρατιᾶς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα τῶν
παρ' ἡμῖν στρατηγούντων ἀνδρῶν, τὸ δὲ ἐφ' ἅπασι κράτος Διο-
νύσιος ἔχει. ἥ γε μὴν στρατιὰ ἐς πεντεκαίδεκα τὰς πάσας ἤθροι-
B σται χιλιάδας ἀνδρῶν καταφράκτων ἱππέων τοξοτῶν τε καὶ πελ-
ταστῶν. οὕτω δὲ θάρσους περιέστιν αὐτοῖς, ὡς μηδὲ τὴν πρώτην
Ῥωμαίους ὑποστήσεσθαι κατὰ νοῦν ἔχειν." τούτων Ἀνδρόνικος

6. *ἀπέσταλτο*] Malim *ἐπέσταλτο*. *ibid.* *ὅπως τε τάξασθαι*] Cod. *ὅπως τετάξασθαι*. Duc. *ὅπως παρατάξασθαι*. 15. *ἀφίκονται*] *ἀφίκωνται?*

7. Hunc fortunae exitum res Alexii habuerunt. imperator autem, Hungarico exercitu ad Sirmium transeunte, copias eo misit, quibus praefuere tum alii Romani duces tum Andronicus sororis suae filius, cognomento Contostephanus, bello isti summo cum imperio praefectus. huic potissimum quomodo acies instruenda foret praescripsit, et qua ratione bellum istud conficiendum tamquam in tabella delineavit. Andronicus ergo cum traiecisset Savum castrisque Hungarorum appropinquasset, talia facere instituit. cum speculatores quidem et exploratores, uti vulgo solet fieri, in hostium mittere exercitum haud consultum putaret, Romanorum aliquot praemisit, qui ante castra procederent, iisque imperavit ut captivum aliquem hostium incursione abducerent. illi igitur, uti iussum fuerat, capto hoste rediere. tum vero ab eo sciscitatur, cum quantis copiis ad Sirmium accessissent Hungari et quid demum ii facere constituissent. omnia itaque nude vereque ille enarrans "praesunt" inquit "huic exercitui septem et triginta militiae apud nos duces: sed omnibus supremo iure imperat Dionysius. totus vero exercitus quindecim ad summum bellatorum millibus constat, partim equitum cataphractorum, partim sagittariorum et peltastarum. tanta vero iis inest audacia, ut ne primum quidem illorum impetum sustinere posse Romanos sibi persuadeant." his

ἀκούσας αὐτὸν μὲν ἀφῆκε πορεύεσθαι Διονυσίῳ ἀγγελοῦντα, ὡς βασιλεὺς οὐκέτι φέρειν δεδυνημένος ὅσα εἰς Ῥωμαίους σφίσι διημάρτηται, ἐγγὺς ἰδοὺ πάρεστι δίκην ἐπιθήσων τὴν δέουσαν. τὸν δὲ Ῥωμαίων στρατὸν ὅπλα περιθέμενον ἐξῆγε τοῦ χάρακος. ἐτάξατο δὲ ὧδε. Σκύθας μὲν καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ Περσικοῦ ἡγεῖσθαι ἐκέλευεν ἱππεῦσιν ἅμα ὀλίγοις οἳ σὺν τοῖς δόρασι μάχονται, ἑξῆς δὲ ἑκατέρωθεν Ῥωμαίων εἵποντο φάλαγγες ὧν Κοκκοβασίλειός τε ἦρχε καὶ Φιλοκάλης, πρὸς δὲ καὶ Τατίκιος καὶ ὃν Ἀσπιέτην ἐκάλουν. C κατὰ νῶτον δὲ αὐτοῖς ὁπλῖται ἐπορεύοντο ἀναμὶξ τοξόταις καὶ Περσῶν φάλαγξ ὁπλοφοροῦσα· μετὰ δὲ τούτους ἀμφοτέρωθεν Ἰωσήφ τε ὁ Βρυέννιος ἐπορεύετο καὶ Γεώργιος ὁ Βρανᾶς Δημήτριός τε ὁ τούτου ἀδελφὸς καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Ἀσπιέτης ἀνὴρ σεβαστός· ἑξῆς δὲ Ἀνδρόνικος ὃς χαρτουλάριός τε βασιλεῖ ἦν, ἐπίκλησιν Λαμπαρδᾶς, καὶ * ἐπιλέκτοις ἅμα Ῥωμαίοις καὶ Ἀλαμανοῖς, ἔτι δὲ καὶ Πέρσαις. κατόπιν δὲ Ἀνδρόνικος ὁ στρατηγὸς ἐπορεύετο σὺν ἄλλοις τε πολλοῖς ὀνόματος ἀξιουμένοις ἀνδράσιν, οἷς ἔθος ἀεὶ ὑπὸ βασιλεῖ πολεμοῦντι τάττεσθαι ἦν, καὶ Ἰταλοῖς τοῖς ἐκ τοῦ μισθοφορικοῦ καὶ δὴ καὶ Σερβίοις, οἳ κατὰ νώτου D αὐτῷ εἵποντο δόρατά τε προβεβλημένοι καὶ ἐπιμήκεις ἀσπίδας. οὕτω ταξάμενοι Ῥωμαῖοι ὁδῷ ἐχώρουν. ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸν χῶρον ἦλθον, ἔνθα Διονύσιος τὸν τύμβον ἐγείρας ἔτυχε, τῶν ἵππων ἀποβάντες ἀνῴμωξάν τε θερμῶς καὶ πίστεις ἀλλήλοις ἔδοσαν ὑπὲρ

14. καὶ * ἐπιλέκτοις] Lacunam Heyse *Ioannis Contostephani* nomine explendam putabat, cuius eximia in praelio illo virtus eluxit. sed aliud quid excidisse docet illud τε post χαρτουλάριος.

auditis dimittitur ab Andronico nuntiaturus Dionysio imperatorem, cum ferre amplius non possit illius in Romanos delicta, praesto esse, quo poenam ab ipso congruam reposceret. inde milites arma capere iussos castris educit aciemque hac ratione instruit. Scythas et maximam Persarum partem cum paucis equitibus, qui hastis decertant, praecedere iubet. inde a lateribus Romanorum sequebantur phalanges, quibus praeerant Coccobasilius et Philocales, praetereaque Taticius et quem Aspietem vocabant. horum a tergo ibant gravioris armaturae milites sagittariis intermixti et Persarum turma gravis armaturae. post istos utroque a latere Iosephus Bryennius et Georgius Branas incedebant, item Demetrius eius frater et Constantinus Aspietes, vir sebasti dignitate auctus: inde Andronicus principis chartularius, cognomento Lampardas, cum delectis simul Romanis et Alemannis nec non et Persis. in postrema denique acie erat Andronicus supremus dux, cum aliis multis incliti nominis viris (quales imperatori in bellum eunti adesse semper moris est) et Italis stipendiariis, itemque Serviis, qui pone sequebantur, hastis armati, et longioribus clipeis instructi. hunc in modum ordinato exercitu Romani iter instituunt. ubi vero ad locum venere, in quo Dionysius occisorum militum tumulum erexerat, equis desilientes graviter ingemuere,

τοῦ ὁμοφύλου τεθνάναι καὶ συγγενοῦς ἕκαστον. Διονύσιος δὲ ἐπειδὴ προσιέναι Ῥωμαίους ἐπύθετο, θάρσους ὑποπλησθεὶς σὺν εἰρωνείᾳ πολλῇ ἀκρατίζεσθαι Οὔννους ἐκέλευεν εἰς ὑγίειαν τὴν Ῥωμαίων προσιεμένους τὸ ἔκπομα. οἱ δὲ ἀναστάντες ἔπινόν τε P 159 *σπουδῇ καὶ ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἐγίνοντο τρόπῳ τε τῷ συνήθει ἐτάττοντο. ἔθος γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἀεὶ τοὺς ἐν σφίσι λογάδας τὴν ἐμπροσθίαν πληροῦν φάλαγγα· ὃ πάλαι βασιλεὺς εἰδὼς ἀνάπαλιν Ἀνδρονίκῳ τὴν παράταξιν ποιεῖσθαι ἐκέλευσεν. ἐπειδὴ γοῦν ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγένοντο τὰ στρατεύματα, ἐκέλευεν Ἀνδρόνικος τοῖς ἐμπροσθίοις τῶν ταγμάτων ἐπιτοξάζεσθαι Οὔννοις. ἐπειδὰν δὲ* V 124 *κατ' αὐτῶν ὁρμηθέντας ἴδοιεν, φεύγειν λοιπόν, οὐ μέντοι κατ' εὐθὺ τοῦ Ῥωμαίων στρατεύματος, ἀλλὰ κατὰ τὰ πλάγια μᾶλλον, ὡς ἂν οὕτως ἐπὶ θάτερα σχισθέντες Οὖννοι κενὴν τὴν μέσην τῆς φάλαγγος ἀπολίποιεν χώραν. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἅμα τῇ προσβολῇ νῶτα* B *δόντες ἔφευγον ἀνὰ κράτος ἕως ἐπὶ Σάον ἦλθον. ὑπηνέχθη δὲ Ῥωμαίοις τέλεον μὲν δύο τῶν ἐν ἀριστερᾷ ταγμάτων, ὧν Κοκκοβασίλειος καὶ Τατίκιος ἦρχον, τὰ λοιπὰ δὲ παρακεκίνηντο ἤδη. καὶ Δημήτριος μὲν ὁ Βρανᾶς τῶν σὺν αὐτῷ ἐσκεδασμένων σὺν ὀγδοήκοντα ἀπολειφθεὶς τοῖς πολεμίοις ξυνέμιξεν, ἡρωικῶς τε ἀγωνισάμενος αὐτοῦ ἔπεσε καιρίαν κατὰ τοῦ προσώπου πληγείς, αἰχμάλωτός τε γεγονὼς εἰς τὸ Οὔννων ἀπηνέχθη στρατόπεδον. ὁ δέ γε ἀδελφὸς αὐτοῦ Γεώργιος πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τοῦ πλήθους διευλαβηθεὶς οὐκ ἐθάρρησε τὴν συμπλοκήν. τὰ μὲν δὴ εὐώνυμα*

16. *τέλεον μὲν*] ?

fidemque sibi invicem obstrinxere pro contribulibus ac consanguineis se quemque moriturum. Dionysius vero ubi adventare Romanos audivit, fiducia quadam praetumidus, cum multa irrisione vinum bibere Hungaros iussit, et ut pocula ad Romanorum sanitatem et incolumitatem propinarent. illi surgentes confestim ea hausere, sumptisque armis, consuetum ordinem resumpsere. mos enim semper apud eos obtinet ut praecipui optimique in prima phalange locentur. quod iam pridem edoctus imperator contrario aciem modo instituere Andronico praeceperat. postquam igitur sibi invicem proximi fuere exercitus, iis qui in fronte stabant praecepit Andronicus ut Hungaros telis impeterent, et simul atque in se illos irruere cernerent, terga darent, non recta quidem ad Romanorum exercitum, sed oblique magis in latera, ut sic utramque in partem distracti Hungari medium phalangis locum vacuum relinquerent. sed illi facta ab hostibus irruptione statim effuse fugiunt usque dum ad Savum pervenere. perstitere vero Romanorum integrae duae in sinistra acie cohortes, quas Coccobasilius et Taticius regebant: ceterae omnes iam inclinatae. at Demetrius Branas suis dissipatis cum octoginta relictus hostibus sese intulit, et fortissime dimicans accepto in capite letali vulnere concidit captusque ab Hungaris in eorum castra relatus est. frater autem illius Georgius hostium multitudine conterritus praelium conserere non ausus est.

τῶν κεράτων οὕτω Ῥωμαίοις πρὸς ὑπαγωγὴν ἔκλινε, τὰ δὲ τῶν δεξιῶν τοῖς ἐν ἀριστερᾷ ἐπιθέμενα Οὔννοις ἐτρέψαντο τούτους περιφανῶς. Διονύσιος οὖν ἐπειδὴ ταῦτα εἶδε τοῖς περὶ τὸν στρα- C τηγὸν Ἀνδρόνικον ἐπιθέσθαι διενοήθη. ἀλλὰ τῶν σὺν αὐτῷ πολλοὶ ἀποδειλιᾶν ἤρξαντο, ὅθεν καὶ ἀνεσείραζον σφίσι τὴν ἵππον. γνοὺς δὲ Διονύσιος ὠνείδιζε μὲν τὴν ἀνανδρίαν αὐτοῖς, παρεκάλει δ' ὅμως αὐτοῦ ἵστασθαι, ὡς μὴ καταφανῆ τὴν δειλίαν Ῥωμαίοις ποιήσωσιν. Ἀνδρόνικος δὲ ὁ Λαμπαρδᾶς τὰ πρασσόμενα κατιδὼν δείσας τε μὴ τὸ σὺν τῷ Διονυσίῳ πλῆθος, αὐτοῦ ἐφ' ἕτερα χωρήσαντος, Ἀνδρονίκῳ λοιπὸν ἐμπεσεῖται τῷ στρατηγῷ, δεῖν ἔγνω Διονυσίῳ πρότερον αὐτῷ συμπλακῆναι. ἐμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις θροῦς ἠγέρθη καὶ πάταγος ἐπεῖχε πάντα καὶ τὰ δόρατα πρὸς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκαυλιζόμενα χαμαὶ ἔπιπτον. Ῥωμαῖοι δὲ D καίτοι τῶν ὑπὸ θατέρῳ Βρανᾷ τῷ Γεωργίῳ ταττομένων συνελθόντων αὐτοῖς ἔκαμνον ὅμως. Ἀνδρόνικος τοίνυν ὁ στρατηγὸς ἐπειδὴ τοῦτο συνεῖδεν, ὡς μὴ κατὰ κράτος καὶ τῶν σὺν τῷ Λαμπαρδᾷ ἡττημένων ἐπ' αὐτῷ ἡ ἀγώνισις στήσεται πᾶσα, συρρήγνυται τοῖς πολεμίοις, καὶ γίνεται καρτερὰ προσβολή, ὡς παρὰ τὴν πρώτην Ῥωμαίων μὲν ὀγδοήκοντα πεσεῖν, βαρβάρων δὲ πολλῷ τούτων πλείους. ἀλλὰ Ῥωμαῖοι σὺν ἀφάτῳ τινὶ καρτερίᾳ τὸν ἀγῶνα ὑφιστάμενοι τέλος ἐτρέψαντο τούτους ἀρετῇ τῇ σφετέρᾳ. P 160 τοσοῦτος μέντοι βαρβάρων φόνος ἐγένετο, ὡς τὰς ἐνταῦθα πεδιάδας μικροῦ περιστρωθῆναι τοῖς θνησιμαίοις. τῶν γὰρ δοράτων

9. μὴ τὸ σὺν] Cod. μὴ σύν. 15. ὅμως] Cod. ὁμοῦ.

sic quidem sinistra Romanorum acies in fugam inclinavit: dextra vero sinistram Hungarorum invadens omnino hanc fudit. at Dionysius ubi haec advertit eos qui Andronicum ducem circumstabant adoriri statuit. sed ex suis complures conterriti ad se equitatum continuo evocarunt. quae ut rescivit Dionysius, timiditatem ipsis exprobrat simulque obtestatur ut ibi consistant, ne pavorem suum Romanis proderent. Andronicus autem Lampardas quae parabantur videns, veritus ne si alio abiret Dionysii copiae Andronicum ducem opprimerent, necessarium duxit cum ipso primum Dionysio manus conserere. cumque invicem concurrerent, sublatus continuo est clamor tumultusque passim factus: impactaeque iam in clipeos hastae frustratim discissae decidebant in terram. Romani autem, etsi qui sub altero Brana Georgio erant iam accessissent, fatiscebant tamen. ut id percepit dux Andronicus, ne iis qui cum Lamparda dimicabant omnino fusis ac devictis, tota in se belli moles incumberet, cum hostibus pugnare instituit: adeoque atrox concitatur praelium, ut primo conflictu Romanorum quidem octoginta, barbarorum autem multo plures ceciderint. sed enim Romani incredibili constantia sustinentes certamen, tandem eos propria virtute in fugam verterunt. tanta vero barbarorum exstitit caedes, ut contecta prope occisorum cadaveribus camporum planities fuerit. hastis namque suis in frusta conscissis, fractisque

σφίσι κλασθέντων καὶ θρυβέντων ἤδη τῶν ξιφῶν, ταῖς κορύναις ἠλόων τοῖς κακοδαίμοσι τὰς κεφαλάς. ὅτε δὴ τό τε σημεῖον ᾑρέθη, ὃ πάμμεγα τοῖς βαρβάροις τούτοις ἐπὶ ἁμάξης ἐφέρετο, καὶ ὁ Διονυσίου ἵππος σὺν τῇ πανοπλίᾳ, μόλις ἐκείνου καὶ τρόπῳ ᾧπερ αὐτὸς ἐρεῖν οὐκ ἔχω τὸν κίνδυνον πεφευγότος. ὅσοι μέντοι βαρβάρων διαδρᾶναι τέως ἴσχυσαν, παρὰ τὸν ποταμὸν ἰόντες ἡλίσκοντο πρὸς τοῦ Ῥωμαίων ναυτικοῦ. ἑάλωσαν τοίνυν ζωγρίαι
B στρατηγῶν μέν, οὓς αὐτοὶ ζουπάνους καλοῦσι, πέντε, στρατιωτῶν δὲ ἀμφὶ τοὺς ὀκτακοσίους. πολλοὶ δὲ ἦσαν καὶ ἐν αὐτοῖς τῶν εὖ τε γεγονότων καὶ ἄλλως διαφανῶν. ἔπεσον δὲ καὶ πλεῖσται χιλιάδες ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ. οὐκ ἦν οὐδεὶς Ῥωμαίων, ὃς οὐ πολλῶν αὐτόχειρ ἐγένετο ἀριστειῶν. πάντων γε μὴν μάλιστα Ἰωάννης τε ὁ Κοντοστέφανος καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Λαμπαρδᾶς. ταῦτα κατωρθωκὼς ὁ Ῥωμαίων στρατός, ἐπειδήπερ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἦν, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν, ἄγοντες τούς τε τῶν Οὔν-
V 125 νων αἰχμαλώτους καὶ θώρακας ἐς δισχιλίους, κράνη γε μὴν καὶ ἀσπίδας καὶ ξίφη οὐδ' ἂν ἀριθμεῖν ἠδυνήθη τις. τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην ἐπὶ τοιούτοις ηὐλίσαντο, αὐγαζούσης δὲ ἤδη τῆς
C ἡμέρας τοῖς ὅπλοις ἐνδεδυκότες εἰς τὸ τῶν Οὔννων ἀφίκοντο χαράκωμα. ἐπεὶ δὲ ἀνδρῶν ἔρημον εὗρον αὐτό, σκυλαγωγήσαντες ἀνέστρεφον. ὁ μὲν δὴ κατὰ Οὔννων πόλεμος ἐνταῦθα τέλος ἔσχεν.

8. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν τε τειχέων τῆς Κωνσταντίνου ἐπιμεμέλητο μέρεσι πολλοῖς ὑπὸ χρόνου καμνόντων, καὶ ὑδάτων ἐν-

gladiis, miserorum capita clavis contundebant. tum etiam captum in eo praelio vexillum, quod propter sui magnitudinem curru a barbaris vehebatur, ut et Dionysii equus cum omni armatura, cum ipse vix, ac nescio qua ratione, periculum effugisset. quotquot etiam barbarorum fugam inire potuerunt, ubi ad flumen pervenere, a classe Romana capti sunt. vivi ergo in manus venerunt, ex ducibus quidem, quos ipsi zupanos vocant, quinque: milites octingenti, atque in iis complures nobili loco nati, aliique illustres viri: aliquot autem millia in hoc praelio cecidere. nemo fuit Romanorum, qui non fortia suapte manu ediderit facinora, prae ceteris tamen Ioannes Contostephanus et Andronicus Lampardas. his strenue confectis rebus, quoniam adulta nox erat, in castra concessit Romanus exercitus, adductis eo captivis Hungaris, allatisque secum loricis ad duo millia. galeas autem et clipeos et enses, haud facile quis numerasset. eam quidem noctem post haec ibi transegere. at ubi illuxit, arma iterum induti, in hostium castra ire pergunt. verum cum ea hominibus vacua invenissent, direptis iis, reversi sunt. ita quidem bellum adversus Hungaros confectum est.

8. Ceterum imperator murorum Constantinopoleos variis in locis vetustate collapsorum curam habuit, et aquarum inopia laborante civitate aquae-

δείας κατεχούσης αὐτὴν ἀνεκάθηρέ τε σὺν ἐπιμελείᾳ τοὺς ὀχετοὺς καὶ ἐπειδὴ τὰς παλαιτάτους στοάς, αἳ τὸ ὕδωρ ἐπὶ Βυζάντιον ἦγον, πάλαι πεπτωκυίας ἀνεγείρειν δύσεργόν τε καὶ χρόνου πολλοῦ δεόμενον ἔγνω, σκεψάμενος περί τινα χῶρον οὐ πολλῷ Βυζαντίου διέχοντα, ὃς Πέτρα κατωνόμασται, δεξαμενήν τινα ὑπόνομον ἐδο- D μήσατο, ἥπερ βουνῶν ἑκατέρων ἐν κοιλότητι κατὰ μέσον ἱδρυμένη ἐπιμήκης στόμασι πολλοῖς ἐφ᾽ ἑαυτὴν καὶ ὕδωρ ἐπιχάσκουσα δέχεται ὡς ἐκ μυρίων ὀχετῶν διὰ τῶν σχισμῶν σηράγγων ἐπ᾽ αὐτὴν καταβαῖνον, ὃ δὲ διὰ τῶν ἐξ ἔθους αὖθις ὑπονόμων ἐπὶ τὴν πόλιν τοῦτο προΐησιν. οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἔθος τι τῶν ἀτοπωτάτων μικροῦ καὶ εἰς νόμον τελέσαι δεῆσαν ἐκ μέσου τῆς Ῥωμαίων ἐποιήσατο πολιτείας. ὁποῖον δὲ τοῦτο ἦν ἤδη λέγομεν. ἡ τοῦ ζῆν ἀπαραίτητος τοῖς ἀνθρώποις ἀνάγκη πολλά τε κατὰ τὸν βίον ἐκαινοτόμησεν ἄλλα καὶ δὴ καὶ μισθοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδόσθαι πολλοὺς ἀναγκάζει. θητεύουσι τοίνυν τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς τε καὶ P 161 ἀξιώμασι καὶ τῶν εὖ γεγονότων, ἂν οὕτω τύχῃ, μὴ ὅτι ἀγελαῖοί τινες καὶ ὀχλικοί. ὁποῖον τοίνυν ἡ ἀνθρωπίνη κακὸν πλεονεξία; παραλαμβάνοντες τοὺς ἀθλίους οἱ τὴν σφῶν ἐωνημένοι δουλείαν ὅσα καὶ ἀργυρωνήτοις αὐτοῖς προσεφέροντο, καὶ ἦν τὸ τριώβολον ἴσως καταβαλλόμενον μίσθωμα ἐλευθέρων ἀνθρώπων ὠνὴ καὶ συμβόλαιον οὕτω κακοτυχές. ἀμέλει καὶ εἴ ποτε τῇ ἐκ τῆς θητείας ἀχθόμενοι ἐργασίᾳ ἀπωθεῖσθαι βουληθεῖεν αὐτήν, οἱ δὲ

8. σχισμῶν] Fort. σχιστῶν. nisi forte delendum σχισμῶν. 10. προΐησιν] Ita Tollius. Cod. προΐεισιν.

ductus omnes diligentissime purgavit. cumque videret vetustissimos fornices, per quos olim aqua Byzantium transmittebatur, diffractos instaurare difficile esse omnino multumque ad eam rem tempus necessarium fore, loco haud procul Byzantio, quem Petram vocant, delecto subterraneum quoddam receptaculum exstruxit, quod in media quadam cavitate collibus utrimque cincta oblongius iacet et multis in sese aquam ostiis recipit, quae velut e millenis canalibus per quasdam rimas ac fissuras in illud defluit; et postmodum per consuetos canales in civitatem defertur. idem hic imperator absurdissimum morem, et qui iam prope in legem deflexerat, a Romanorum republica sustulit. eiusmodi autem ille fuit. victus quaerendi dura necessitas, tum alia, quae ad vitam pertinent, immutavit, tum etiam pretio libertatem vendere multos adegit. operas itaque suas locant iis qui in supremis constituti sunt honoribus etiam illustri loco nati, si fors ita ferat, viles profecto homines et proletarii. quantum igitur malum humana avaritia est! miseris etenim istis, qui servitutem sibi comparaverant, emerantque, tamquam pretio emptis et mancipiis utebantur: eratque triobolum forte, statutum liberorum hominum pretium, pactumque istud nefandum. ad ultimum si qui onere servitutis pressi eo se eximere vellent, tamquam fugitivos compre-

καθάπερ δραπέτας συσχόντες αὐτοὺς καὶ δίκας ἐπετίθουν τῆς τόλμης. καὶ ἦν τότε κατὰ τὸ Αἰσώπου μυθάριον, ἐν ᾧ λέων ἐπὶ B τοῦ σπηλαίου νοσεῖ καὶ ζῶα παρ᾽ αὐτὸν εἴσεισιν, ἐλευθέρων μὲν εἰσιόντων ἀνθρώπων ἴχνη καὶ μάλα πολλά, ἐξιόντων γε μὴν ἐπὶ τῇ αὐτῇ ἥκιστα οὐδενός. τὸ μὲν δὴ ἔθος οὕτω δεινὸν ἦν, βασιλεὺς δὲ πρόῤῥιζον ἀπὸ μέσης ἐξεσπακέναι τῆς πολιτείας αὐτὸ βουληθεὶς γράμμασι τὴν ἐλευθερίαν οἷς φύσει τὸ ἐλεύθερον ἐπεψήφιστο. ἐλευθέρων γὰρ ἄρχειν Ῥωμαίων, οὐμενοῦν ἀνδραπόδων αὐτὸς ἤθελεν. ὁ αὐτὸς ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ιε′ ἐψήφιστο τοῖς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον ἱεροῖς σεμνείοις πολυπραγμοσύνην ἐπάγεσθαι οὐδ᾽ ἡντιναοῦν ἐφ᾽ αἷς ὅπου δήποτε κτήσεσιν ἔσχον. τὴν C μέντοι δωρεὰν καὶ τόμῳ ἐστήριξεν, ὃν ἅτε χρυσῷ ἐνσεσημασμένον χρυσόβολλον ἔθος καλεῖν ἐστιν. ὅθεν οὐδένα μοναχῶν θυροκοποῦντα νῦν ἔστι δικαστήριον ἰδεῖν, ἅτε μηδὲ παρόντος ἐφ᾽ ᾧ τις δημοσίου σφίσι δικάσαιτο. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. νόμου δὲ πασῶν τὰς πλείστας ἀκυροῦντος τῶν ἡμερῶν, καθ᾽ ἃς δηλονότι ἢ τῶν δεσποτικῶν τι Χριστιανοῖς τελοῖτο μυστηρίων ἢ γοῦν τῶν μεγάλων τινὸς ἄγοιτο μνήμη ἀνδρῶν, συνέβαινε τὰς ἐν τῇ πολιτείᾳ δίκας εἰς ἀπέραντον ἐξικνουμένας τυγχάνειν οὐδέποτε τελευτῆς. ἐντεῦθεν ἀνθρώπους εἶδον ἐγὼ δίκαις καταγηράσαντας, καὶ μέντοι V 126 καὶ ἐπαποθανόντας αὐταῖς. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ κακὸν θεσπίσματι D νεαρῷ τῆς Ῥωμαίων ἀπελήλαται πολιτείας. λέγει γὰρ τὸ βασι-

9. ιε′] Addidi monitu Ducangii. in Cod. lacuna. 13. χρυσόβολλον] Toll. χρυσόβουλον.

hendentes eorum audaciam poenis coërcebant: erantque secundum Aesopicam fabulam, in qua ad leonem in spelunca aegrotantem accedunt animalia, ingenuorum hominum ingredientium vestigia multa admodum, exeuntium vero nullum. hanc pravam consuetudinem igitur radicitus a media civitate exstirpare volens imperator promulgatis edictis libertatem, quibus illa a natura concessa erat, omnibus donavit. liberis enim Romanis, non mancipiis imperitare cupiebat. idem praeterea anno imperii sui decimo quinto decrevit ut nemo deinceps sacris apud Byzantium monasteriis negotium facesseret de iis praediis quae quocumque in loco illa possiderent. hancque donationem confirmavit libello, qui quod aureo sigillo munitur aurea bulla vocari vulgo solet. undè nullum hodie monachum iudicum fores pulsantem videre est, utpote cum nihil adsit de quo lis intentari iis queat. et haec quidem sic se habet constitutio. cum vero omnium plerique dierum lege exciperentur, quibus nimirum vel dominica a Christianis mysteria peragebantur vel magni alicuius viri agebatur memoria, fiebat ut iudicia in republica in immensum prolatata numquam ad exitum perducerentur. exinde vidi ego homines in litibus senescentes, immo et immorientes iisdem. sed pessima lex ista novo decreto in republica abolita est. quippe imperatoris edictum neque dies festos omnino

λέως διάταγμα μήτε τὰς ἑορτάδας παντάπασι κοινοῦσθαι τῶν ἡμερῶν, μήτ' αὐταῖς ἑκάστοτε ἀναβολαῖς δίκας ἐᾶν παρασύρεσθαι, ἀλλ' εἶναι μὲν ἐς τὸ παντελὲς ἀπειρολογίας ἀδέκτους δικανικῆς ἡμέρας ἐκείνας, καθ' ἅς τι θεὸς εὕρηται τοῖς ἀνθρωπίνοις εὐεργηκώς, τῶν δ' ἄλλων τὰς μὲν παντάπασι δικασίμους ἐκκεῖσθαι, τὰς δὲ πρωῒ μὲν ἀποκεκλεῖσθαι τοῖς δικολάβοις, δείλην δὲ ἅπασαν ἀνεῶχθαι καὶ ξυγχωρεῖν εἰσιέναι τοὺς θέλοντας. οὗτος καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ παλαιοῦ τοῦ χρόνου κείμενον λίθον ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς ἐς Βυζάντιον ἀγαγὼν τοῖς τῇδε λοιποῖς ἀπέδωκεν ἁγίοις. ὅστις δὲ ὁ P 162 λίθος οὗτος καὶ ὅθεν εἰς Ἐφεσίων ἦλθε τὴν γῆν, ὁ λόγος ἑξῆς διηγήσεται. τέλος ἤδη τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν εἶχε τῷ σωτῆρι μυστήριον, καὶ παραλαβοῦσα τοῦτον ἡ μήτηρ ἀνέκλινέ τε ὕπτιον, ὡς νόμος, ἐπὶ τοῦ λίθου τοῦδε καὶ ἐπιπεσοῦσα βύθιον ἀνῴμωξεν ὁποῖα εἰκός, μυρομένης δὲ τὰ δάκρυα τῷ λίθῳ πελάζοντα ἔτι καὶ νῦν ἀναπόνιπτα μένουσι, πρᾶγμα τεράστιον οἷον. τοῦτον δὴ τὸν λίθον ἡ ἐκ Μαγδαλᾶ φασὶν ἀναλαβοῦσα Μαρία ἔπλει Ῥώμης εὐθὺ ἐφ' ᾧ καίσαρι ἐς ὄψιν ἐλθοῦσα Τιβερίῳ Πιλάτου καὶ Ἰουδαίων τῶν ἀδίκων Ἰησοῦ κατερεῖ φονευτῶν. ἀλλὰ τύχῃ τινὶ ἐς B τὸν Ἐφεσίων λιμένα κατάρασα αὐτὸν μὲν ἐνταῦθα ἔλιπεν, ἡ δὲ ἐκεῖθεν ἀφεῖσα ἐπὶ Ῥώμην ἀνήγετο. ἐξ ἐκείνου δ' ἄχρι καὶ νῦν ὁ λίθος ἐνταῦθα διετέλεσεν ὤν. ἀχθέντα τοίνυν ἐς τὴν Δαμάλεως περαίαν πομπὴ τοῦτον ἐκ Βυζαντίου διαδέχεται λαμπρά. ἐπλήρου δὲ ταύτην τὸ Ῥωμαίων τε γερούσιον ἅπαν καὶ ὅσον ἐν ἱε-

ut profestos haberi statuit, neque tamen dilationibus eiusmodi trahi in infinitum iudicia: sed religiosos et rerum forensium immunes illos esse decrevit, in quibus aliquando deus singulare in homines beneficium contulisset: ceterum alios totos festos esse, alios intercisos, ita ut nimirum horis matutinis lege agere non liceret, postmeridianae autem integrae partibus admittendis vacarent. idem hic imperator sacrum lapidem qui iampridem Ephesi fuerat, Byzantium magnifice translatum cum ceteris sacris, quae ibi sunt momumentis deposuit. qualis autem hic fuerit lapis et quomodo in Ephesiorum terram pervenerit deinceps commemorabo. peracto iam in cruce a salvatore mysterio, suscepit eum mater, utque fieri assolet in lapide isto supinum deposuit: in eumdem ipsa etiam procumbens, ut vero simile est, non mediocriter ploravit. flentis autem lacrimae, quae in lapidem deciderunt, in hanc usque diem permansere indelebiles, res admiratione prorsus digna. hoc igitur lapide accepto Mariam Magdalenam aiunt Romam recta abiisse, ut coram Tiberio Caesare Pilatum et Iudaeos velut iniustos Iesu interfectores accusaret: sed forte quadam in portum Ephesinum delatam istic eum loci reliquisse, indeque excedentem Romam pervenisse. ex illo tempore usque in hodiernum diem lapis ibi perstitit. cum vero in littus Damalis esset expositus, ingenti pompa inde Byzantium translatus est. huic enim interfuere Romanus senatus

ροπόλοις καὶ ἐν μονασταῖς ἦν, Λουκᾶ τοῦ τηνικάδε τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνοντος καὶ βασιλέως τέλους ἑκατέρου προαρχόντων. βασιλεὺς μέντοι καὶ τὸν ὦμον ὑπέσχε τῷ λίθῳ, ἐπεὶ τά γε τοσαῦτα καὶ ὑπὲρ
C ὧν χρὴ ἐμετριοφρόνει καὶ ἠγάπα δουλοπρεπέστερον αὐτοῖς προσαγόμενος.

9. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Αἴγυπτος ὑπὸ Ῥωμαίων ἁλῶναι κινδυνεύσασα τρόπῳ τῷ ῥηθησομένῳ διαγεγονέναι ἴσχυσεν. αὕτη ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων μὲν οὔπω πάνυ πρῴην ἐτέλει ἀρχήν, μέγα δέ τι χρῆμα δασμοῦ ταύτῃ παρεῖχεν ἐτήσιον· ἐπεὶ δὲ Ἀσία κακῶς ἤδη πεπόνθει καὶ τὸ Ἰσμαηλιτικὸν ἑκάστοτε κατίσχυε φῦλον, ἥλω καὶ αὕτη καὶ Πέρσαις ὑπέπεσεν. ἀλλὰ βασιλεὺς Μανουὴλ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν Ῥωμαίοις ἤδη ἀνασωσάμενος ἀντιποιηθῆναι καὶ ταύτης σπουδῇ πολλῇ ἤθελε. τοίνυν καὶ πρέσβεις ἐνταῦθα
D στείλας ἐκέλευεν ἔθους τε τοῦ προτέρου καὶ φόρων ἀναμιμνήσκειν τὴν χώραν οἳ πολυτάλαντοι ἐφ' ἡμᾶς ἀφικνοῦντο τὸ πρότερον, ἀναινομένης δὲ παρεγγυᾶν ὅτι δὴ οὐκ ἐς μακρὰν πολεμητέα σφίσιν ἐσεῖται. τὰ μὲν δὴ τῆς πρεσβείας ἐν τούτοις ἦσαν· τῶν Αἰγυπτίων δὲ ἰσχυρῶς πρὸς τοῦτο ἀπειπαμένων, στόλον νεῶν ὁ βασιλεὺς τεκτηνάμενος ἱππαγωγῶν τε καὶ πολεμιστηρίων ἐς ἄγαν πολλῶν στρατόν τε ἐμβιβάσας αὐταῖς ἐπ' Αἰγύπτου ἔπεμψεν. ἡγεῖτο δὲ τούτου Ἀνδρόνικος οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ὁ Κοντοστέφανος.
P 163 ἐτύγχανε γὰρ μέγας ὥσπερ εἴρηται δοὺξ γεγονὼς πρότερον. ὃς ἐπειδὴ ταχυπλοήσας Αἰγύπτῳ προσέσχε πέμψας ἐς Παλαιστίνην

fortunam habuit, quoties rem aggrederetur. dum haec ad Dorylaeum peraguntur, Michaël Gabras cum exercitu Amasiam venit, invitatusque ab oppidanis, ut statim civitatem ingrederetur, nequaquam id ausus est, quod et copiae a Clitziesthlane eam ipsam in rem missae haud procul ab urbe castra locassent: maxime enim verebatur ne oppidani proditionem molirentur. sed illi et obsides eapropter ad ipsum misere et arcem insuper Romanorum potestati tradidere. at is nescio quo pavore correptus ad varios subinde recurrebat praetextus, donec oppidani veriti ne, dum Romani in dies differunt, urbe a Clitziesthlane capta, futuri domini offensam in aeternum incurrerent, inscio praefecto suo, eam tradiderunt. iam etiam Michaël motis inde castris in fines Romanos redierat, nulla neque Romanorum qui in arce erant, neque alius cuiusquam ratione habita. interea dum ista ad Amasiam geruntur, imperator adhuc circa Dorylaeum occupatus, ut haec rescivit, Thoma eunucho ad Clitziesthlanem misso, ut Amasia sibi restitueretur institit et perfidiam ipsi exprobravit, additis minis, ni eiusmodi Romanos iniuriis afficere absisteret, brevi iustitiam vindicem experturum. quis autem fuerit Thomas iste, commemorabo. Lesbo quidem insula oriundus erat,

νοῦς γεγονώς, ἐπειδὴ μηδὲν ὅ τι τῶν λόγου ἀξίων ἐπιτήδευμα αὐ-
τῷ ἦν, ἐς Βυζάντιον ἰόντι ἔργον ἐπιμελὲς ἐγεγόνει φλέβας ἀνθρώ-
πων τέμνοντι ἐντεῦθεν ἑαυτῷ τὸ ζῆν περιποιεῖσθαι. ἀλλ' ἔοικε
τῶν ἁπάντων εἶναι μηδὲν ὃ βουλομένῃ τῇ τύχῃ ὑπηρετεῖν ἥκιστα
δύναιτο. Θωμᾶς γὰρ καίτοι ἐς τοὔσχατον βαναυσίας ἥκων, ἐκ C
τούτου δὴ τοῦ τεχνίου μέγας ἐν βασιλείοις εἴπερ τις ἀνθρώπων
ἐγένετο, χρήματά τε μεγάλα ἐν βραχεῖ περιβεβλημένος χρόνοις
τισὶν ὕστερον ἐς Παλαιστίνην ξὺν αὐτοῖς ἀπιὼν ᾤχετο. μὴ κατὰ
γνώμην δὲ αὐτῷ τῶν τῇδε ξυμπιπτόντων αὖθις ἐπὶ βασιλέα παρα-
γίνεται, ἵλεώ τε αὐτοῦ τετυχηκὼς δύσνους εἰσαῦθις ἠλέγχετο, ἐς
τὴν ἐν παλατίῳ τε φρουρὰν ἀχθείς, ἣν Ἐλεφαντίνην ἔθος καλεῖν
ἐστιν, ἐνταῦθα τὸν βίον ξυνεμετρήσατο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστε-
ρον. τότε δὲ ἐπὶ τὸν σουλτάν, ὥσπερ ἐλέγομεν, παραγεγονώς,
ἐπεὶ μηδὲν ὧν ἕνεκα ἦλθεν ἐπιτελὲς ἐκεῖνος ποιεῖν ἤθελεν, ἄπρα-
κτος ἐς βασιλέα παλινοστεῖ, ὅτε δὴ μικροῦ καὶ ἀπεκτονέναι τοῦ-
τον ἐδέησαν Πέρσαι οἳ ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐνεδρεύοντες ἦσαν. D

3. Βασιλεὺς δὲ ἡμερῶν οὔπω τετταράκοντα τὴν πόλιν ἀνεγείρας, ἐπειδὴ τάφρον τε αὐτῇ περιήλασε καὶ Ῥωμαίων ὡς πλείστους ἐνταῦθα ᾠκίσατο, φρουρὰν ἀποχρῶσαν τῇδε καταλιπὼν ὀπίσω ἐχώρει, τοῖς ἀμφὶ τῷ Ῥυνδακῷ αὐλισάμενος χωρίοις· ἐπ' ὀλίγον τε διαναπαύσας τὸ στράτευμα ἐκεῖθεν ἀπῆρε. κομιδῇ δὲ ὀλίγους αὐτῷ συνεπομένους ὁρῶν (τὰ γὰρ πλείω τῶν ταγμάτων ἀπήεσαν οἴκοι, μηδὲν εἰς γνῶσιν ἧκον αὐτῷ, καίτοι ὥσπερ ἐλέγετο πολλὰ περὶ τοῦ μηδένα τέως τοῦ στρατοπέδου ἀποχωρεῖν παρεγ-

familia prorsus obscura: cumque nullo laudabili vitae instituto instructus esset, Byzantium profectus secandae venae artem exercuit, atque inde facere quaestum coepit. sed nihil est in rerum natura, quod obsecundanti fortunae non possit inservire. Thomas enim quamvis ad ultimum et sordidissimum illiberalis artificii genus descendisset, ex ea tamen arte magnus, si quis alius, in palatio fuit, ingentibusque brevi comparatis pecuniis aliquot post annis cum iis in Palaestinam se recepit. sed cum nihil ipsi ex voto ibi succederet, iterum ad imperatorem rediit: veniamque primo consecutus, illius offensam rursum incurrit, eoque ipso in carcerem palatii, qui Elephantinus vocari solet, coniectus vitam in eo exegit. sed de his postea. tum vero ad Sultanum uti diximus missus, cum nihil rerum quarum causa venerat conficere iste voluisset, rebus infectis ad imperatorem reversus, parum abfuit quin a Persis itinera insidentibus interficeretur.

3. Ceterum imperator intra quadragesimum diem urbe instaurata, cum eam fossa cinxisset multisque ibi ad habitandum Romanis sedes dedisset, valido insuper relicto praesidio, inde profectus castra ad Rhyndacum locat, atque paulisper ibi moratus discessit. cumque paucos admodum sequi signa videret (plerique enim ordines inscio ipso domum redierant, etsi non semel,

P 174 *γυησαμένῳ πρότερον), Μιχαὴλ μέν τινὰ βάρβαρον γένος (ἀμέλει καὶ Ἰσὰχ ὄνομα αὐτῷ πρότερον ἦν) τῶν ἐπὶ ἑστίας δὲ αὐτῷ διυπηρετουμένων τὰ πρῶτα, ἐφ᾽ ᾧ τινας στρατιωτῶν τῶν ἐκ τῆς λειποταξίας ἐς τὸ σῶμα ζημιῶσαι ἔπεμψεν. ὁ δὲ ξὺν ὀλίγοις τὰς ἐπὶ Λάμπης διελθὼν πεδιάδας, φρούριόν τι περὶ πρώτας που τοῦ Μαιάνδρου ἱδρυμένον ἐκβολὰς (Σούβλαιον ὄνομα αὐτῷ) χρόνῳ πεπτωκὸς ἀνεγείρει. ἐντεῦθεν οὐκέτι δὴ τρόπον ὅνπερ εἰώθει πολεμίοις ξυμπλέκεσθαι βασιλεὺς ἤρξατο, ἀλλὰ πῦρ οἷον ἢ ὕδωρ ἀνυποστάτως ὥργα καὶ ἐφέρετο. βασιλεὺς μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦν, Μιχαὴλ δὲ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, ὡσεὶ ἐκ πλείονος ἤδη κατὰ*

B *Ῥωμαίων ἐτύγχανε μεμηνὼς, ἕρμαιον τὴν βασιλέως τότε δὴ πεποιημένος ὀργὴν, τῶν παρατυγχανόντων αὐτῷ ἕκαστον, οὐδὲν πολυπραγμονήσας πρότερον, ὕπτιόν τε κατὰ γῆν ἔτεινε καὶ κατ᾽ ὀφθαλμοῖν τὸν σίδηρον βάπτων αὐτὸν μὲν αὐτοῦ εἴα δείλαιον, οὐδὲ ὅτου ἕνεκα πάσχει συνιέντα, οὐδὲ στρατείας ἔστιν οὗ μεταλαχόντα, ἀλλὰ ἀγροῖκον ἢ ἐμπορίαις ξυμβάλλοντα ἤ τινὰ ἄλλων ἀνθρώπων. ὁ δὲ ἐπ᾽ ἄλλους ἐχώρει καὶ σώμασιν ἀνθρώπων ἐλω-*

V 136 *βᾶτο πολλοῖς, ἕως τῶν πραττομένων αἰσθόμενος βασιλεὺς (ἤδη γὰρ τὰ ἀμφὶ τῷ φρουρίῳ διαθέμενος εὖ ἐπὶ Βυζάντιον ἀνεκομίζετο) τῆς ὁρμῆς αὐτὸν ἔπαυσε· παρ᾽ ὀλίγον μέντοι ἐγένετο ταῖς τοιαῖσδε καὶ αὐτὸς ἐκδεδόσθαι ποιναῖς, ὥσπερ ἐλέγετο. ἀλλὰ*

C *βασιλεὺς μὲν μὴ ταὐτὰ καὶ πάλιν Ῥωμαίοις τολμηθῇ διανοηθεὶς*

6. *Σούβλαιον*] Cod. *Σούβλαι*[ον]. Toll. *Σούβλας.* 15. *πάσχει συνιέντα*] Cod. *πάσχειν ἀνιέντα.* correxit Duc. 16. *ξυμβάλλοντα*] Duc. *ξυμβαλόντα.*

ut aiunt, vetuisset, ne quis castris excederet), Michaëlem quemdam natione barbarum, antea Isach vocatum, inter domesticos ministros primas tenentem, ad sumendum de iis qui ordines deseruerant supplicium, misit: ipse cum paucis per Lampes campos iter faciens, oppidum quoddam ad Maeandri fontes exstructum, cui Sublaeum nomen est, vetustate collapsum instaurat. ibi imperator alio prorsus quam quo solebat modo, cum hostibus praelium inire coepit. ignis enim aut aquae effusae instar, nullo sibi resistente, accendebatur et ferebatur. dum haec a principe agebantur, Michaël, cuius modo memini, ut qui Romanis iampridem infensus erat, capta irati imperatoris occasione, obvios quosque, nulla habita prius quaestione, supinos ad terram prosternit ferroque oculis immerso excaecatos miseros sicut erant relinquit, quorsum haec paterentur ignaros prorsus: licet etiam rei militari non dedissent operam, sed rustici essent aut mercatores aliudque id genus hominum. atque ita in alios etiam grassabatur, quos pariter membris foede mutilabat. sed imperator, qui iam oppido communito reversus erat Byzantium cognitis istis eum revocavit, nec multum abfuit quin iisdem propemodum, quibus alios affecisse diximus, eum mulctaverit poenis. verum ea lege, ut talia deinceps in Romanos non auderet, crimen quidem illi remisit: sed

ἀφῆκε τούτῳ τὸ ἔγκλημα, ἡ δίκη δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τοῦτον μετήει ἐξ ἀνθρώπων πεποιημένη δυστυχήμασί τε τοὺς ἐξ ἐκείνου περιέβαλε. τότε δὲ καὶ Γαβρᾶν βασιλεὺς ἐπὶ δίκην καλέσας, ἐπειδήπερ ἐκράτει (ἐψήφιστο γὰρ οἷα δὴ ποιναῖς ταῖς κατὰ γνώμην αὐτῷ χρήσαιτο) σιδήροις τὼ πόδε περισφίγξας ἐπί τινα τῶν ἐν παλατίῳ φρουρῶν ἄχρι τινὸς ἔθετο, μετὰ δὲ ἀνεκαλέσατό τε καὶ τῆς προτέρας αὖθις ἐτίμα. Κλιτζιεσθλὰν δὲ ἐπειδὴ τὴν βασιλέως ὁρμὴν ἔγνω (τὰ γὰρ ἀμφὶ Δορυλαίῳ ξυμπεπτωκότα μεγάλα τῆς αὐτοῦ καθίκετο ψυχῆς) τῶν τινα σφόδρα παρ᾽ αὐτοῦ δεδυνημένων Γαβρᾶν ἐπίκλησιν ἐς Βυζάντιον ἐκπέμψας ἐδεῖτο βασιλέως φρού- D ρια τῶν αὐτοῦ ἀντιλαβόντα ἅπερ ἂν αὐτῷ δόξῃ παύσασθαι δὴ τοῦ πρὸς αὐτὸν χόλου. ἀλλὰ βασιλεὺς τοὺς λόγους οὐκ ἀποδεξάμενος αὐτὸν μὲν ἀπεπέμψατο, δυνάμεις δὲ ἔκ τε Σερβίων καὶ Οὔννων μετεπέμπετο πολλὰς καὶ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιμελέστερον ἐξηρτύετο. ὥστε μὴν ἵπποις τε καὶ ἀνθρώποις οὐδαμῇ τὰ ἐς τὸ ζῆν ἐπιλείψοι, καὶ βοῶν ἀμύθητόν τι πλῆθος ἐκ τῶν κατὰ Θρᾴκην ἠλαύνετο χωρίων ἅμαξαί τε ὑπὲρ τὰς τρισχιλίους. ὁ μὲν οὖν ἦρι φανέντι ἐπὶ Ἀσίαν διέβη καὶ τὰς δυνάμεις ἐπὶ Ῥυνδακοῦ κατὰ τὸ ἔθος ἤθροιζεν. Οὖννοι δὲ ξύμμαχοι καὶ Σέρβιοι, οἳ P 175 Ῥωμαίοις κατήκοοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὐκ ἐν δέοντι ἀφικόμενοι θέρους ὥρᾳ στρατεύειν ἐποίησαν, ὑφ᾽ οὗ δὴ μάλιστα τὰ πράγματα ἔφθαρτο. σκοπιμώτατον γὰρ εἴπερ τι ἔργοις πολέμων ὁ χρόνος ἐστίν. οὕτω δὴ βασιλεὺς διὰ Λαοδικείας τε καὶ τῶν Μαιάνδρῳ προσοίκων τὴν πορείαν ἔθετο, γνώμην ἔχων ἐς τὴν

iustitia divina haud multo post ulta tot scelera eum vita exemit, liberosque illius variis subiecit calamitatibus. eodem quoque tempore Gabram etiam in iudicium vocavit princeps, lataque sententia (decretum enim fuerat ut poenas quas ille vellet pateretur) vinctum compedibus in quodam ex palatii carceribus aliquamdiu tenuit: postea eum exemit inde et dignitati pristinae restituit. Clitziesthlanes interea, ubi adventum imperatoris rescivit (quae enim apud Dorylaeum acciderant graviter eius pungebant animum), unum ex suis maxime illustribus Gabram cognomine misit Byzantium, precatusque est principem, uti receptis quaecumque vellet oppidis conceptam adversus se indignationem deponeret. sed imperator repudiata legatione ipsum dimisit, accitisque e Servia et Hungaria ingentibus copiis bellum maiori cura apparavit: et ne quid aut equis aut hominibus ad victum deesset, boum ex Thracia innumerabilem multitudinem et plaustra plus quam ter mille adduci iussit. hoc apparatu vere primo traiecit in Asiam et, ut solebat, copias ad Rhyndacum collegit. sed auxiliares Hungari, Serviique Romanis obnoxii, haud tempestive advenientes, extraxere in aestatem bellum: ex quo res maxime labefactari contigit. si quid enim aliud, tempus certe in bellis attendendum est. itaque imperator per Laodiceam et terras Maeandro adia-

Ἰκονίου πανστρατὶ καταστήσεσθαι πολιορκίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ νέα αὐτῷ προσεχώρει Καισάρεια, Ἀνδρόνικον ἀδελφιδοῦν αὐτῷ τὸν Βατάτζην ἅμα στρατεύματι διὰ τῶν Παφλαγονίας χωρίων ἐπ' αὐτὴν ἰέναι ἔπεμψεν. οὔπω μέντοι Βυζαντίου ἐξιὼν καὶ στόλον νεῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Αἴγυπτον ἔστειλεν, ἅτε δὴ πανστρατὶ ἐπὶ τὸν Κλιτζιεσθλὰν πόλεμον ἰών. ἐντεῦθέν τε στρατευμάτων ὑποσπανίζων τῇ κατ' Αἴγυπτον ἀποχρησόντων .....

centes iter fecit eo animo, ut totis viribus Iconii obsidionem aggrederetur. cum vero ad eum defecisset Neocaesarea, Andronicum Batatzem ex sorore nepotem cum exercitu per Paphlagoniam proficisci eo iussit. at priusquam Byzantio excederet, navium centum et quinquaginta classem misit in Aegyptum, utpote qui cum universis copiis Clitziesthlan aggredi statuisset. hinc, cum non tantae copiae essent quae ad Aegypti expeditionem sufficerent.....

CORNELI TOLLI

IN

IOANNEM CINNAMUM

NOTAE.

CORNELI TOLLI
IN
IOANNEM CINNAMUM
NOTAE.

P. 4 v. 21. *ὅπως ἐκεῖνος Νικηφόρῳ ἐπανέστη*] Intelligit Nicephorum Botaniatem, cui imperium eripuit Alexius. vide, si lubet, Zonaram.

p. 5 v. 3. *μὴ πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ συγγεγραφόσιν*] Apposite in hanc mentem Tacitus historia prima: *mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim: sed incorruptam fidem professis nec amore quisquam, et sine odio, dicendus est.*

p. 12 v. 13. *διὰ τῆς ἀγορᾶς ἦγεν ὄνῳ ἔποχον*] Constantinus Copronymus, Leonis Isaurici filius, occiso Artavasdo imperii aemulo, eodem ignominiae ac supplicii genere affecit patriarcham Constantinopolitanum; postea pristinae eum dignitati restituit.

p. 13 v. 18. *δι' ὑποψίας ἴσως παραίτησιν*] Meminit et similis in triumpho currus infra eiusdemque civilitatis in Manuële. ceterum quod de cruce lata ait, in superstitione id imperatoribus Byzantinis, qui pro victrici lauro, crucem Christi triumphantes circumferebant.

p. 16 v. 21. *τῷ κόμητι Πετούης*] Latinis Pictaviae, ad sinum Hadriaticum. scribit Tyrius l. 14 c. 9, Raimundum hunc filium fuisse Gulielmi Pictaviensium comitis; fratrem primogenitum, eiusdem cum patre nominis, Aquitaniae iure haereditario imperasse, ipsum Raimundum militasse sub Henrico seniore, Angliae rege.

p. 20 v. 13. *οὗ ὁ ἐν βασιλεῦσί φασιν ἀπόστολος ἐφιλοτεχνήσατο Κωνσταντῖνος*] Crucem fixit mihi hic de cruce locus, quia miris ductibus in scripto codice expressum erat Constantini nomen. tandem illustris vir, David Blondellus, atque ipse in sequentibus Cinnamus, iuverunt haerentem penitusque extrica-

runt. crucem vocat inventum Constantini, quod eam in coelo vidit, et simulacrum illius expressit ea forma, quae ex Eusebio aliisque scriptoribus vulgo nota est. ipse dicitur *ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀπόστολος*, quia coelesti visione, Pauli apostoli exemplo, compulsus ad fidem, Christi evangelium propagavit: ideo a Nicephoro, Alexandro monacho, ceterisque vocatur *ἰσαπόστολος*, quasi parem cum Paulo gratiam assecutus. Cinnamus l. 4, de Papae Romani potestate disputans, ut hic apostolum, ita ibi primum inter imperatores Christianum appellat: *εἷς ἐστίν, ᾧ ταῦτα ἔδοξε, Κωνσταντῖνος, ὁ πρῶτος ἐν βασιλεῦσι Χριστιανός.* de Saracenis quae subiungit, lacera sunt. poterit autem supplere nonnihil Choniates, qui in eodem hoc Ioanne, octavo capite, eiusdem doni mentione facta, continuo addit: *ἔφασκον δὲ οἱ κατὰ τὸ Σέτζερ Σαρακηνοί, πάλαι ποτὲ τοὺς προγόνους αὐτῶν ἐκ τῶν προσενεχθέντων δώρων τῷ βασιλεῖ δορύκτητον σχεῖν τὸν ἐκ λίθου ἀκτινώδους σταυρόν, καὶ τὴν πολυτελῆ τε καὶ οἵαν ἐκπλῆξαι τράπεζαν, ἡνίκα Ῥωμανὸν εἷλον τὸν Διογένην, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν χειρίζοντα, τήν τε βασίλειον ἐκείνου σκηνὴν ἐσκύλευσαν, καὶ τοῦ χάρακος κεκρατηκότες τὰ ἐνόντα διείλοντο.* *aiebant autem Sezerini Saraceni, maiores suos olim cruce illa radianti inter cetera munera imperatori oblata, et pretiosa atque admirabili mensa, capto Romano Diogene imperatore, eiusque vallo expugnato, et imperatorio tabernaculo direpto, potitos fuisse.* summi pretii donum crux domini temporibus istis fuisse liquet, et offerri solitum ingentis meriti hominibus. Theophylactus historiae Mauritianae l. 4, de Chosroë ad Sergium martyrem: *ἀπαρχάς τε τροπαίων καθυπισχνεῖτο προσφέρεσθαι τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ ἐπίσημον σήμαντρον. σταυρὸς δὲ τοῦτο ἀναγορεύεται, τεκτοπεύεσθαί τε τοῦτον χρυσήλατον, μαργαρίτην τε περιβαλεῖν αὐτῷ, καὶ τῶν Ἰνδικῶν λίθων τοὺς διαυγεῖς.* *se illi Dominicae passionis illustre monumentum, crucem ex auro puro confectam, et margaritis pellucidisque ex India lapillis variatam, victoriae suae primitias oblaturum.*

p. 25 v. 22. *ὡράθη ὁ λίθος μετηρμένος*] Equidem non intelligebam, quis ille lapis. sed bene odoratus est acutissimi vir nasi, cui et ego et Cinnamus plurimum debemus, Ioannes Fredericus Gronovius, scribendum esse, *ὁ λύχνος μετηρμένος.* ut monachus ille per visionem viderit illam lucernam, ut in templo erat suspensa ac dedicata, repraesentatam. idem et infra in iisdem verbis error, *περὶ λίθων ἀφάς*, pro *λύχνων*, sicuti nos ibi correximus.

p. 26 v. 19. *ἀπειροκαλία μὲν οὖν*] Locus non sanus, cui vulnus haud dubie fecerit librarius. ceterum mens eadem, quae Fabio Maximo in animosa illa oratione apud Livium l. 24: *magis nullius interest, quam tua, T. Otacili, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas.*

p. 27 v. 2. καὶ πείθει ἀρετὴν ἀρετῇ παραβάλλοντα] Suspicor verius legi παραβάλλουσα, sc. ἡ γνώμη. id est, eum praeferendum esse persuadet, quem, comparando virtutem eius cum virtute alterius, deprehenderit praecellere. Galba ambitiose quidem, sed egregie, apud Tacitum I Histor. ad Pisonem: *Augustus in domo successorem quaesivit, ego in re publica. non quia propinquos, aut socios belli, non habeam; sed neque ipse imperium ambitione accepi, et iudicii mei documentum sint non meae tantum necessitudines, quas tibi postposui, sed et tuae. est tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortuna, nisi tu potior esses.*

p. 31 v. 22. τόμους ἐς Βυζάντιον ἐκπέμψαι] Familiare verbum Cinnamo hac significatione. pag. 57: ὃν ἐπικόλπιον εἶχε τόμον, *chartam quam sinu abditam gerebat.* circa finem libri quarti de donatione et bulla aurea, qua monasteria Byzantina ipsosque monachos litium iniuriis exemit: τὴν μέντοι δωρεὰν καὶ τόμῳ ἐστήριξεν, ὃν ἅτε χρυσῷ ἐνσεσημασμένον, χρυσόβουλον ἔθος καλεῖν ἐστιν.

p. 33 v. 3. Μιχαὴλ ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνάγει] Post mortem nimirum Leonis Styppiotae. hunc Michaëlem Nicetas non monasterii in insula acuta, sed μονῆς τῆς Ὀξείας, *acuti monasterii,* monachum vocat.

p. 34 v. 5. ἐς Ἀντιόχου ἦλθον τὴν πόλιν λείαν Μυσῶν] Distingue ἄχρι καὶ ἐς Ἀντιόχου ἦλθον τὴν πόλιν, λείαν Μυσῶν καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐργαζόμενοι. notum proverbium, Μυσῶν λεία, ex Suida et Zenobio.

p. 35 v. 23. καὶ λίζιον αὐτὸν λοιπὸν] Λίζιος, qui semibarbaris Latinis ligius, vel vasallus. Manuël libro quarto, oratione ad Vladislaum: καὶ δοῦλος οὐ βίᾳ ζυγὸν ὑποδύς, ἀλλὰ δοῦλος ἐθελόδουλος· ἑρμηνεύει δέ σοι τοῦτο τὸ λίζιον.

p. 42 v. 3. διαβαίνει γὰρ καὶ ἐς αὐτὴν Λυκαονίαν τὸ ὄνομα τοῦτο] Capiendum hoc de nomine regionis, in quam Persae concesserant, non autem de civitate Adrianopoli; cuius qui dici potest nomen aliquo excurrere?

p. 43 v. 5. αὐτίκα τοῦ σημειοφόρου λαβόμενος] Sic l. 3: συντονώτερον ἤλαυνε, ἐπείγων ἕπεσθαι καὶ τὸν σημειοφόρον. idque adhuc e veteri militiae Romanae more. Livius l. 9 c. 13: *vadunt igitur in praelium urgentes signiferos.* et l. 10 c. 36: *tum alii alios hortari ut repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre.*

p. 52 v. 2. Ἀλεξάνδρου τόλμαν ἐπαινεῖν ἔχω, ὁπότε μὴ σὺν τύχῃ] Huc facit Q. Curtii Rufi de Alexandro elogium: *fatendum*

est, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunae; quam solus omnium mortalium in potestatem habuit.

p. 53 v. 14. *τὰ ἡμῖν τέως ὁρᾶν ἀφανῆ*] Saepe solitum Cinnamo post aliquam ambagem inserere verba, quae praecedere debebant. Persae, inquit, ex alto prospicientes, vident ea, puta sequentem exercitus Romani totam molem, quae nos adhuc, plano nimirum campo euntes, videre non possumus. itaque *τὰ ἡμῖν τέως ὁρᾶν ἀφανῆ*, pro *ὁρᾶν τὰ ἡμῖν τέως ἀφανῆ*. sic infra, ubi de Musalone patriarcha abrogato et suffecto eius in locum Theodoto: *ἀνθ' οὗ Θεόδοτος, ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον ἀσκητικοῖς ἐγγυμνασάμενος προχειρίζεται πόνοις.* item libro quarto: *ἐπεὶ δέ τις ἐκράτει φήμη πρότερον, ὡς Βασαβίλας Ῥιτζάρδῳ ἔτι περιόντι προδοῦναι Ῥωμαίους σκέπτοιτο, δεῖν ἔγνωσαν καὶ δευτέροις αὐτὸν ὅρκοις Ῥωμαῖοι καταλαβεῖν.* plura sunt, quae in unum congerere pretium operae non esset.

p. 55 v. 3. *ἐπεὶ μηδὲ οὕτω ψυχήν ἐστι κατασεῖσαι ἱκανὸν*] Rescribe *μηδέν.* possis huc adducere Livii locum l. 31 c. 34: *nihil tam incertum nec tam inaestimabile est, quam animi multitudinis. quod promtiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiamque incussit: nam qui hastis sagittisque, et rara lanceis vulnera facta vidissent, cum Graecis Illyriisque pugnare assueti, posteaquam gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota cervice desecta, divisa a corpore capita, patentiaque viscera, et foeditatem aliam vulnerum viderunt; adversus quae tela quosque viros pugnandum esset, pavidi vulgo cernebant.*

p. 58 v. 7. *ἰσοστοιχίαι τε καὶ σχήματα παρατάξεων*] Quid sit *στοιχεῖν* in acie, notum. Aelianus Tacticis c. 25: *στοιχεῖν δὲ λέγεται, ἕκαστον ἄνδρα ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόχῳ, τὸ ἐπ' εὐθείας εἶναι τῷ λοχαγῷ καὶ τῷ οὐραγῷ, φυλάσσοντας τὰ ἴσα ἀπ' ἀλλήλων διαστήματα. versare dicitur, cum singuli viri in sua decuria recta serie consistunt, a lochago et tergi duce aequalia inter se spatia servantes.*

p. 66 v. 8. *πλὴν τοῦ ἀσφαλοῦς, ὡς οἶμαι, τἆλλα πάντα πεπλουτηκὼς ἀγαθὰ*] Cosmas, inquit, omnibus abunde bonis locupletatus erat; sed hoc unum deficiebat, quod tuta non essent et secura. ideo Aristoteles libro primo Rhetorices, ubi de bonis agit externis, quae beatitudinem sive felicitatem constituunt civilem, partem non minimam eorum statuit divitias, non quasvis, sed, ut ipse praecipit, *ταῦτα δὲ (χρήματα) πάντα καὶ ἀσφαλῆ, καὶ ἐλευθέρια, καὶ χρήσιμα: haec vero omnia et secura, et liberalia, et utilia esse oportet.*

p. 71 v. 11. *τῶν τινα ἐπισημοτέρων Ἀλαμανῶν*] Ait Nicetas cognatum hunc fuisse regis ipsius Conradi.

p. 75 v. 13. *ἐπί τι τῶν ἀντιπέρας Βυζαντίου*] Choniates de hoc ipso: *τῇ περαίᾳ ἐναυλιζόμενος, ἥτις τοῦ Πικριδίου κατονομάζεται.*

v. 16. *λιμένα ἐπιμήκη Βυζαντίοις ἐργαζόμενος*] Eiusmodi aestuaria *λιμνοθαλάττας* in Garumna vocat Strabo, ut et Cinnamus in sequentibus.

p. 76 v. 20. *ὡς μὴ ξενίαν ἀδικοῦντες δόξαν οὐκ ἀγαθὴν*] Sacrum quondam mortalibus et haud temere violandum erat ius illud hospitalitatis. inde T. Q. Crispinus Dadio Campano, aliquando hospiti suo Romae, tum vero lacessenti et provocanti: *nec sibi, nec illi, hostes deesse, in quibus virtutem ostendant: se ab eo, etiam si acie occurrat, declinaturum, ne hospitali caede dextram violet;* apud Livium l. 25 c. 18.

p. 100 v. 9. *ἔνθα πετρῶν προσβολαὶ ῥαχίων ἱκανῶς ἐπιστοβαζόμεναι*] Puto me recte emendare locum, scribendo *ἔνθα πετρῶν προβολαὶ καὶ ῥαχίων ἱκανῶς ἐπιστοιβαζομένων. ubi est obiectu petrarum et rupum satis coarctatarum difficilis aditu locus.* et his munita est ab ea parte Corcyra. *προβολαί* pro *προσβολαί.* quam vocem non semel apud Xenophontem legimus. unum adferam exemplum e tertio Memorabilium: *καὶ τὰ προκείμενα τῆς χώρας ὄρη κατέχοντας, βλαβεροὺς μὲν τοῖς πολεμίοις εἶναι, μεγάλην δὲ προβολὴν τοῖς πολίταις τῆς χώρας κατεσκευάσθαι. ac montes ante regionem suam sitos praesidio teneant, hostibus quidem detrimento, ipsius autem agri civibus propugnaculi instar esse constitutos.* sic et obiectus montis, molis, paludis frequenter apud Tacitum.

p. 145 v. 12. *ἄρας ἐκεῖθεν περὶ λίθων ἀφὰς ἐπὶ Μονόπολιν ἐφέρετο*] Idem mendum, de quo supra diximus in lucerna illa, quam moriens Ioannes imperator dedicavit, et postea monachus viderat translatam. itaque correximus: *ἄρας ἐκεῖθεν περὶ λύχνων ἀφάς ἐπὶ Μονόπολιν ἐφέρετο.* sic Herodotus Polymnia: *ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. ille circa lucernarum accensionem,* id est, *sub crepusculum, e castris profectus est.*

p. 190 v. 10. *ἦν γὰρ καὶ τά γε τοιαῦτα πολλοὺς τῶν διὰ βίου περὶ τὴν ἰατρῶν ἀναστραφέντων παρελαύνων τέχνην*] Posset mirari quis, describi nobis a Cinnamo Manuëlem, modo contra maxima hostium agmina solum pugnantem et vincentem; modo medicum factum, et sollertissimum, sanantem vulnera, pharmaca

aegrotis dantem, et novorum tum fomentorum, tum potionum inventorem; modo nescio quid non agentem rarum et insolens imperatoribus. de Alexandro Magno identidem scripsere veteres non citra, ut opinor, hyperbolen. de Mithridate illo Ponti rege ex Laneo Cn. Pompei liberto refert Aulus Gellius, eum medicinae et remediorum id genus sollertem fuisse, solitumque eorum sanguinem miscere medicamentis, quae digerendis venenis valent. noster an haec exemplo habuerit, an quaedam affinxerit, nihil ad me. ipsum, si libet, audi se tuentem in iis quae proxime sequuntur, et falsi suspicionibus eximentem. *haec mihi cum nuntiata sunt, minus vera videbantur. supra fidem namque credebam, unum hominem aliquot millia superare, unaque hasta infinitam armatorum multitudinem profligere. quapropter cum ad aulam interdum principis accedens, nonnullos audirem in coelum efferentes tanta opera, imperatori palpantia, coetum illorum relinquebam. mores enim mihi sunt ad adulandum a natura inhabiles; neque ultro aut sciens verbum minimum nisi cum veritate et ore libero proferam. illa vero huiuscemodi eos, qui in domo augusta officiis praeerant, quive in magistratibus erant, depingere et exornare sinebam, donec his oculis rem comperi, quippe et ipse quandoque mediis hostibus implicitus, cum vidi imperatorem hunc totis Persarum phalangibus resistentem.* haec ipse satis honeste, satis ingenue. et certe si prisci etiam homines conquesti, nihil esse quod non mendax Graecia auderet in historia; nos utique de recentiorum scriptorum fide nolimus diligentius aut morosius anquirere. sed nunc ad reliqua pergamus.

p. 231 v. 19. *τὸ γὰρ τῆς δίκης ξίφος διὰ πολλῶν ἤδη τεθηγμένον*] Sententia est: iustitiae sive vindictae gladius iamdudum exacutus, hoc uno maxime modo, tempestiva nimirum reorum poenitentia, quam pater tuus ostendit, postquam imperium Romanum offendisset, quandoque et hebescere iterum solet. obstinatorum autem omnium et rebellium haud scio an quisquam mucronem eius effugerit.

p. 276 v. 11. *καὶ τόμῳ ἐστήριξεν, ὃν ἅτε χρυσῷ ἐνσεσημασμένον χρυσόβουλον ἔθος καλεῖν ἐστιν*] Dixi *περὶ τοῦ τόμου* in praecedentibus: alias enim *λόγον* aut *γράμμα* dicere solent eius aevi scriptores. Anna Comnena libro octavo: *καὶ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος χρυσόβουλον λόγον ἐνσεσημασμένον διὰ κινναβάρεως, ὡς ἔθος, διὰ βασιλικῆς δεξιᾶς λαβών. bullae aureae scriptum ab imperatore signatum cinnabari, ut moris est, regia manu cum accepisset.* synonyma sunt, *γραφαὶ ἐρυθραί, ἐρυθρὰ γράμματα τῆς βασιλικῆς χειρός, γράμμα ἐρυθρόγραφον, ἐρυθροδάνῳ*

ἐνσημανθὲν γραμμάτιον. ut apud Nicetam libro quarto imperii Manuëlis: ὅθεν ἐρυθροδάνῳ ἐνσημανθὲν ἀφῆκε γραμμάτιον, ἐνάγων τοὺς κατὰ κοίλην Συρίαν ἰσχύοντας συσχεῖν ὡς ἀντίφρονα, καὶ περὶ τὸ γένος ἀκολασταίνοντα, καὶ τοῦ φάους στερῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν. *missaque ad Coelesyriae toparchas aurea bulla, mandat, ut Andronicum, hominem seditiosum atque incestum, capiant et visu privent.*

p. 277 v. 9. ὅστις δὲ ὁ λίθος οὗτος καὶ ὅθεν εἰς Ἐφεσίων] Idem fere Nicetas, ubi de Manuële nostro mortuo et iam sepulcro mandato: *lapis eum tegit nigricans et moestum aliquid prae se ferens, qui in septem vertices assurgit. non procul inde basi impositus adoratur lapis purpureus, viri magnitudine, qui ante fuit Ephesi; et is esse dicitur, in quo Christus de cruce sublatus, et fasciis involutus, conditus fuerit. eum lapidem imperator inde advectum humeris suis, quippe qui divinum corpus ipsumque Christum gestasset, a portu Bucoleontis usque ad aedem, quae in turri palatii est, pertulit. sed non multo post imperatoris obitum saxum illud e palatio ad sepulcrum illius est translatum, ut clara voce defuncti res gestas et certamina proclamet.* ita vertit Hieronymus Wolfius.

p. 283 v. 13. Μηδικῷ πυρὶ φλέξειν διενοοῦντο] Igne Medico vel naptha coniecta. ignis vel oleum Medicum, quod in regione Medorum conficiatur. idem est et Persicum. Ammianus Marcellinus l. 23: *in hac regione* (Perside) *oleum conficitur Medicum, quo illitum telum si emissum lentius laxiore arcu; nam ictu exstinguitur rapido, haeserit uspiam, tenaciter cremat; et si aqua voluerit obruere quisquam, aestus excitat acriores incendiorum.* ita emendat locum, et pluribus de oleo Medico agit illustris Salmasius in exercitationibus Plinianis ad Solinum. refert etiam Ctesias, Persarum reges oleo hoc, sine ullo igni, urbes hostium incendio absumere consuevisse.

v. 14. πίλους τινὰς ὄξει περιδεύσαντες] Latini *udones* vel *cudones* vocant, quod ex lana coactili vel ex pilis in modum lanae pressis et coactis quasi subcusi sunt. vide Salmasii notas in Aelium Lampridium.

p. 284 v. 9. παραπρεσβείας τε πολλάκις ἑάλω] Aaron iste in aula erat legationum exterarum interpres; ne quis ipsum legationes circa alias gentes obisse putet.

p. 290 v. 14. τὸν σιλέντιον ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ξυνετάξατο λόγον] Tangit eandem rem Nicetas l. 7: καὶ ὁ βασιλεὺς τοιγαροῦν οὗτος εὐγλωττίαν εὐτυχηκώς, καὶ λόγου ἔμφυτον χάριν πεπλουτηκώς, οὐ λαμυρῶς ἐπέστελλε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατηχητηρίους ὤδινε

λόγους, οὓς φασι σιλέντια, καὶ εἰς κοινὴν ἀνέπτυσσεν ἀκοήν. hic quidem imperator natura facundus et suavis et sermonis affluentia ornatus, non elegantes tantum epistolas scribebat, sed et religionis institutiones parturiebat, ac publice declamabat. agunt de voce *σιλεντίου* Curopalates et Meursius in glossario. alii interpretantur *sermonem de ieiunio*, ut hoc Zonarae loco in Leone philosopho: *ὡς μὴ δυνηθῆναι διαλεχθῆναι τῷ συγκλήτῳ περὶ νηστείας τὴν συνηθῆ διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον.* ut non potuerit solennem dissertatiunculam in senatu de ieiunio habere, quae dicitur silentium.

CAROLI DU FRESNE
AMBIANI,
DOM. DU CANGE,
QUAESTORIS FRANCIAE,

IN

IOANNIS CINNAMI
HISTORIARUM
LIBROS SEPTEM

NOTAE HISTORICAE
ET PHILOLOGICAE.

CAROLI DU FRESNE
AMBIANI,
DOM. DU CANGE,
QUAESTORIS FRANCIAE,
IN
IOANNIS CINNAMI
HISTORIARUM
LIBROS SEPTEM
NOTAE HISTORICAE
ET PHILOLOGICAE.

P. 4 v. 6. *ὡς ἐπίπαν ἀφεστάναι*] Petrus Diaconus in praefat. P 429
ad l. 4 Chron. Casin.: *historia a venusti decoris altitudine ruet, si mens cogitationibus obumbrata et pressurarum mundialium tenebris offuscata fuerit.* infra: *mens vero historiographi elucescere minime valet, quamdiu terrenis curis et lucris insudat, quia cum homo mundi turbinibus quatitur, movetur pariter et mens, et cum quiescit, similiter et ipsa quiescit,* etc.

v. 15. *ἀνήβῳ παιδὶ*] Alexio Comneno, Manuëlis imp. filio, cui Andronicus Tyrannus vitam et imperium abstulit.

v. 21. *Νικηφόρῳ*] Botaniatae, cui successit Alexius Ioannis parens.

p. 5 v. 1. *πόῤῥω τῆς ἡλικίας*] Erat quippe Nicephorus, cum imperium occepit, admodum senex. vide not. ad Alexiadis p. 45.

v. 13. *μνηστευθεῖσαν*] Ioannes enim statim atque in lucem est editus, imperator a patre acclamatus est. Anna l. 6 p. 167, 168.

v. 15. *ἐπὶ τὴν Ἀσίαν*] Conferendus Nicetas in Ioann. n. 4.

v. 17. *Λαοδίκη*] Laodicea Phrygiae urbs, de qua Plinius P 430
l. 5 c. 29: *celeberrima urbs Laodicea imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo et Capro, appellata primo Diospolis, deinde Rhoas.*

p. 6 v. 3. *Πιχαρᾶς*] Qui Nicetae *'Αλπιχαρᾶς*, apud quem, *αλ*, praepositio est, quam crebro Arabes nominibus propriis praeponunt. vide Vaterium in praefatione ad El-Macinum.

v. 16. *Σωζόπολιν*] Pamphyliae oppidum. vide Nicetam.

p. 7 v. 19. *φυλάρχων*] Nam in plures tribus distributi erant, nec uni parebant duci, inquit Nicetas. Procopius l. 1 de Bello Pers.: *οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, οὓς δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπισπόνδων ἡγούμενοι, οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται* etc. ceterum expeditionem Ioannis Macedonicam ad A. 5 imperii refert Nicetas, qui cadit in An. Chr. 1123.

p. 8 v. 15. *πελεκυφόροις*] Varangis. Bryennius l. 1 c. 20: *ἀσπιδιφόρον ξύμπαν καὶ πέλεκύν τινα ἐπὶ ὤμων φέρον.* vide not. ad Villhard. et Annam.

p. 9 v. 10. *Οὔννοις*] De hoc bello Hungarico Nicetas in Ioan. n. 5.

v. 12. *Λαδισθλάβῳ*] Ladislaus seu Vladislaus, Hungariae rex, non fuit Almi pater et Stephani, uti vult Cinnamus: unicam quippe filiam sustulit Pyriscam, Ioanni Comneno imperatori nuptam et a Graecis Irenes nomine donatam. Vladislao vero in regnum successit ex illius testamento Almus, ex Geisa fratre Vladislai nepos, qui assumpto in regni consortium Calamano fratre, ab eodem oculis privatus et exactus, ad imperatorem Germaniae primum, deinde ad Ioannem Constantinopolitanum Augustum fuga dilapsus est, auxilii expetendi gratia. exstincto demum Calamano, Stephanus filius regnum adeptus est, is nempe de quo hic agit Cinnamus, qui proinde non fuit Almi frater, licet eodem in errore versetur Nicetas. consulendi inprimis ad hoc firmandum stemma regum Hungaricorum, Otho Frising. l. 7 Chr. c. 13 et 21 et Thwroczius in Chr. Reg. Hung. c. 63, ubi Stephano bellum a Graecis illatum pluribus persequitur. adde Uspergensem et Albericum A. 1135 et notas ad Annae p. 416.

p. 10 v. 6. *φροντιστήριον*] Perperam hoc loco, ut et l. 2, *scholam* vertit Tollius; rectius *sacra loca* l. 6; est enim Graecis idem quod *μοναστήριον.* Suidas: *φροντιστήριον, διατριβή, ἢ μοναστήριον, ὅπερ οἱ 'Αττικοὶ σεμνεῖον καλοῦσι*, quasi locus cogitationum seu commentationum, in quo monachi cogitationes commentationesque suas ad virtutem erigunt: unde Athanasio *ἀσκηταὶ καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταί* dicuntur. Acta SS. Phileae et Philoromi, Ruffino interprete n. 8: *iam immolavit in phrontisterio.* hac notione vocem istam usurpant Anna p. 156 482 485, Theophylactus Simoc. l. 1 Hist. Maur. c. 14, Nicetas in Man. l. 7 c. 3, Cantacuzenus l. 1 c. 22 et alii.

ibid. *παντοκράτορος*] A Ioanne exstructum monasterium pantocratoris, seu dei omnipotentis, narrant Nicetas in Man. l. 1 c. 1 et Innocentius III PP. l. 13 epist. 162, apud quem nuncu-

patur *pantocraton*, ut et in alia eiusdem pontificis epistola apud Odor. Raynaldum in Annal. Eccl. A. 1207 n. 19 et 20, usitato Latinis et Francis aevi medii scriptoribus more, qui Graecas voces in *ορ* desinentes in *um* efferuut, ut pridem a nobis observatum ad Villhard. in eo humatum Manuëlem tradunt idem Nicetas et Cinnamus l. 2. ad Manuëlis monumentum lacrimas fudisse Andronicum Tyrannum auctor est idem Nicetas. monasterium virorum fuit, cuius hegumenus seu abbas olim fuit patriarcha Antiochenus, ex Villharduinorum familia oriundus, ut prodit Georg. Pachymeres l. 5. imaginis deiparae, quam a D. Luca depictam asserebant, in hac aede magno populi concursu cultae, meminit idem scriptor l. 2 c. 31. agunt etiam de hoc monasterio Gregoras P 413
l. 7, Codinus de Offic. Aulae CP. c. 15 et Ducas c. 36; in 11 urbis regione statuitur a Gyllio l. 4 c. 2, a quo pluribus describitur: iuxta templum ss. apostolorum, in narratione ms. de Belissario: *ἐκεῖ γὰρ ὑπεστρέφετο εἰς ἕνα μοναστήριον. πολλὰ γὰρ ἐνδοξότατα βασιλικὸν καὶ μέγα τὸ λέγουν παντοκράτορα ἔγγιστά που κ' εἰς ἄλλον ὡραῖον μοναστήριον ἁγίων ἀποστόλων.*

p. 10 v. 13. *Ζεύγμην*] Nicetas habet hoc loco et alibi *Ζεύγμινον*. vide eundem in Man. l. 2 c. 7.

v. 14. *ἐν Σιρμίῳ*] Sirmiensis ager medius interiacet inter Savum et Danubium, non vini solum toto Septentrione laudatissimi, sed etiam rerum omnium, quae ad usum humanum pertinent, ferax, inquit Sambucus in descriptione Hungariae.

v. 20. *ἔκ τε Λιγούρων*] Nicetas: *καὶ εἶχεν οἰκειασόμενος τὴν παραλίαν Ἰταλίαν.* Lombardos seu Genuenses intelligit, qui hoc in bello Ioanni imp. militarunt.

p. 11 v. 9. *ἐς τὸν ποταμὸν*] Ad Carasum amnem commissum praelium refert Bonfinius decad. 2 l. 6.

v. 18. *Ἀκούσης καὶ Κελαδῆς*] Thwroczius c. 71 et Bonfinius, de hac Hungarorum clade scribentes, comitem nescio quem, *Ciz* nomine, tradunt in eo praelio occubuisse, qui forte idem fuerit cum *Ἀκούσης* Cinnami.

p. 12 v. 4. *Κουρτίκιον*] Fuit Curticiorum familia illustris admodum in aula Constantinopolitana, quae Adrianopoli, unde prima ei origo, in urbem transiit, ut habet Anna l. 5.

v. 11. *Κριτόπλον*] Qui alius et diversus videtur ab eo, qui non semel Ioannacius Critoples nuncupatur Cinnamo.

v. 12. *γυναικείαν ἐνδεδυκότα στολὴν*] *Lex maiestatis praecipit, eum qui maiestatem publicam laeserit, teneri, qualis est ille qui in bellis cesserit, aut arcem non tenuerit, aut castra concesserit.* l. 3 Dig. ad Leg. Iul. Maiest., apud Valerium Max. l. 2 c. 7: *Rutilius cos. eo bello, quod in Sicilia cum fugitivis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromitanam arcem amiserat, provincia iussit decedere.* Vita Lud. Pii A. 828: *Baldrico duci Foroiuliensi dum obiiceretur, et pro-*

batum esset, eius ignavia et incuria vastatam a Bulgaris nostram regionem, pulsus est ducatu. ignavia enim culpae aequiparatur, nec minori dignus est poena qui commissam sibi provinciam aut arcem non tuetur, quam qui per proditionem in hostium potestatem tradit. Leo in Tact. c. 8 §. 16: *εἴ τις πόλιν, ἢ κάστρον πιστευθεὶς εἰς παραφυλακὴν τοῦτο προδώσει, ἢ χωρὶς ἀνάγκης τῇ ζώῃ συντεινούσης ἀναχωρήσει, δυνάμενος τοῦτο ἐκδικῆσαι, κεφαλικῇ τιμωρίᾳ ὑποβαλλέσθω.* adde Leges Militares Rufi c. 36. et sane cum femineam mollitiem sapiat ignavia, iure egisse videtur Ioannes Comnenus, qui stola et veste muliebri virum inertem et ignavum induerit. tradit Nicetas in Man. l. 6 n. 8 parum abfuisse, quin Manuël imperator Andronicum Angelum, qui Turcis Graecos, quibus praeerat, aggressis, turpi fuga dilapsus fuerat, muliebri habitu per urbem circumduci iuberet. sic olim Irene imperatrix Narseti patricio Italiae praefecto, qui fiscum et pecunias publicas bellis ingruentibus inepte dissipaverat, fusum et colum misit, *λάβε ταῦτα*, inquiens, *ἃ καὶ ἁρμόζει σοι· νήθειν σε γὰρ μᾶλλον ἐκρίναμεν, ἢ μετὰ ὅπλων ὡς ἄνδρα διεκδικεῖν καὶ διευθύνειν καὶ ὑπερπολεμεῖν Ῥωμαίων*, apud Constantinum Porphyrog. de Admin. Imp. sic etiam Hormisdas Persarum rex, apud Simocattam l. 3 c. 8, Varamum exercituum Persicorum ducem, qui praelio contra Romanos inito cladem passus erat, *αἰσχίσταις ὕβρεσι ἐξουθένησε, γυναικείας ἐσθῆτας ἔπαθλα τῆς ἀδοξίας κληροδοτήσας αὐτῷ.* ita Muchumet, Persarum, seu Turcorum Sultanus, milites qui male pugnaverant in altero contra Romanos praelio, et hostibus terga dederant, minatus est ignominiose tra-
P 432 ducturum se muliebribus ad ludibrium stolis indutos, *γυναικείας περιβεβλημένους στολάς*, apud Bryennium l. 1 c. 8. sic denique Michaël Palaeologus suos, qui male Aenum arcem defenderant, *γυναικείαις ἀτιμώσας στολαῖς, ἀπὸ προσώπου ἐποίει*, apud Pachymerem l. 3 c. 25. vide Savaron. ad l. 1 Sidon. epist. 8.

p. 13 v. 9. *ὀλίγῳ δὲ ὕστερον*] Nicetas n. 15.

v. 19. *εἰκόνα τῆς θεοτόκου*] Ioannis triumphum accurate exsequitur Nicetas. at quod addit Cinnamus neutiquam post Iustiniani et Heraclii tempora eiusmodi actos Constantinopoli triumphos, in quibus videlicet praecipuus deiparentis imagini cultus et locus datus fuerit, haud aegre refellitur ex Scylitze et Zonara, tradentibus Ioannem Zimiscem, devictis Bulgaris, ita triumphum duxisse, ut totam rerum bene gestarum gloriam deiparae adscripserit, cuius imaginem in curru collocatam ipse subsecutus est: *ἐν δὲ τῷ ἅρματι τὰς Βουλγαρικὰς θεὶς τῶν βασιλέων στολάς, καὶ ἄνωθεν τούτων εἰκόνα τῆς θεομήτορος, ὡς πολιούχου, προπορεύεσθαι ἑαυτοῦ ἐτάξατο.* id ipsum postea imitatum Manuëlem, debellatis Pannonibus, tradit Nicetas l. 5 n. 3.

p. 14 v. 3. *Τανισμὰν*] Vide not. ad Annae p. 365.

p. 14 v. 11. *τῷ φυλάρχῳ τῆς Ἰκονίου*] Masuto Iconiensi Sultano, Cliziesthlanis II fratri notho, et successori.

p. 16 v. 1. *τὸ δ' ἐντεῦθεν*] Nicetas n. 5.

v. 2. *Λεβούνης*] *Leo* Annae l. 13 nuncupatus, *Levo* Willelmo Tyrio l. 14 c. 3, cuius stemma delibandum hoc videtur loco, ex opere nostro de Familiis Oriental. ad principum Armeniae, quorum in Comnenica historia sat frequens occurrit mentio, pleniorem notitiam.

N.

- Constantinus Armeniae princeps potentissimus. Tyr. Albert. Aq. etc.
  - Leo, seu Livo Armeniae princeps.
  - Toros, seu Theodorus Armeniae post fratrem princeps.
  - Milo, seu Melier, vel Melich, pulso Thoma nepote, Armeniam invasit.
    - Rupinus principatum Armeniae consequitur A. 1180. huic uxor fuit Isabella, filia Humfredi II dom. du Thoron.
      - Aleidis nupta Raimundo, Boemundi III Antiocheni principis filio primogenito.
        - Rupinus Armeniae rex a Leone coronatus et renuntiatus.
      - Philippa nupsit Theodoro Lascari imp. Graecorum.
        - Constantinus Lascaris.
  - Stephanus a Graecis occisus.
    - Leo, seu Livo, primus Armeniae rex, uxorem duxit Isabellam, Almerici regis Hierosol. filiam.
      - Isabella, filia unica, nupsit Philippo, Boemundi IV Antioch. principis filio, quo in ordinem acto, Constans Leonis consanguineus Armeniae regnum in Aithonem filium transfudit, data eidem in uxorem Isabella Leonis filia.
    - Doleta uxor Bertrandi de Giblet.
  - N. mater Thomae Armeniae principis.
  - N. uxor Ioscelini I Edessani comitis.
- Taphnutius, seu Taphroc, Armeniae perinde princeps.
  - N. uxor Balduini I regis Hierosol.

v. 6. *Βαϊμούνδου*] Obiit Boemundus II princeps Antiochenus A. Chr. 1130.

v. 11. *ἐς Κιλικίαν*] Hanc Ioannis imp. in Ciliciam expeditionem pluribus exsequitur Will. Tyrius l. 14 c. 24. attigit etiam Odo de Diogilo de profect. Lud. VII reg. Franc. in Orient. l. 4.

v. 16. *καὶ Λεβούνην*] Belli inter Livonem et Antiochiae principem Boemundum II meminit Ordericus Vitalis l. 11.

v. 20. *Ἀναζάρβου*] *Anavarza*, Tyrio, Nicetae, Theophani P 433
et aliis dicitur, secundae Ciliciae metropolis.

v. 21. *τῷ κόμητι Πετούης*] Fuit Raimundus Antiochiae princeps, Willelmi IX, Aquitaniae ducis ex Philippa, seu Mathilde, Tholosana filius secundogenitus, natus Tolosae, ut est in

Chronico Malleacensi A. 1099, cuius res gestas fusius prosequimur in laudato opere de Famil. Oriental. interim hic adnotandum venit, non solius duntaxat peregrinationis intuitu, quod vult Cinnamus, in Syriam profectum Raimundum, sed a Fulcone Hierosolymitano rege, cui iunctus erat affinitate, ad Constantiae nuptias evocatum. ita enim diserte Tyrius l. 14 c. 9 et 20, Willelm. Gemetic. l. 7 c. 43, Math. Paris. A. 1132 et Robertus de Monte A. 1130. errat porro toto caelo Cinnamus, qui Pictones statuit ad sinum Ionium.

p. 17 v. 22. πλίνθοις] Nicet. in Ioan. n. 7: *παραπετάσματα καὶ ἱμαντώματα ἐκ πηλίνων πλίνθων.*

p. 18 v. 4. *Βαλδουῖνος*] Qui Willelmo Tyrio l. 16 c. 14 et 16 *Balduinus de Mares* nuncupatur, *vir*, inquit ille, *nobilis et potens*. v. infra p. 234. de Marasia dixi ad Annam p. 334.

v. 9. *Μουντάφαρα*] Praesidium in comitatu Tripolitano, cui nomen *Mons Ferrandus*, ait Tyrius l. 14 c. 6 25 et 26, ubi eam rem enarrat. Cinnamus expressit Gallicum *Montferrant*. Brocardus in descript. Terrae Sanctae quatuor ab Acconensi civitate dissitum leucis refert. adde Sanutum l. 3 part. 6 c. 15 et 16, et Vincent. Beluac. l. 31 Spec. Hist. c. 144.

p. 19 v. 6. *ἐφ' οἷς εἴρηται*] Pacta inter Ioannem imp. et principem Antiochenum refert pariter Tyrius l. 14 c. 30, ut et Ordericus Vitalis l. 13 p. 914 et 915, ubi bellum Antiochenum pluribus exsequitur. porro id potissimum observandum, inito Manuëlem inter et Raimundum foedere, imperatorem in Antiocheno tractu vicarium seu praefectum constituisse, qui suo nomine, quae ad supremum imperii ius spectarent, exsequeretur: qui quidem praefectus *ducis Antiochiae* titulo et dignitate gaudebat, perinde ac eiusdem provinciae praefecti ante expugnatam a Turcis Antiochiam. certe hac dignitate donatus legitur *Leo Maiopolus* in diplomate Raimundi Pictavini principis Antiochiae et Constantiae uxoris m. April A. 1140 ind. 3, quod ille subscribit, exstatque in Tabulario S. Sepulcri Hierosol. et in alio Rainaldi Antiocheni principis et uxoris Constantiae An. 1154, quod refertur ab Ughello in archiepiscopis Pisanis p. 464, in quo quidem diplomate *Leo Maiopolus dux* tantum dicitur.

v. 7. *Φαέριοι*] Ita editio Tolliana; sed nemo non videt legendum, *Φρέριοι*. sic porro Nicetas in Andron. l. 1 n. 4, Pachymeres l. 5 c. 8 et 11, l. 6 c. 14, Gregoras l. 5, Cantacuzenus l. 2 c. 12 et Manuël Palaeol. imp. Orat. in Theodorum despot. milites militiae templi, aut hospitalis Hierosolymitani appellant, ex Gallico, *Frères*, quo nomine religiosos voto adstrictos monastico vulgo nuncupamus. Emanuël Georgillas in monodia ms. de epidemia, quae Rhodum insulam invasit A. 1498 mense Sept.

ἄρχοντες, πλούσιοι, καὶ πτωχοί, μικροί τε καὶ μεγάλοι,
καὶ ἐσοῖς αὐθέντες φρερίδες ὁποῦσθαι τὸ κεφάλη.

statuta Hierosolymitana part. 2 c. 26: *et après receut le serment des Freres, et de tous les autres qui serement li devoient, et tint le royaume de Hierusalem quitte et en paix.* i. militum hospitalariorum et templariorum sacramenta exegit. et c. 21: *Frairies*, militiae ipsae nuncupantur. *Fratres sancti sepulcri*, in edictis Nunonis Sancii comitis Rossilionis et Petri reg. Aragon. de Pace et Treuga, quae habentur tom. 8 Spicilegii Acheriani p. 368 et 381. sic porro milites istorum ordinum appellabantur, quod essent P 434
re vera monachi, ac, ut vulgo dicimus, reliogiosi, voto obstricti, qui ea tempestate *fratres* indigitabantur, Graecis posterioribus *Φρέριοι*, uti vocantur a Michaële Anchiali patriarcha in dialogo: unde fratres minores, *φρατομινούριοι*, apud Georgium metropolitam Corcyrensem, *φρεμενούριοι* apud anonymum de dissidio Graecorum et Latinorum dicuntur. ipsa etiam monachorum congregatio *fraternitas* appellatur; *fraternitas monacha*, apud Paulinum epist. 3 ad Severum. idem carm. 13: *Martinianum suscipit fraternitas, tectoque apricat et cibo.* Hieronymus ad Theophylum epist. 31: *te universa fraternitas suppliciter salutat.* Liberatus Diacon. c. 11: *quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretum, ut nunquam egrederetur a sua fraternitate, sed tamquam in sepulcro degeret in monasterio.* ita Graeci *ἀδελφικόν* usurpant. Concilium Constantinopolitanum sub Menna Act. 5: *πολὺ καὶ ἄπειρον πλῆθος, καὶ ἀδελφικόν, καὶ μοναχικὸν ἐξήτησε καὶ ἐνώρκωσε ταῦτα γνωρίσαι τὴν ὑμῶν ἐξουσίαν. τὸ γὰρ μὴ καταθέσθαι τοὺς ἀδελφοὺς καὶ μοναχούς, τοῦτο ἔθος ἄνωθεν κρατῆσαν.* *ἀδελφότης* eadem notione occurrit apud Palladium in Hist. Lausiaca c. 9 et 14 et alibi passim. id vero manavit a primis Christianis, qui sese invicem fratres appellabant, ut indicant Tertullianus in Apol. c. 39, Lactantius l. 5 c. 13, Minutius Felix, Athenagoras, Prudentius, et alii; unde ipsa ecclesia *fraternitas* dicitur apud eundem Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium etc.

p. 19 v. 22. *Σέσερ*] Caesareensem obsidionem narrant pariter Nicetas n. 8 et Willelm. Tyrius l. 15 c. 1 et 2. de Caesarea urbe vide notas ad Alexiadis p. 412.

p. 20 v. 11. *λίθος ἦν λυχνίτης*] Eiusmodi est crux illa, quae in sacra capella Borboniensi in Boiis asservatur et colitur.

v. 14. *τρόπῳ δὴ*] Supplendus hiatus ex Niceta.

p. 21 v. 1. *ἐνιαυτοῖς μὲν δυσὶν*] Triennio confectam Orientem versus Ioannis expeditionem scribit Nicetas, qui Neocaesariensem perinde refert n. 9 et 10, ut et quod de Manuële, postmodum imperatore, habet Cinnamus.

p. 22 v. 8. *Πασγούση*] Duas circa Iconium paludes recenset Strabo l. 12, quarum maior *Κώραλις*, minor *Τρωγίτις* vocabatur. ita ex descriptione Pasgusae paludis, quam hic exhibet Cinnamus, coniicere est eandem esse Pasgusam cum Corali, cui inaedificatum hodie oppidum, *Acrioteri* in chartis geographicis nuncupatum.

p. 22 v. 23. Ῥαΐμοῦνδον] De hac secunda Ioannis Antiochena expeditione agunt iidem Nicetas n. 11 et Nicolaus Trivettus A. 1142, Tyrius l. 15 c. 32 et 33, ubi etiam de Alexii et Andronici filiorum Ioannis, atque adeo ipsiusmet Ioannis interitu Cinnamo consona tradunt. Cinnami calculos de Ioannis imperii annis accurate expendimus in stemmate Comnenico.

p. 25 v. 10. τέμνειν ἐδόκει] Sed et ipsam manum, in qua vis tota mali continebatur, praecidendam censuerant medici, antequam reliquas corporis illaesas partes inficeret. sed id renuit Ioannes, dicens: *indignum esse ut Romanum imperium una manu regatur.* Will. Tyrius l. 15 c. 22.

v. 14. ἐλπίσιν ἤδη θανάτου] Ubi ἐλπίς sumitur pro metu. Cantacuzenus l. 1 c. 21: διὰ τὸ ἐν ἐλπίσιν ἡμᾶς εἶναι διαφθαρήσεσθαι. *sperare*, pro *credere*. Concilium Compendiense A. 757 can. 5: *si quis homo accepit mulierem, et sperat quod ingenua sit.* ita non semel apud Hincmarum. consule notas nostras ad Ioinvillam p. 81.

p. 28 v. 20. τὴν χλαμύδα] Adde Willelmum Tyrium l. 15 c. 23.

p. 29 v. 1. μεθίστατο] Ait Tyrius defunctum Ioannem sub Anavarza secundae Ciliciae metropoli, in eo loco qui dicitur *Pratum Palliorum.* quo spectat Leonis imp. de illius interitu vaticinium, τόποις δ' ἐν ὑγροῖς καὶ παρ' ἐλπίδα πεσεῖς.

P 435 v. 12. τριάκοντα] Nicetas in Man. l. 1 n. 1.

p. 30 v. 15. ὡμολογημένα] Vide not. ad Annae p. 333 A.

p. 32 v. 10. πρὸς Ἡρακλείᾳ] Vide Nicetam in Ioan. n. 9 et 10 et stemma Comnen.

p. 33 v. 3. Μιχαὴλ] Exstincto Leone Styppiota patriarcha CP. suffectus est a Manuële imp. Michaël Oxitas, uti scribit Nicetas l. 1 n. 2. Catalogus Patriarch. CP. in Iure Graeco-Rom. Μιχαὴλ μοναχὸς ὁ ἀσκητικώτατος, ὁ ἐπίκλην Κουρκούας, ἐπὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτη β', μῆνας η'. sub hoc patriarcha coactum Constantinopoli concilium (An. 1143) scribit Theodorus Balsamon in Nomocan. Phot., in quo Bogomilorum damnata est haeresis, ipsique Bogomili ignis supplicio addicti, quod ultimum improbat Balsamon, quod nullus hactenus legatur canon, qui poenam quampiam capitalem, aut corporalem indixerit, cum id praesertim ad legum civilium auctoritatem pertineat. quo spectant ista Hildeberti episcopi Cenomanens. ep. 30: *reos tormentis afficere, vel suppliciis extorquere confessionem, censura curiae est, non ecclesiae disciplina.* vide Allatium de Eccl. Occid. et Orient. perp. cons. l. 2 c. 12 p. 671.

v. 4. ἣν Ὀξεῖαν] Monasterii τῆς Ὀξείας meminit Pachymeres l. 4 c. 8. erat autem in monte eiusdem nominis situm, Chalcedoni proximo, qui postmodum Auxentii appellationem sumpsit, uti docent Menaea Basilii Porphyr. 16 Kal. Mart.

p. 33 v. 10. *χρυσίου κεντηνάριον*] Auri centenaria habent Theophanes p. 99 147 148 335 etc., Procopius l. 1 de Bello Persic. et in Hist. Arcana, Nicetas in Man. l. 2 n. 7 l. 5 n. ult., S. Gregorius l. 2 ind. 2 epist. 130, Gruter. inscr. 1120 17 et alii quos passim laudant Scaliger lib. de re nummaria, Meursius et Fabrotus in glossariis. *auri pondo* interpretatur Alamannus. Isidorus centum librarum fuisse centenarium scribit, atque ex eo appellatum: quod, praeter Procopium, testantur Glossae Basil.: *κεντηνάριον, λίτραι ρ΄. κέντον γὰρ Ῥωμαῖοι τὰ ρ΄ φασί.* Paulus Warnefridus l. 3 de Gestis Langob. c. 12: *inveniunt magnum thesaurum habentem mille auri centenaria.* Chronicon Reicherspergense: *si imperator et exercitus daret ei centenarios auri.* Arnoldus Lubec. l. 13 c. 37: *Cyprus est regio mari circumdata, regi Constantinopolitano subdita, persolvens ei annuatim septem auri pondera, quae centenere dicuntur.* in charta A. 1208 apud Ughellum tom. 7 Ital. Sacrae p. 274: *centum quinquaginta Tarenos Amalphiae, et duo centenaria cerae* etc. vide Georgium Agricolam l. 4 de Pond. Rom. p. 95, Casaubonum et Salmasium ad Histor. August. et notas ad Alexiadis p. 414.

v. 14. *δεύτερον*] Quo sibi clerum demereretur Manuël, et in suas partes perduceret, annuum eidem duorum centenariorum reditum largitus est, quae quidem, inquit, nummorum species, *δευτέρου*, seu *secundi*, appellatione vulgo innotescit. Nicetas illud ipsum enarrans, *γράμμα ἐρυθροσήμαντον — τῷ κλήρῳ τοῦ μεγάλου νεὼ ἐπιδίδωσι, τυποῦν αὐτοῖς ἀργύρεα ἐτήσια κέρματα, εἰς μνᾶς δὶς ἑκατὸν κορυφούμενα.* quae verba idem sonant, cum centenarium sit centum librarum pondo, mina vero, idem quod libra, iuxta Budaeum, etsi quidam reclamant. at quod centenarium argenti, *secundum* dicatur, id videtur forte respectu centenarii auri, quod primum vocatum fuerit ex metalli dignitate: vel certe, quod eiusmodi nummi, non ex probato et examinato argento, quod *primum*, sed ex deteriori, quod *secundum* dicebatur, conflati essent. utriusque argenti meminit auctor narrationis de Salvatoris Imagine dicta Antiphonetes, editus a Combefisio: P 436
ὁ μὲν γὰρ κασσίτερος εὑρέθη μεταβληθεὶς εἰς ἀργύριον πρώτιστον, τὸν καλούμενον πεντασφράγιστον· ὁ δὲ μόλυβδος εἰς ἔλαττον μέν, δόκιμον δέ, ὅμως δὲ αὐτὸς μεταπεποίηται εἰς δεύτερον ἀργύριον. sic porro antea clerum et patriarcham sibi devinxerat Michaël Rhangabe, qui, ut auctor est Theophanes, statim atque a patriarcha coronatus est, *τῷ πατριάρχῃ χρυσίου λίτρας πεντήκοντα, καὶ τῷ κλήρῳ εἴκοσι πέντε* concessit. rogas etiam a pontificibus Romanis clero distributas, cum recens electi essent, non uno testatur loco Anastasius bibliothecarius.

v. 16. *ὁ δὲ Ῥαϊμοῦνδον*] Nicetas l. 1 n. 2.

p. 34 v. 21. *Προσοὺχ*] Fuit Prosuchus iste origine Turcus, ut scribit infra Cinnamus, et, ut opinor, Prosuchi alterius, praeci-

pui Pargiaruchi, seu Belciarochi Turcorum Sultani exercituum ducis filius, cuius meminit Anna l. 6.

p. 34 v. 6. *λείαν Μυσῶν*] Proverbium de iis qui misere exspoliantur. v. Diogen. Zenob. et alios paroemiographos.

p. 35 v. 23. *καὶ λίζιον*] Occurrit vox ista infra p. 223. v. notas ad Annae p. 406.

p. 36 v. 1. *Εἰρήνην*] Vide stemma Comnen.

v. 6. *καὶ ἡ Ἀλεξίῳ*] Alexii Comneni, Ioannis imp. filii primogeniti, qui Attaliae paulo ante decesserat, coniux. *βασιλεὺς* dicitur Cinnamo Alexius, quia a patre imperatorio titulo donatus fuerat, ut auctor est Nicetas. de Alexii uxoris morte, nonnulla a nobis observata in praefato stemmate Comnenico.

v. 8. *τὸ τοῦ βύσσου κυαναυγὲς*] Purpura ferruginei coloris. Gloss. Gr. Lat.: *πορφύρα μέλαινα*, *ferrugo*. Virgil.

pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Ibera.

v. 19. *Μελαγγείοις*] Vide notas ad Annae p. 441.

v. 21. *Ῥογέριος*] Maria Comnena natu maxima filiarum Ioannis imperatoris, Alexii soror gemella, Ioanni Rogerio Caesari uxor data est a patre, cui illa haud diu superstes fuit; excessit enim, ut ait hoc loco Cinnamus, sub primos imperii Manuëlis annos. fuit Rogerius, si eidem scriptori hac in re fides aliqua, Capuae civitatis in Italia princeps, qui cum a Rogerio Siciliae rege bonis omnibus exutus fuisset, Byzantium, seu auxilii impetrandi, seu ibidem commorandi gratia, sese contulerat. verum in eo falli constat, quod Capuae principis dignitatem tribuit Rogerio, cum princeps, cui Rogerius Capuam abstulit, fuerit Robertus III, qui, ut multis narrat Alexander abbas Celesinus l. 1 2 et 3 rerum a Rogerio gestarum, in Sicilia oculis privatus, sub rege Willelmo I in tetro carcere vitam finivit, quod tradunt Falcandus p. 647 et Willelmus Tyrius l. 18 c. 7 et 8. neque potuit is esse filius eiusdem Roberti; siquidem, ut prodit idem Alexander l. 2 c. 64, cum Capua in Rogerii regis potestatem venit, anno scilicet 1134 supererat Roberto tantum filius Robertus in minoribus constitutus annis, tametsi constet Robertum principis filium Constantinopolim pariter demum concessisse, atque in aula Manuëlis vitam exegisse, ex iis quae habet card. Baronius sub A. 1166. fuit igitur Ioannes Rogerius non princeps Capuanus, sed ex eadem qua Capuani principes oriundus stirpe, quae gente Normannica, originem trahebat ab Anschetillo de Quadrellis Aversano comite, qui una cum Ranulpho a Gaimario Salernitano principe in auxilium evocatus, cum aliis nobilibus eiusdem gentis in Italiam transiit, ut est apud Ordericum l. 3 p. 472 483 et Leonem Ost. l. 2 c. 68. proinde Ioannem hunc Rogerium eum esse arbitror, qui *Rogerius de Surrento* dicitur Alexandro abbati l. 2 c. 60, qui Nuceriam principis Roberti oppidum aliquandiu tutatus, tandem reddere compulsus
P 437 est Rogerio regi, pacta impunitate. quod sane cognomen facit ut

fratrem Roberti fuisse existimem, cum illud ipsum tribuatur Roberto ab Hugone Falcando p. 645 et Willelmo Tyrio l. 18 c. 2 propter maternam originem; duxerat enim Iordanus II Roberti pater, Gaitelgrimam Sergii principis seu ducis Surrentini, cuius meminit Leo Ost. l. 3 c. 30, filiam, ut auctor est Petrus Diacon. l. 4 Chron. Casin. c. 98 et Camillus Peregrinus ad Falconem Benevent. primas obtinuisse Ioannem Rogerium Caesarem in aula Constantinopolitana, argumento est, quod in ea synodo, in qua Cosmas Atticus patriarcha CP. abdicatus fuit A. 1144 primus post Manuëlem imperatorem assederit. quadriennio post fatis functo Raimundo Pictavino Antiochiae principe, cum Constantia eius uxor seque et principatum eidem Manuëli tradidisset, missus est illico Ioannes Rogerius Caesar, ut illam sibi in secundam uxorem adiungeret. sed Constantia Caesarem, quod in senium vergeret, aspernata est, ipseque rebus infectis Byzantium rediit, et tonsa post morbum coma monachicam vestem induit, ut pluribus refert Cinnamus l. 3. Rogerii Caesaris filius, ni fallor, fuit Rogerius alter, quem Manuël imperator in Dalmatiam misit, cui eum praefecit, sub titulo *ducis Sclavoniae*, qua dignitate gaudebat ille A. 1180, ut ex variis diplomatibus colligitur a Ioanne Lucio allatis l. 3 Hist. Dalmat. c. 10 l. 4 c. 3. id enim suadent et Rogerii nomen, et quo vixit Rogerius seculum, praetereaque demandata a Manuële, cui merebat, praefectura.

p. 38 v. 19. *Πιθηκᾶν*] Conferendus plane ad hanc Manuëlis expedit. hist. Nicetas l. 1 n. 2.

p. 39 v. 14. *Κελβιανὸν*] Lydia, seu Asia minor, sic dicta, ut auctor est Pachymeres l. 9 c. 8, Celbiani tractus mentio est apud Nicetam in Isaacio l. 1 n. 4, Acrop. c. 15 et al. vide notas ad Alexiadem.

p. 42 v. 3. *πόλιν τε Ἀδριανούπολιν*] De hac Hadrianopoli in Asia silent, opinor, geographi. porro Hadrianus, *quum titulos in operibus non amaret*, inquit Spartianus, *multas civitates Hadrianopolis appellavit.* sed an regio circumvicina nomen istud habuerit, in dubium vocat Tollius, licet id diserte videatur dicere Cinnamus. verum quid vetat Hadrianopolim, ab urbe sic nuncupata, tractum istum vocatum existimare, cum Lyciam, ab urbe Chomate, Choma appellatam fuisse ostenderimus ad Annae p. 92 compluraque istius usus exempla prostent apud Porphyrogennetam in libris de Thematibus?

p. 44 v. 23. *ἐς τοὺς βασιλέως καὶ πρὸς τῆς ἀλουργίδος ὑπηρέτας τελῶν*] Tollius vertit, *inter purpuratos imperatoris allectus.* verum, aut fallor, dignitatem istam spectavit vestis regiae cura, qua qui donatus erat, *a veste regia* dicebatur. vetus inscriptio: TI. CLAUDIO. AUG. LIB. CORINTHO. A. VESTE. REGIA. HERMES. LIB. PATRONO SUO. B. M. FECIT. contra, penes quem privatae erat, *a veste privata* dicitur in alia inscript.: DIS. MANI-

BUS COELIAE DYNATE. M. ULPIUS. AUG. LIB. VALENS. A. VESTE IMP. PRIVATA. CONIUG. KARISS. etc. est igitur *a veste*, idem qui *vestiarius*. Papias, *vestiarius, qui vestibus praeest.* VESTIARIUS AUG. in inscriptionibus aliquot. proinde *ἁλουργίδος ὑπηρέτης* erit *a purpura imperatoris*, seu penes quem vestis imperatoriae cura fuit; nisi quis malit hisce verbis designari *vestiaritam*, de qua dignitate abunde diximus ad Alexiadem.

p. 45 v. 1. *Βεμπιτζιώτην*] Vide notas ad Annae p. 188.

p. 47 v. 9. *ἀνδρὶ γὰρ Λατίνῳ*] Solenne fuisse ait Cinnamus Latinis proceribus, sive, uti vocabantur, baronibus, ut statim post initas nuptias, fortitudinis suae ac dexteritatis specimen aliquod ederent, in novarum nuptarum gratiam: quod potissimum fiebat in equestribus decertationibus ac torneamentis, quae plurimo non modo cum apparatu, sed et generosorum militum concursu solebant peragi, et festivas nuptiarum ceremonias ludosque complere, in quibus nova nupta, ceterisque matronis spectantibus, novus coniux vires suas experiebatur: cuius ritus infinita prostant exempla. interdum etiam, quo amasiarum suarum, edito praeclaro aliquo bellico facinore benevolentiam sibi conciliarent, bellorum occasiones quaerebant, ut in iis bellicae virtutis laudem consequerentur, vel denique in solenni aliqua venatione contra feras ipsas dexteritatem suam ostentabant. eo enim spectant quae habet vetus poëma vernaculum ms. de Alberico Burgundiae duce fictitio:

dit la roine, ains sist molt grant folaige,
qui por un porc a mis son cors en gaige,
auberi l'oist, si respont sans outraige,
dame, i'avoie prins si haut mariaige,
que bien devoie monstrer mon vasselaige.

v. 15. *Νικόλαος*] Frater forte Constantini Angeli Philadelph. de quo infra p. 224.

v. 18. *Ἰωάννῃ τῷ τῶν ἀνατολικῶν* etc.] Ioannes Axuchus, cuius meminit Nicet. in Ioan. n. 11 12 in Man. l. 1 n. 1 etc. *erat,*
P 438 inquit Tyrius l. 15 c. 23, *inter principes vir magnificus megadomesticus Ioannes nomine.* de magni domestici dignitate nihil hic congero, cum multa viri docti adnotarint; tantum addo protodomesticum, alium videri a m. domestico in hac inedita, quae Mediolani in aede S. Vitalis exstat, inscriptione:

sic

B. M. FL. AURELIUS PROT DOM.
ESTICUS. QUI. VIXIT. ANNIS.
L. M. IIII. D. IIII. AP
CUTIO. LIBERTUS EIUS.
POSUIT CONTRA VO
TUM. EIUS BENEMEREN
TI. PATRONO SUO.

p. 48 v. 2. *Πουπάκην*] Solymanni Iconiensis proceris ex fratre nepotem. infra p. 114.

p. 59 v. 13. *Μαίανδρος*] Tyrius l. 16 c. 24 de Maeandro: *supra cuius ripas in pascuis grate virentibus castra metatus est.* adde Gesta Ludov. VII c. 11.

p. 60 v. 22. *Ἀγρίμην*] Portius in Diction. Graecobarbaro, *ἀγρίμι, ἀγριόζουδον, θηράσιμον, θηρίον, θήρ.* equus agrestis, indomitus, *equifer.* glossar. ms. ecclesiae Parisiensis, de equis: *sunt autem hi de agresti ordine orti, quos equiferos dicimus.* glossar. Saxonicum Aelfrici: *equifer, wilde cynnes hars*, i. indomitus equus. glossar. Latinogall. *equifer, maucheval*, i. malus equus. *agrestis caballus*, in epist. 1 Gregorii III pp. ad Bonifacium Moguntinum episc. *equus silvaticus*, in epist. 13 Zachariae pp. ad eundem Bonifacium.

p. 64 v. 7. *κρίσει τε συνοδικῇ*] Exstant apud Leonem Allatium l. 2 de eccl. Occid. et Orient. perp. cons. c. 12 p. 678 synodalia decreta lata mense Octobri A. 1144 et mense Febr. 1145 a Michaële patriarcha Cp. in Niphonem Bogomilicae haeresis reum, quo lectorem amandamus. vide praeterea Novam Biblioth. Labbeï p. 190.

v. 13. *τόν τε Ἑβραίων ἀποπροσεποιεῖτο θεὸν*] Inde potissimum de religione prave sentire deprehensus est Niphon, quod adstante universo synodi coetu *ἀνάθεμα τῷ θεῷ τῶν Ἑβραίων* effutierit. synod. A. 1144. quis autem *Hebraeorum deus* dicatur, vide Arnobium iuniorem in Conflictu cum Serapione l. 1 initio.

p. 65 v. 16. *ἔκπτωτος ἐγεγόνει*] Manuël in urbem reversus, Cosmam patriarcham, quod Niphonis Bogomilicae haeresis rei et damnati pravis opinionibus assentire compertus esset, coacta in Blacherniano palatio synodo, publice damnavit, et throno deiecit, 26 die Febr. A. mundi iuxta Graecos 6652 Chr. 1147 ind. 10. synodum et illius Acta ex ms. eruta recitat Allatius loco citato. aliam Cosmae depositionis causam comminiscitur Nicetas l. 2 c. 3. catalogus patriarch. Cp. *Κοσμᾶς ὁ Ἀττικός, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ (Μανουῆλος) ἀρχιερατεύσας μῆνας ι΄, ἐξεβλήθη, καὶ ἦν ἐκκλησία χηρεύουσα μῆνας η΄.*

p. 67 v. 3. *Κελτοὶ*] Per Celtas Alemannos intelligit Cinnamus, per Germanos vero Gallos, ut ex infra narrandis patet. porro Conradi imp. expeditionem Syriacam narrant pluribus Otho Frisingensis episc. qui eidem interfuit, l. 1 de Gestis Freder. c. 39 43 44 45 et 58, Helmodus l. 1 c. 61, Odo de Diogilo de Profect. Lud. reg. Fr. in Orient., Will. Tyrius l. 16 c. 18 19 20, l. 17 c. 1 8, Gesta Ludov. VII Franc. reg. c. 4 et seq., Mathaeus Paris. A. 1146, Sanutus l. 3 part. 6 c. 19, Chron. Vosiense c. 52, Robertus de Monte A. 1147, Gotefridus Viterb. part. 17. praeterea Nicetas in Man. l. 1 c. 4 et seq.

p. 67 v. 5. *Βρίττιοι*] Britannos et Brittios promiscue appellat Cinnamus Britanniae insulae incolas: Brittiam, seu *Βριτίαν*, insulam ipsam Procopius l. 4 de Bello Gothico. ad Britanniam, seu
P 439 Britannos, forte spectat nummus, in quo scriptum *ΒΡΕΤΤΙ⊥Ν*. cum *T* supino, seu inverso, pro *Ω*, ut in altero *ΜΑΣΣΑΛΙΗΤ⊥Ν*. apud Anton. Augustin. Dialog. 6 Antiquit. Romanarum.

v. 13. *Ἀλέξανδρον*] Alexander Gravinae in Italia comes, a Rogerio Siciliae rege possessionibus suis propter rebellionem exutus, in Dalmatiam primum, mox Constantinopolim ad imperatorem Manuëlem profectus, eidem deinceps militavit, uti pluribus narrant Nicetas in Man. l. 2 n. 6, Alexander abb. Celesinus l. 1, rer. gest. Roger. Sicil. reg. c. 19 l. 2 c. 33 36 37 et 38, Otho Frising. l. 1 de gest. Frid. c. 24 l. 2 c. 11 et Willelmus Tyrius l. 20 c. 4 et 14. Gravinae comitatus datus post haec a Rogerio Adae, nobili et strenuo adolescenti, filiae suae marito. Alexander Celesinus l. 3 c. 26.

p. 68 v. 13. *τοῦ Ἀλαμανῶν ῥηγὸς*] Mirum quam Graeculi isti scriptores principi suo adblandiuntur, dum imperatoris titulum et dignitatem huic soli asserunt, Germanicis Augustis denegant, quos regum appellatione donandos tantum censent et volunt, quasi Graecorum esset de dignitatum et titulorum honorariorum praerogativa decernere. verum mox imperatoriam dignitatem plus satis agnoscit in Germanicis principibus, quos eo nomine supra reges fuisse innuit. vide notas ad Annae p. 30. ceterum Conradus priusquam iter capesseret per Graecorum provincias, legatum miserat ad Manuëlem, commeatus et transitus impetrandi gratia. de hac legatione Nicetas in Man. l. 1 n. 4.

p. 69 v. 2. *πόλεμόν τε συνδιαφέρει τούτῳ*] Tangit hoc loco Cinnamus veterem Latinorum morem et receptum usum, quo vasalli in expeditionibus bellicis dominos sequi vel comitari tenebantur.

v. 10. *Γερμανὸς*] Exercitus nempe Francorum, duce Ludovico VII rege, qui Alemannos proxime subsecutus est.

ibid. *οὐκ οἶδα ὅτου ἕνεκα*] *Ne populis inter se dissidentibus contentiones orirentur, et ut commodius vitae necessaria suis procurarent legionibus, equisque et iumentis ad onera deputatis pabula non deessent.* ita Will. Tyrius l. 16 c. 19, Gesta Ludov. VII, Math. Paris, et alii.

v. 19. *ἐς ἐννενήκοντα*] Willelmus Tyrius: *ut constanter asserunt qui in ea expeditione fuerunt, in solo domini imperatoris comitatu ad septuaginta millia fuerunt loricatorum, exceptis peditibus, parvulis, et mulieribus, et equitibus levis armaturae: in exercitu vero regis Francorum, virorum fortium loricis utentium numerus ad 70 millia, excepta classe secunda, aestimabantur.* Otho Frisingensis de Conrado: *tantam autem post se multitudinem traxit, ut et flumina ad navigandum,*

camporumque latitudo ad ambulandum vix sufficere videretur. Chron. Reichersperg. A. 1147: *tamque infinitus erat exercitus, quod ex quo gentes esse coeperunt, nunquam tantam hominum equitum simul et peditum multitudinem in unum congregatam fama sit.* Odo de Diogilo l. 2 de Conrado: *valde imperialiter egressus est et navali apparatu et pedestri exercitu: et bene, habebat enim tunc Hungaros inimicos.* idem l. 3: *et licet ego praescripserim et verum sit de illius exercitu infinitos iam obiisse, audivimus tamen a Graecis, qui numerarunt transeuntes* (*brachium S.* Georgii) *eum cum nongentis* (nonaginta) *millibus et quingentis* 66 *transfretasse.* denique Gotefridus Viterbiens. part. 17:

— — — numerum si noscere quaeras,
millia milleni militis agmen erat.

in utroque scilicet exercitu Alamannorum et Francorum.

p. 70 v. 11. ἅτερος δὲ χαρτουλάριος] Basilius Tzitziluces, de quo Nicetas l. 1 n. 1.

p. 71 v. 16. Φρεδερίκῳ] Id ipsum refert Nicetas l. 1 n. 5, Gotefridus Viterb.

adfuit egregius Fridericus dux Suevorum, P 440
aequa suo patruo regit agmina Teutonicorum,
hostibus ingeritur, protegit ipse forum.

p. 72 v. 10. ἐπὶ τὸν Ἄβυδον] Odo de Diogilo: *illi vero* (Alamanni) *venientes Andronopolim invenerunt transitum Constantinopolim partim resistendo, partim consulendo prohibentes, et apud sanctum Georgium de Sisto mare strictius, et solum fertilius asserentes. sed imperator eorum resistentes et consulentes aequa lance vilipendit.* id ipsum ab Ludovico deinceps enixius expetiit Manuël: *ceterum multo studio*, inquit idem scriptor, *consulendo laborabant, ut rex ab Andronopoli ad sanctum Georgium de Sisto gressum diverteret, et ibi celerius et utilius transfretaret. rex autem noluit incipere, quod Francos audiebat nunquam fecisse.* ad hoc tamen postmodum fretum copias suas transmisit Fredericus imp. ut ex Anonymo, qui expeditionem illius Asiaticam descripsit, discere est. dicitur autem fretum Abydenum *sanctus Georgius de Sisto*, quod fretum illud mari sancti Georgii, seu Propontidi immineat, a Sesto urbe ita appellatum, quod non advertit vir eruditus. vide notas ad Villhard. n. 65.

p. 73 v. 9. σώματα αὐτοῖς μεγάλα] Vide notata ad Annae p. 24.

v. 19. Χοιροβάκχων] Ut adiacentes Choerobacchorum oppido campi explicandae aciei, et locandis castris idonei fuerint, dixi ad Annam l. 8 p. 221. Otho Frising.: *vallem quandam iuxta oppidulum Cherevach dictum, campi viriditate laetam, amniculi cuiusdam medio decursu conspicuam attigimus, cuius loci*

amoenitate capti omnes, illo tentoria figere, et ibi pausare constituimus. et mox: *fateor, toto expeditionis tempore nunquam laetiora habuimus tabernacula, nunquam quantum ad sensus iudicium maiorem ambitum occupaverant tentoria.*

p. 74 v. 4. ὄμβρον γὰρ ἐξαισίου] Subitam hanc imbrium vim, quae universum paene pessumdedit exercitum, graphice verbis hisce, praeter Nicetam et Cinnamum, describit idem Otho Frisingensis: *et ecce circa vigiliam matutinam nubecula quaedam parva exorta imbrem mitem produxit. quem subito tantus pluviarum ventorumque impetuosus turbo subsecutus est, ut concussis et solutis, seu ad terram deiectis tabernaculis, gravissime qui post matutinorum laudes lectis nos receperamus, excitaret. clamor totum vicinum replens aërem attollitur. amniculus etiam, an ex reflexione proximi maris, imbriumve multitudine, an ex cataractis ruptis in caelo, ex supernae maiestatis ultione tantum intumuerat, ex tumoreque praeter morem inundaverat, ut totum cooperiret exercitum. quid ageremus? divinam id animadversionem potius, quam naturalem inundationem esse considerantes, amplius attoniti fuimus. ad equorum tamen robur convolamus, unusquisque, prout poterat, amnem transire gestiens. videres alios natantes, alios equis adhaerentes, alios ut periculum effugerent per funes miserabiliter trahi, alios in flumen inordinate ruentes, ex eo quod aliis impraemeditate implicarentur demergi* etc. eamdem imbrium vim attigere etiam Odo de Diogilo l. 3, Helmodus l. 1 c. 61 et auctor Chronici Reicherspergensis.

v. 20. Φιλοπάτιον] Vide notata ad Villhard. et Bryennium l. 4, ubi plura de hocce palatio congessimus.

p. 75 v. 5. ἐν θαύματι μεγάλῳ] Simili postea stupore, seu admiratione, perculsos Francos nostros ac Venetos, scribit Villharduinus n. 66 cum primum ad urbem appulere: *or poez savoir que mult esgarderent Constantinople cil qui onc mais ne l'avoient veuë, que il ne pooient mie cuidier que si riche ville peust estre en tot le monde. cum ils virent ces halz murs, et ces riches tours, dont ele ere close tot entor a la reonde, et ces riches palais, et ces haltes yglises, dont il i avoit tant, que nuls ne poist croire, se il ne le veist a l'oil, et le lonc et le lé de la ville, que de toutes les autres ere souveraine. et sachiez que il n'i ot*
441 *si hardi, cui le cuer ne fremist.* de turrium muris Constantinopolitanis adiacentium robore et altitudine idem testatur Guntherus in Hist. Cpolit. c. 15: *est enim civitas triangula — habens in quolibet latere magnum milliare vel amplius, ex ea parte qua terram attingit, vasto aggere, et muro firmissimo tripliciter clausa. turres habens per circuitum sui excelsas et fortes, adeo sibi invicem propinquas, ut puer septennis de una turri ad alteram pomum valeat iaculari.* infra, ubi de muris maritimis:

ex ea parte, quoniam agger esse non potuit, propter frequentiam portus, quem habet tutissimum ac celeberrimum, muri sunt alti admirandae spissitudinis, et turres densae, eductae ad tantam celsitudinem, ut quivis in culmen ipsarum aspectum dirigere perhorrescat. de turrium numero vide descriptionem Cpol. ex Bondelmontio.

p. 75 v. 13. ταχὺ διαβὰς] Inviso et insalutato Manuële discessit et in Asiam transiit Conradus, licet per suos Alemannici Augusti colloquium et congressum expetiisset Byzantinus. *sed alius*, inquit Odo de Diogilo, *ingredi civitatem, alius egredi timuit, aut noluit, et neuter pro altero mores suos, aut fastus consuetudinem temperavit.* proinde hinc refellitur Tyrius, qui Constantinopoli habitum a Conrado cum Manuële familiare colloquium tradit.

p. 80 v. 23. ἀκολούθου] Perperam Tollius *pedissequum* vertit; id enim vocabuli apud Graecos Byzantinos Varangorum ducem seu praefectum designat, de qua palatina dignitate multa Codinus de Off. c. 4 et 5 et nos quaedam ad Villhard. et ad Annam. Scylitzes p. 787: στέλλεται — Μιχαὴλ πατρίκιος ὁ ἀκόλουθος. Cinnamo l. 3 πελεκυφόρων ἐξάρχων dicitur, et Annae p. 195 ἄρχων Βαραγγίας. Willelmus Tyrius: *tradiderat autem Constantinopolitanus discedenti ab eo, et id ipsum petenti, domino imperatori, viae duces, locorum peritos, provinciarum finitimarum omnem habentes prudentiam, sed fidei modicae.* l. 16 c. 22, Gesta Lud. VII c. 6 7 et 8. ut porro Theutonici, Graecorum fraude, in vastas deducti solitudines, summam perpessi sint inopiam, multis prosequuntur Tyrius et Odo de Diogilo.

p. 81 v. 11. Μαμπλάνης] Nicetae l. 1 n. 6 Παμπλάνος, Willelmo Tyrio loco citato *Paramum* nuncupatur. *huic tamen tanto negotio*, ait Tyrius, *Soldanus Iconiensis non interfuit, sed quidam nobilis militiae suae primicerius, Turcorum magnus satrapa, Paramum dictus, hanc plagam domino permittente exercuit. accidit autem anno ab incarn. d.* 1146 (leg. 47) *mense Novembri.*

p. 82 v. 5. ὁ δὲ τῶν Γερμανῶν ῥὴξ] De expeditione Ludovici VII Francorum regis in terram sanctam consulendi supra laudati scriptores. priusquam vero Ludovicus itineri in Romaniam sese accingeret, Milonem de Caprosia, seu *de Cheureuse*, militem, legatum anno superiore miserat, qui et transitum per Thraciam, et commeatum impetraret: quod ille benigne concessit, scripta ad regem perofficiosa epistola sub mensem Augustum, quae exstat apud Radulfum de Diceto in Abbrev. Chron. A. 1146.

v. 8. τούς τε γὰρ βασιλέως] A Manuële legatos ad Ludovicum missos Demetrium quendam, et alium cognomento Maurum, refert Odo de Diogilo l. 2.

p. 82 v. 12. εἴτε καὶ φύσει] Gesta Lud. VII c. 9 de eodem rege: *erat vir naturaliter patiens et benignus.* Odo de Diogilo l. 3: *rex Francorum, cui semper mos fuit regiam maiestatem humi-*
P 442 *litate condire.* Gervasius Tilleberiensis de Otiis Imperial. ms. de Ludovico VII: *cui successit Ludovicus piissimus, amator cleri, ac verus dei cultor, qui a multis deceptus, nullumque decipiens, in sancta simplicitate transivit ad dominum, relicto Philippo filio, qui postponens paternam simplicitatem, materni generis astutias duxit in usum.* Ludovici epitaphium a Stephano abbate S. Genovefae Parisiensis exaratum:

quantum coniugii permisit copula, castus,
quantum iustitiae regula, mitis erat.

v. 14. πλείονος δ' οὖν] Fuit sane Ludovicum inter et Manuëlem multa deinceps animorum consensio, cuius argumenta sunt variae ultro citroque missae legationes, de quibus tom. 4 Hist. Franc. p. 655 656 687 691 692 697 698 et 719; praeterea initae Alexii, Manuëlis filii, cum Agnete Ludovici filia nuptiae.

v. 15. πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας] Missi hoc temporis momento a Ludovico legati Constantinopolim Aluisus episcopus Atrebatensis, Bartholomaeus cancellarius, Archembaldus Burbonensis, et aliquot alii.

v. 20. εἰσελαύνοντι τοίνυν] Will. Tyrius: *interea rex Francorum paene iisdem subsecutus vestigiis, cum suo exercitu pervenerat Constantinopolim, ubi secretioribus cum imperatore usus colloquiis, et ab eo honorificentissime, et multa munerum prosecutione dimissus, principibus quoque suis plurimum honoratis* etc. Odo de Diogilo l. 3: *processimus igitur, et nobis appropinquantibus civitati, ecce omnes illius nobiles et divites, tam cleri, quam populi catervatim regi obviam processerunt, et eum debito honore susceperunt, rogatus ut ad imperatorem intraret, et de sua visione et collocutione desiderium adimpleret.*

p. 83 v. 3. σελλίον] Prosequitur Odo: *rex autem eius timori compatiens, et petitioni obediens, cum paucis suorum intravit, et eum in porticu palatii satis imperialiter obvium habuit. erant fere coaevi et coaequales, solis moribus et vestibus dissimiles. tandem post amplexus, et oscula mutuo habita, interius processerunt, ubi positis duabus sedibus pariter subsederunt.* verum sellane Ludovico regi data fuerit humilior, quod vult Cinnamus, non attigit Odo, neque id vero videtur consentaneum, cum Ludovicus ipse in epistola ad Sugerium, *Constantinopoli gaudenter et honorifice se ab imperatore susceptum fuisse* insinuet. maxime enim dignitati regiae et Francicae maiestati detraxisset Ludovicus, si Byzantino principi istiusmodi praerogativam in ipsomet Constantinopolitano palatio concessisset, quam quidem denegasse par est credere, cum Ludovicus qui iam Propontidis fretum cum copiis suis emensus erat, Manuëli roganti,

ut ad suum palatium pro rerum quarumpiam oblata de novo occasione regrederetur, id plane recusaverit, mandaveritque Manuëli, *ut in ripam suam descenderet, vel in mari ex equo* (legendum aequo) *colloquium fieret,* ut refert Odo l. 4. cuiusmodi congressus formam admisit post haec Conradus, qui primum Manuëli locum concedere ultro, id roganti, noluerat. sed haec pluribus prosequimur in dissertat. 27 ad Ioinvillam.

p. 83 v. 7. τὰ — ἀνάκτορα] Palatium Blachernarum intelligit, quod ad urbis partem australem erat, πρὸς νότον, sic enim legendum, non πρὸς νῶτον. ita et l. 4 n. 14 l. 5 n. 71: κατὰ νότον τῆς πόλεως idem palatium statuit.

v. 9. τὸν τῇδε νεὼν] Templum Blachernarum, in quo asservabantur τὰ ἐντάφια τοῦ Χριστοῦ σπάργανα, quae his innuit verbis Cinnamus: ὅσα τοῦ σωτηρίου Χριστοῦ πελάσαντα σώματι Χριστιανοῖς ἐστι φυλακτήρια. sepulcrales porro Christi fascias a Pulcheria Augusta inventas hac in aede depositas auctor est Nicephorus Callist. l. 4 c. 2. vide quae observamus ad Annae p. 196.

v. 14. Νικόλαόν τινα] Catalogus patriarcharum Cp.: Νικόλαος μοναχὸς ὁ Μουζάλων, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ (Μανουῆλος) ἀρχιεπίσκοπος γενόμενος πρότερον Κύπρου, καὶ παραιτησάμενος, ὡς πολλοὶ μὲν ἔλεγον, καὶ τὴν ἀρχιεροσύνην αὐτήν, πολλοὶ δὲ μόνην τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, καὶ ἐπὶ τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη σχολάσας, εἶτα ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ποιήσας χρόνους γ', μῆνας δ', εἶτα παρῃτήσατο ἀμφιβόλως, ἐκ βίας τῶν ἀποσχισθέντων ἀπ' αὐτοῦ, πολλῶν ὄντων, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐχειροτόνησεν. Nicolai Muzalonis patriarchae Cp. meminit Theodorus Balsamon in epist. Basil. ad Amphilochium c. 69. vide P 443
Ius Graeco-Romanum tom. 1 p. 224.

p. 84 v. 4. Θεόδοτος] Abbas et ἡγούμενος τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως. Catal. patr. Cp. de hoc monasterio dixi in notis ad Bondelmontii descript. Cp.

v. 8. γενόμενοί τε ἐν Νικαίᾳ] Mathaeus Paris.: *evasit tamen imperator cum principibus suis, et cum difficultate nimia usque Nicaeam pervenit, indeque Constantinopolim profectus, usque ad sequentis initium veris perendinavit.* adde Tyrium l. 16 c. 23, Gesta Lud. VII c. 10. Conradi cum Iconiensibus conflictum narrant idem Tyrius l. 16 c. 20 21 22, Gesta Lud. c. 6, Odo de Diogilo l. 5, Nicetas l. 1 n. 6 etc.

v. 11. Τζέχων] Tzechos vocat Cinnamus, quos alii Bohemos, olim sic dictos a Tzechio, primo Bohemici principatus auctore, cuius mentio est apud Aeneam Silvium in Histor. Bohem. c. 3. ab illo enim, lingua Slavica, seu Sclavonica, *Checos*, et *Czechios* etiamnum nominari Bohemos constat. diversi porro a Zecchis, de quibus Procopius l. 2 de Bello Pers. c. 29, l. 4 de Bello Goth. c. 4 et Theophanes in Copronymo p. 369. nam isti

procul a Bohemia dissiti, Ponti Euxini littus insederunt. ceterum Vladislaus Bohemiae rex inter principes, qui sacrae militiae nomen dederunt, refertur ab Othone Frising. l. 1 de Gest. Frider. c. 40 qui Labeslai nomen huic regi tribuit, ut et l. 2 c. 27, Radenicus l. 3 c. 13 et Aeneas Silvius in Hist. Bohem. c. 24. sic etiam Guntherus l. 6 Ligur.:

hoc quoque conventu procerum dux ille Bohemus,
fama Labeslaum quem nominat, ob sua gesta
fortiter, et bello nuper spectata Polono,
ex duce rex fieri meruit, gessitque potenti
sceptra manu, cinxitque novo diademate crines,

Vladislai meminit rursum infra Cinnamus p. 223 et 226.

p. 84 v. 12. *Λέχων*] Boleslaus IV rex Polonorum, quos *Lechos* etiamnum vocari auctor est Sigismundus Herbersteinius in Comment. Rer. Moscovit. a Lecho primo gentis auctore, Zechii Bohemiae principis fratre.

v. 16. *πούτζη*] Tollius *pedes Alemanne* interpretatur, i. e. Gallice: *à pied Aleman*, quia Graecis forte *ποῦς*, *pes* est: sed cum vocabulum istud *πούτζη*, Gallicam sapiat pronuntiationem, probabilius est eo expressisse nostrum *pousse*, hoc est, *insta, curre, propera Alemanne:* quod cum Alemanni, qui pedites pugnare solent, contra quam Franci, quorum robur in equitatu semper fuit, quod etiam scribit Anna l. 5 p. 140, vel potius quod eorum equi variis in conflictibus ab hostibus iam caesi essent, facere haud poterant, Franci Alemannos irridebant et sugillabant, tanquam segnes et ignavos. amissos sane passim, et exstinctos in longa ista et fastidiosa peregrinatione plerosque Alemannorum equos testatur Viterbiensis:

qui fuerant equites, pergunt moriendo pedestres.

atque inde inter gentes prius coniunctas dissidii fomes. Willelmus Tyrius: *hic demum imperator, seu quia cum paucioribus erat, qui multo plures prius secum habuerat, verecundiam sustinens, aut Francorum fastus non ferens, seu aliis latentibus causis, remissis quae supererant per terram legionibus, ipse ab Epheso usus navigio, Constantinopolim reversus est.* notat etiam Odo de Diogilo l. 2 ut *nostris erant importabiles Alemanni* eo in itinere, ita Alemannos *Francorum superbiam* dedignatos, non semel contra illos arma sumpsisse. Alemannos certe ut *equitandi ignaros* perstringit Nicephorus Phocas apud Luithprandum in Legat. cui an omnino fides praestanda sit hac in re, dubium facit Victor Schotti, qui in Caracalla, *Alemannos, gentem populosam ex equis mirifice pugnantem* fuisse ait.

P 444 v. 19. *καὶ ξὺν δόρατι*] Vide notas ad Annae p. 171.

p. 86 v. 18. *εἶτα ἐπὶ Βυζάντιον*] Willelmus Tyrius: *ipse ab Epheso usus navigio Constantinopolim reversus est, ubi a domino imperatore multo quam primo adventu susceptus hone-*

stius etc. Odo de Diogilo l. 6: *Alemannus poenitens quod Constantinopolitanum imperatorem non viderat, apud eum reversus est hyemare.*

p. 87 v. 4. *Θεσσαλονίκῃ προσέσχεν*] Otho Frising. l. 1 de Gest. Frid. c. 59: *Conradus Romanorum imperator, naves apud Ptolemaidem ingressus, fratrem et amicum suum Manuël regiae urbis principem in Achaiae seu Thessaliae finibus inveniens adiit, cum eoque, tamquam ex longa via fatigatus, laboribusque fractus, et non modica infirmitate correptus, per aliquot temporis spatium ibi quievit.* adde Will. Tyrium l. 22 c. 28 et Gesta Ludov. c. 27.

v. 19. *παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ἁλῶναι*] Falsum igitur quod ait auctor Gestorum Ludovici VII c. 27, Ludovicum regem *in portu Acconensi navigium conscendisse, marisque nullo impediente periculo, ad regnum proprium reversum esse.* siquidem, ut narrat hoc loco Cinnamus, parum abfuit quin venerit in Graecorum potestatem, qui tum, flagrante bello Siculo, maria cum valida classe obibant, Siculis ipse admixtus. id porro Robertus de Monte, Vincentius Bellouac. part. 3 l. 27 c. 127, Nicolaus Trivettus in Chron., Sanutus l. 3 part. 6 c. 20 et ex iis auctor Magni Chronici Belgici, et Bonfinius dec. 2 l. 6 accidisse tradunt, cum Manuël Corcyram a Siculis expugnatam obsideret A. 1149. Vincentius Bellouac.: *Ludovicus rex Francorum a Palaestina navigans, ut in patriam rediret, Graecorum naves incurrit. cumque ab eis imperatori Curfolium obsidenti praesentandus deducitur, Gregorius*) dux navium regis Siciliae eos aggreditur. siquidem vastatis et spoliatis Graecorum provinciis usque ad ipsam urbem regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in palatium imperatoris iecerat, et incensis suburbanis, de fructibus hortorum regis violenter tulerat. unde rediens naves Graecorum incurrit, captum Ludovicum regem eripuit, sed captos, regis obtentu, dimittit. interim Manuël recepto in deditionem Curfolio, Siculorum naves insequitur, et captis nonnullis navibus, rex fuga liberatur, et a rege Rogerio Siciliae, et a papa Eugenio honoratur.* sed de obsidione Corcyrensi agetur lib. seq. profert Philadelphus *Mugnos* l. 4 Theatri Genealog. Nobil. Famil. Sicular. diploma regis Rogerii in gratiam Georgii de Landolina militis, cui Ludovici regis liberationem adscribit his verbis: *maxime tu ipsemet personaliter tamquam praefectus de duabus nostris regiis triremibus nostrae classis maritimae, cum divino auxilio cooperante, et nostrorum militum, eorumque praefectorum fortitudine, fidelitate, et prudentia, non procul Graecorum hostium, eorumque naves et triremes expulisti, et*

---

*) Georg.

tandem a captivitate illustrissimum regem Ludovicum VII suosque proceres et Galliae magnates manumisisti. verum chartae huic, si non incertae omnino est fidei, constat mendum inesse in adscripto A. 1146. ut sese res habeat, ex laudatis scriptoribus refellitur Thomas Fazellus, qui dec. 2 l. 7 c. 3 scripsit Ludovicum regem ab ingenti Saracenorum classe forte interceptum et captum, a Rogerio, qui tum cum classe occurrit, liberatum, et ab interitu vindicatum.

p. 88 v. 8. *ἐτελεύτησεν*] Moritur Conradus 15 Kal. Mart. A. 1152. Monach. Erford. Otho Frising. l. 1 de Gestis Frid. c. 63 l. 2 c. 1, Gotefridus Viterb. etc.

v. 11. *Ἐρρίχος*] Fallitur hoc loco Cinnamus: neque enim Conradus et Fredericus Sueviae dux, Frederici imperatoris parens, Henrici imp. filii fuerunt, sed Frederici *de Stoffen*, nobilis Suevi, ex Agnete Henrici imp. filia.

P 445 p. 89 v. 3. *τὸν ἕνα πεπηρωμένος τοῖν ὀφθαλμοῖν*] De Frederico Sueviae duce, altero orbato oculo, agunt Otho Frising. l. 1 de Gest. Frid. c. 12 14 21 39 l. 2 c. 2, Chron. Hildesheim. A. 1105 1118 1126 et 1135, Chronica Australis A. 1135 Guntherus etc.

v. 9. *Ῥογέριος*] Rogerius Siciliae comes, Rogerii I Siciliae comitis ex Adelaide Monferratensi filius.

v. 11. *Γιλιέλμῳ*] Willelmus, Rogerii Apuliae et Calabriae ducis filius, Roberti Wiscardi nepos, dux eorumdem ducatuum a Paschali pp. constituitur A. 1114 in synodo apud Cyperanum, cui ille postea fidei sacramentum praestitit, ut est in Chronico Casinensi l. 4 c. 51.

v. 12. *ἐς Παλαιστίνην*] Blondus, Collenutius, Ritius, et alii rerum Neapolitanarum scriptores tradunt Willelmum, dum Constantinopolim pergeret, ut pactam sibi Alexii Comneni imperatoris filiam uxorem duceret, a patruo Rogerio ditionibus suis exutum fuisse. Cinnamus a Willelmo eas in pignus datas Rogerio auctor est, dum ille iter Hierosolymitanum aggreditur. sed neutrum probabile esse argumento est, quod Alexander abbas Celesinus, horum temporum scriptor, l. 1 c. 2 et 5 refert: *Rogerium nempe, cum Willelmum Salerni decessisse percepisset, doluisse valde quod se ignorante defunctus esset, quodque se ut sibi vivens statuerat, si filium non haberet, haeredem non fecisset. inde praeparato navali itinere, quantocius Salernum tetendisse, statimque Calabriam et Apuliam ditioni suae subdidisse, reluctante quantumvis Honorio pontifice, a quo tandem cum vexillo ducatus investituram accepit.* hisce consentiunt quae habet Hugo Falcandus, dum ait Rogerium consanguinei sui Willelmi ducis Apuliae morte cognita transiisse in Apuliam, et universis civitatibus ac principibus, qui ei resistendum putaverant, expugnatis, ad suum cuncta redegisse imperium. eadem etiam tradunt Orde-

ricus Vitalis l. 12 p. 884 et Petrus Diaconus l. 4 Chron. Casin. c. 98 et 99. denique Gualterus Taruanensis canonicus de vita et morte Caroli comitis Flandr. c. 2 scribit *Willelmum audito unici sui germani* (Ludovici, uti appellatur a Gaufredo Malat. l. 4 c. 20 22) *exitu, coepisse lethaliter languere, et ut se periclitari cognovit Salernitanum archiepiscopum et Troianum episcopum advocasse, atque quod antea dum incolumis esset, fecerat, eorum quoque testimonio desiderantem confirmari, quidquid mobilium, vel immobilium in terra possidere videbatur, beato apostolorum principi Petro, eiusque vicario sanctissimo papae Honorio* (*ex cuius ore sacro hoc ipsum frequenter audivi*, inquit Gualterus) *iure perpetuo possidendum delegasse, ac deinde in confessione domini ab hac luce migrasse.* nulla proinde apud scriptores eiusce aevi usurpata ab Rogerio, Willelmo superstite, Apuliae mentio.

p. 90 v. 2. *Λουτήρης*] Lotharium ab Innocentio II pp. in Italiam contra Rogerium Siciliae regem, qui Petri Leonis partes tutabatur, evocatum, habent passim scriptores, Otho Frising. l. 7 Chron. c. 18 19 20, Petrus Diaconus l. 4 Chron. Casin. c. 99 107 etc., Will. Tyrius l. 13 c. 19, Conradus Usperg., Dodechinus, Viterb. et alii.

v. 8. *γαμβρὸς*] Henricum forte Saxoniae ducem intelligit, aut Rainaldum, cui Lotharius pulso ex Italia Rogerio, ducatum Apuliae tuendum tradiderat. vide Chronicon Weingartense c. 12, Tyrium l. 13 c. 19, Chron. Casin. l. 4 c. 127 et Usperg.

v. 14. *μέλος γάρ τι*] Clamorem bellicum hisce expressisse verbis Cinnamum haud aegre persuasum haberem, nisi ad receptum vix usurpatum scirem. P 446

p. 91 v. 4. *Ρογέριος δὲ*] Rogerius exstincto Lothario, et pulso Rainaldo, Apuliam recuperavit. Gotefr. Viterb.: *post pauca dux Apuliae Raino, vel Rainaldus moritur. Rogerius in Apuliam revertitur, et terram duce orbatam, nec rebellantem occupat.*

v. 9. *ζωγρείαν εἷλεν*] Ut Innocentius pontifex in Rogerii potestatem venerit, et Rogerio regium concesserit titulum, pluribus narrant abbas Usperg. et Albericus in Chron. A. 1139. Otho Frising. l. 7 Chron. c. 24, Falco Benevent., Nicolaus Trivettus A. 1142 et ex iis Baronius A. 1139 ubi profert diploma investituram regni Siciliae Rogerio concessam, seu potius tituli regii, quem iam antea usurpaverat, confirmationem, continens. quippe Rogerius subactis Apulia et Calabria, devictisque Sergio duce Neapolitano, et Roberto Capuano principe, optimatum suorum, atque adeo Henrici comitis avunculi sui consilio, in maiori ecclesia Panormitana solenniter fuerat in regem coronatus et inunctus idibus Maii A. Chr. 1129 ut ex veteris Chronici fragmento discimus, quod exstat apud. Franc. Baronium de Manfredis l. 4 de Maiest.

Panormit. et ex diplomate ipsius Rogerii apud Ferd. Ughellum in Episc. Aquil. n. 5 tom. 1 Italiae Sacrae. nec multo post a comite cardinale Anacleti pseudopontificis, cuius partes tuendas susceperat Rogerius, legato, die natalis domini A. 1130 in eadem aede in regem est acclamatus, et corona donatus, ut habent Ioannes de Ceccano, Falco Beneventanus, Alexander Celes. l. 2, Ordericus Vitalis l. 13 p. 895. auctor Chronici Casaur. et Baronius hoc anno. sed nec illud involvendum silentio, Rogerium non Siciliae duntaxat, sed et Italiae regem acclamatum, quod testantur in aere Campano inscripti characteres, quod *Guza* communi vocabulo vocant Panormitani: ANNO AB INCARNATIONE 1136 IND. 14 FUSA PANORMI, ROGERIUS SICILIAE ITALIAEQUE REX MAGNI COMITIS ROGERII FILIUS ME DEXTRA BIONIS FUNDI AC D. MARIAE DICARI IUSSIT. exstant diplomata eiusdem Rogerii A. 1133 et 1137 apud eumdem Ughellum in archiepiscopis Salernitanis, Brundusinis, et Beneventanis, quorum initium sic concipitur: *ego Rogerio D. G. Siciliae et Italiae rex, Christianorum adiutor et clypeus, Rogerii primi comitis filius.* ita pariter Guillelmus II apud eumdem Ughellum in alio diplomate A. 1170 *Siciliae et Italiae rex* inscribitur. vide tom. 7 p. 565 581 982, Chronicon monast. S. Sophiae Benevent. p. 779, Ptolemaeum de Luca A. 1126 et Allatium in Diatriba de Simeonibus.

p. 91 v. 18. *ἐπὶ παιδὶ*] Rogerius forte, qui a patre dux Apuliae dictus est. certe fuit ille Rogerii filiorum primogenitus, ut auctor est Alexander abbas Celes. l. 3 c. 26. obiit A. 1149. Romuald. Salernit. in Chron., Hugo Falcand. et alii.

v. 21. *Ξηρὸς*] Xerum nescio quem urbis Constantinopolitanae praefectum memorat Anna l. 12, a quo forte prodiit Xerus iste. Belli Siculi causam solus, quod sciam, profert Cinnamus.

p. 92 v. 11. *Κόρινθόν τε*] Otho Frising. l. 1 de Gest. Frid. c. 33: *circa idem tempus Rogerius Siculus, aptatis in Apulia, Calabria, et Sicilia triremibus, quas modo galeas seu sagittas vulgo dicere solent, aliisque navibus bellicis onerariis, classem in Graeciam destinat, praefectis eis ducibus strenuis, et in navali praelio gnaris. armatis itaque navibus Graeciae fines in-*
P 447 *grediuntur, ac Mutino* (leg. *Mothone*) *sine impedimento gravique negotio capto, ad Curfol usque fortissimum Graeciae castrum procedunt. quod cum nulla vi capere praevalerent, ad dolos et ingenia se vertunt. igitur praemissis quibusdam, ut dicitur, qui se quempiam mortuum humandi gratia deferre simulaverat (est enim in praedicta arce castri, sicut Graecis mos est, congregatio clericorum seu monachorum), idem castrum irruunt, arcem occupant, Graecis eiectis, praesidiisque suis ibidem locatis. inde ad interiora Graeciae progressi, Corinthum, Thebas, Athenas, antiqua nobilitate celebres expugnant, ac maxima ibidem praeda direpta, opifices etiam qui sericos pannos*

texere solent, ob ignominiam imperatoris captivos deducunt. de istis opificibus agunt Nicetas l. 2 n. 8 et Falcandus in Praefat. p. 639. imperabat Siculae classi Georgius, maximus amiratus, ut auctor est Vincentius Bellovac., *vir quidem regi fidissimus, atque in negotiis saecularibus exercitatissimus,* inquit Alexander Celesinus l. 2 c. 8, ubi meminit etiam Ioannis amirati, viri perinde in re bellica admodum strenui. Corcyrae, Euboeae, ceterarumque Graeciae urbium expugnationis historiam fusius prosequitur Nicetas l. 2 n. 1 2 3 4 et 5. eandem praeterea attigerunt Robertus de Monte A. 1148 et 1149, Annales Pisanorum editi ab Ughello tom. 3 Ital. Sacrae A. 1158 et Sabellicus decad. 1 Rer. Venet. l. 7.

p. 93 v. 2. *στρατεύματα Σκυθικὰ*] Tangit hanc Scytharum irruptionem locis citatis Nicetas.

v. 16. *ξύλον πεποιημένα ἑνὸς*] *Μονόξυλα* vocant Graeci recentiores: *scaphas* scilicet, seu amnicas naviculas, *de singulis trabibus excavatas,* inquit Vegetius. unde a Latinis *trabariae* dictae, *quae ex singulis trabibus cavantur,* ut est apud Isidorum l. 19 Orig. c. 1, Gloss. Gr. Lat.: *μονόξυλον, lintris.* hae propriae erant Scytharum, Bulgarorum, Russorum, et ceterorum ad Septentrionem populorum, quibus Istrum et maiora flumina traiiciebant. Claudianus in 4 Consul. Honorii.

ausi Danubium quondam transnare Gothunni,
in lintres fregere nemus, cum mille ruebant
per fluvium plenae cuneis immanibus alni.

Cinnamus infra: *λεμβάδιόν τι ἀναβάς, ὁποῖα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐνταῦθα διασαλεύει αὐτόξυλα, ἐπὶ τὴν περαίαν ἐφέρετο.* Theophanes A. 17 Heraclii: *γλυπτὰ σκάφη* vocat eiusmodi ad Istrum traiiciendum naviculas. Nicephorus Cp. in Breviar. de Bulgaris: *ἦγον ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀκάτια, μονόξυλα δὲ αὐτοὶ προσαγορεύουσι.* eiusmodi navigia *ἄδρυα* vocabant Cyprii, ut auctor est Hesychius. vide Const. Porph. de Adm. Imp. c. 9, Zonaram p. 202, Scylitzem p. 758 et alios a Meursio et Fabroto citatos scriptores.

p. 97 v. 1. *ὃν Κοντοστέφανον*] Contostephanorum agnominis non a Stephano, Manuëlis imp. sororio, primam originem arcessendam constat, cum ea familia apud scriptores Byzantinos ante haec tempora occurrat. tametsi Stephanum, qui appellationi primus initium dedit, *διὰ τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας* ita nuncupatum, aeque ac Cinnamus, scribant Zonaras et Scylitzes. Contostephanorum stemma damus in stemmate Comnenico, in Familiis Orient.

p. 98 v. 6. *στολάρχην*] Exstincto et caeso Contostephano, Ioannes Axuchus magnus domesticus classi praeficitur a Manuële, absque tamen magni ducis titulo.

p. 99 v. 9. *ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ὕψος*] Nicetas de arce Corcyrensi: *ἔστι δὲ ἡ Κερκυραίων ἄκρα αἰγίλιψ πᾶσα καὶ ἀγχινεφής, ἑλικοειδὴς τὴν θέσιν, καὶ ὑψικόρυμβος, προσνενευκυῖα ἐς τὸ βά-*

θιστον τῆς θαλάσσης etc. de Corcyrae nomine et situ quaedam a nobis observata ad Alexiadem.

p. 100 v. 22. τὴν Κερκύρας ἐπιτετραμμένος] Theodorus Capellanus, uti appellatur a Nicet. l. 2 n. 5.

P 448 p. 101 v. 8. ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθον] Falluntur qui ad hanc Siculorum expeditionem referri putant, quod Vincentius Bellovac. et Sanutus tradunt, Siculos post expugnatam Corcyram, et vastatas ac spoliatas Graecorum provincias, *ad urbem usque regiam Constantinopolim accedentes, sagittas aureas in palatium imperatoris iecisse.* nam haec post Rogerii excessum facta testatur Nicetas l. 2 n. 8. vide Bonfin. dec. 2 l. 6 p. 263.

v. 19. κατὰ Σικελίας] Nicetas l. 2 n. 6.

v. 23. ἀρχιζουπάνον] Qui *Bacchinus* infra, et Nicetae appellatur, et idem videtur cum Serviae principe, quem *Draghinam* vocat Diocleates in Historia Dalmatica.

p. 102 v. 20. Κωνσταντίνῳ] Constantino Angelo, qui itidem dignitate sebastohypertatus, et Manuëlis imp. ἐξάδελφος, patruelis, dicitur in sententia depositionis Cosmae patr. Cpolit. A. 1144 apud Allatium: proinde filius fuit Constantini Angeli ex Theodora Comnena Alexii imp. nata.

p. 104 v. 8. Βόσθνα] Bossena, quae Constantino de Adm. Imp. c. 32 Βόσωνα nuncupatur, principes suos habuit, quorum seriem damus in familiis Dalmaticis.

v. 17. Γειτζᾶ] Geiza II, Hungariae rex, Belae, cogn. caeci, regis filius.

p. 109 v. 21. Ἰωάννης ὁ Δούκας] Vide dissertationem 26 ad Ioinvillam.

p. 113 v. 10. Οὔρεσιν] Urosci illius, Dessae fratris, nulla quod sciam mentio fit in Historia Dalmatica, nisi idem sit cum Bela, de quo ad p. 221, qui ante Dessam in Servia principatum tenuit.

p. 114 v. 18. ἐξ Ἄλπεων] Vel ex hoc loco patet *Alpes* dici quosvis montes altos, nec eos duntaxat qui Galliam ab Germania et Italia disterminant. Servius ad illud Virgilii, *aërios montes,* ait a Gallis aërios montes *Alpes* appellari; voce nimirum Gallica. Papias: *Alpes, proprie aërii montes Galliae. Nam Gallorum lingua alti montes vocantur.* Gloss. Graeco-Lat.: *Alpes,* ὄρη ὑψηλά. his consentit Isidorus l. 14 Orig. c. 8. hinc igitur passim quosvis montes Alpes vocant scriptores. Sidonius de Atho monte carm. 2: *silvosam currebant vela per Alpem.* carm. 9 de eodem: *iuxta frondiferae cacumen Alpis.* Pyrenaeos montes Alpium nomine donat etiam Ausonius Epist. 23:

nunc tibi trans Alpes et marmoream Pyrenem
Caesareae Augustae domus est.

Alpes montis Zebraii, Alpes Roscidae vallis in iisdem Pyrenaeis, dixit Lucas Tudensis in Chronico p. 86 90. unde et Hispanos

Alpinos vocavit ex Catone Gellius. Adam Bremensis c. 229: *Normannia, quae suis Alpibus circumdat Sueoniam.* occurrit iterum apud eundem c. 239. sed de vocis primigenia notione dissentit prorsus a Servio et aliis Procopius l. 1 de Bello Goth. qui id nominis veteribus Gallis angustias montium seu collium significasse scribit: *Ἄλπεις δὲ καλεῖν τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον οἱ ταύτῃ νενομήκασι ἄνθρωποι.* id ipsum tradit Eustathius in Dionysii Periegesim: *φασὶ δὲ τὴν λέξιν ταύτην κατὰ τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν μετάληψιν, ταὐτὸν δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ.* atque ea ipsa notione vocem hanc usurpasse videtur Philostorgius l. 3 c. 24: *Ἄλπεις, αἵ τε Σούκεις καλούμεναι, καὶ αἱ Ἰουλίαι, δίοδοί εἰσι στεναὶ μεγίστων ὀρῶν ἑκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἓν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπτύσεσθαι συγκλειομένων. ἐοίκασι δὲ αἱ δίοδοι αὗται τοῖς ἐν Θερμοπύλαις στενοῖς.* certe quidquid fuerit primis saeculis de vocabuli significatu, id constat inferioribus Alpes appellari convalles, et quae in iis sunt pascua, quo aestate pecora aguntur. ita usurpatur passim in donationibus factis ecclesiae Salisburgensi c. 1 et 7, apud Canisium tom. 6 Antiquar. Lect., in charta Ludovici Pii anno 838 pro monasterio Anianae, in chartis Alemannicis Goldasti n. 27 et 86, apud Conradum de Fabaria de Casibus S. Galli c. 20, P 449
Bertholdum Zuifaltens. abbatem de origine sui monasterii, Augustinum *de la Chiesa* in Hist. Pedem. c. 26, Marcam in Hist. Beneharn. l. 5 c. 29 etc. hinc *Alpagium*, ius pascendi pecora in Alpibus, in charta b. comitissae Sabaudiae A. 1218 in tabulario ecclesiae Tarentasiensis.

p. 115 v. 15. *Γαλίτζης χώρας*] Galitia pars dicitur Russiae Minoris, *μέρος τῆς μικρᾶς Ῥωσίας*, in notitia Andronici: Nicetae vero in Man. l. 4 n. 2: *μία τῶν παρὰ τοῖς Ῥῶς τοπαρχιῶν, οὓς καὶ Σκύθας ὑπερβορέους φασίν.* *Galitzs* hodie vocatur, estque ducatus, magno Moscoviae duci obnoxius, qui ex Moscovia in Orientem per Castronowgorod euntibus occurrit. huic imperabat eo aevo Vladimerus seu Lodomerus, ut habent Annales Hungarici, qui Chunorum fretus auxilio Minoslaum Russorum regem seu principem regno proturbare, tyrannidemque sibi asserere ausus, a Geiza tandem Hungariae rege, qui Minoslai filiam uxorem duxerat, inito praelio fusus ac deletus est, ut pluribus narrant Thwroczius in Geiza c. 66 et Bonfinius decad. 2 l. 6. nec alium vel diversum Vladimerum hunc censuerim ab Vladimero Wszeuolodi filio, Iaroslai Russiae principis nepote, qui Kioviae ad Borysthenem urbe avita consedit, et post varias cum agnatis concertationes, cum omnes eorum expugnasset provincias, *μονομάχος* dictus est. utcumque sit, Vladimeri successorem Iaroslaum infra nominat Cinnamus; de Vladimeri vero parentibus agit Ditmarus l. 7.

p. 117 v. 4. *μαπάνον*] Legendum *μπάνον*, hoc est, *banum.* solent quippe Graeci *b* Latinum per *μπ* efferre, ut ex

exemplis quae profert Meursius in Gloss. plus satis patet. de banorum dignitate apud Hungaros et Servios dixi ad Annam. hac tum fungebatur in Hungaria Bela, qui Cinnamo Βέλοσις hoc loco dicitur Geizae regis avunculus, quo imperante rerum summam obtinuit, Uri Serviae comitis, cuius filiam Helenam Bela, cognomento Caecus, rex duxerat, frater. Ioannes Thwroczius c. 65: *tunc avunculus domini regis Bela Ban nominatus, gloriosus in millibus suis irruens super agmina Teutonicorum, percussit eos ex adverso graviter, et magnam stragem fecit in illis.* Belae bani, quo ductore Henricum Bavariae ducem fudit Geiza, meminere praeterea Otho Frising. l. 1 de Gest. Frid. c. 22 et Radevicus l. 3 c. 12. Guntherus l. 6 Ligurini, de Bela:

hic placido cultu puerum nutriverat, ut qui
vir bonus et prudens, et avunculus esset utrique.

vide notata ad p. 221.

p. 117 v. 21. οὗτος ὁ Βορίσης] Fuit is Boritius Calamani regis Hungariae ex regis Russiae filia (quam in adulterio deprehensam Calamanus repudiaverat) filius, ob idque pro spurio habitus. exstincto Stephano rege, fratre, cum frustra paternum regnum repetiisset, Constantinopolim profectus, consanguineam Ioannis imp. duxit in uxorem. Graecorum exinde et Polonorum fultus auxilio, et ab aliquot evocatus proceribus, Hungariam cum valido exercitu ingressus, a Bela Caeco rege, et Alberto Leopoldi marchionis Austriae filio, Belae sororio, fusus ac fugatus est, ut pluribus narrant Otho Frising. l. 7 Chron. c. 21, Thwroczius et Bonfinius. hac accepta clade Boritius rursum Graecos in sui auxilium, et Labeslai Bohemiae ducis interventu, regem Fredericum induxit A. 1146. mox percepto Ludovici Franciae regis per Hungariam transitu, in illius castra concessit, quorundam Hungarorum consiliis accitus, qui facile fore ut multi in Hungaria non ignobiles a Geiza rege ad eum deficerent, polliciti fuerant. quod cum ad Geizam perlatum fuisset, statim a Ludovico per legatos
P 450 Boritium vinctum sibi tradi postulavit, cui responsum piissimo ac christianissimo principe dignum dedit Ludovicus: *domum regis esse quasi ecclesiam, pedes eius* *) — *quasi altare, ideoque non posse se reddere vinctum eum, qui ad domum regalem, quasi ad ecclesiam, et ad pedes regis, quasi ad altare se prostravit.* ita Thwroczius et Bonfinius dec. 2 l. 6. Odo vero de Diogilo l. 2 extremo, ait re in consilium adducta: *episcopos et optimates discussa ratione iudicasse, ut rex regi pacem servaret, et viro nobili, licet capto, vitam servaret, quia scelus esset*

---

*) Leo et Anthem. Nov. de Mulier. quae se servis propriis etc.: *Iulia quaedam preces nostris fundit altaribus, adstruens* etc. adde l. 7 C. Th. de locat. fundor. l. 6 C. Th. de relationib. S. Thomae Epist. et Acta Alexandri III. pp. apud Baron. A. 1168 1169.

utrumque, et morti hominem reddere, et amici sine ratione foedera rumpere. vox sane piissimo digna principe, qualis etiam illius fuit ad regem Angliae, cui, quod S. Thomae Cantuariensi archiepiscopo *in sui fidelis ignominiam et ruborem* praesidium praestaret, queritanti, respondit, *se hoc ius haereditarium ab antecessoribus contraxisse, et semper fuisse consuetudinis regni* *), *ut omnes pro iustitia exulantes benigne recipiat, et eis debita humanitatis solatia impendat.* tandem Boritius a Manuële cum validis copiis adversus Hungaros missus, deleto ab hostibus exercitu, ipse a quodam Cumano domestico sagitta transfixus occubuit C. An. 1156, ut habent Otho Frising. l. 7 Chron. c. 34, l. 1 de Gest. Frider. c. 30 l. 2 c. 31. ex Boritio natus Calamanus Ciliciae praefectus, de quo infra Cinnamus.

p. 118 v. 21. *Μαρία*] Vide stemma Comnenicum.

v. 22. *Ῥογερίου δὲ*] Moritur Rogerius Siciliae rex A. 1152 indict. 1. ita Romualdus in Chron. et Otho Frising. l. 2 de Gest. Frid. c. 11. at Robertus de Monte Rogerii mortem in 29 April. An. 1153 reiicit; alii in An. 1154. vide Familias nostras Normannicas.

p. 119 v. 9. *τοὺς πρέσβεις ἀπεπέμψατο*] Animos Manuëlis mire auxerat novissime initum post Rogerii excessum cum Frederico adversus Willelmum Siculum foedus, cuius meminit Otho Frising. l. 2 de Gest. Frid. c. 11.

v. 10. *στόλον δὲ νεῶν ἀγείρας*] Praelium istud navale, in quo captus Constantinus Angelus Byzantinae classis dux, attigit etiam Nicetas l. 2 n. 7. Siculae praeerat Maio Barensis, ut idem refert, qui in diplomate Willelmi regis apud Baronium A. 1156 *magnus ammiratus ammiratorum* dicitur, vir ceteroquin humili sorte genitus, quem caede crudelissima interiisse auctor est Hugo Falcandus, qui illius historiam fuse prosequitur.

p. 121 v. 20. *Τερόζης*] Toros seu Theodorus, Armeniae princeps, qui Livoni fratri successerat. de hac Andronici expeditione quaedam habet Nicetas l. 3 n. 1.

p. 122 v. 1. *καίσαρα δὲ*] Vide stemma Comnenicum.

v. 3. *ἐξ ἀνθρώπων*] De Raimundi Antiocheni principis nece consulendi Willelm. Tyrius l. 17 c. 9, Willelm. Neubrigensis l. 1 c. 21, Math. Paris., Robert. de Monte A. 1146 et Nicol. Trivettus A. 1150. vide stemma principum Antioch.

v. 4. *φρούριον*] *Nepa* dicitur Tyrio.

p. 124 v. 7. *εἰς Ἀντιόχειαν ἦλθεν*] Vide Willelmum Tyr. l. 20 c. 2.

v. 21. *Βρανιτζόβης*] Ducem Branizobae dictum a Manuële Andronicum testatur etiam Nicetas l. 3 n. 1.

---

*) Francorum.

p. 125 v. 10. *σχῆμά τε πολέμου*] *Torneamentorum* seu decursionum equestrium usum primum in Graeciam invectum sub Manuële hinc patet, quem Nicephorus Gregoras l. 10 a Latinis seu Francis ad Graecos transiisse refert. vide Nicetam l. 3 n. 3 et dissertationem nostram 6 ad Ioinvillam.

v. 17. *ὁ δὲ*] Videtur legendum *ὃ δέ*, *quod quidem*; ita ut Cinnamus dicat id in Manuële miratum fuisse Raimundum illum, quem Herculi parem facit.

v. 19. *Ἡρακλεῖς*] Idem elogium Raimundo tribuit infra
P 451 p. 216, cuius virtutes et dotes praecipuamque in re militari peritiam et animi fortitudinem mire praedicat praeter Tyrium l. 14 c. 21 Willelmus Neubrig. l. 1 c. 21. *quippe*, inquit, *hic fuerat Christiani nominis in Oriente fortissimus propugnator, atque insignium gestorum titulis veteris in se Machabaei transfuderat gloriam*, etc.

p. 126 v. 8. *δολώσεις ἀεὶ ἐπινοῶν*] Andronici non indolem modo et fallacem illius animum graphice expressit Leo imper. in oraculo 1, sed et nequiter ab eo gesta totamque Comnenianam familiam nefando ausu absumptam demumque perditi viri exitum praeclare omnino praevidit, adeo ut in nullum alium ex Constantinopolitanis Augustis cadere possit illud oraculum, quod hisce versibus concipitur:

α ἶ μ α.

τὴν ἐχθροποιὸν ἔνδοθεν κρύπτει πλάνην,
ὡς εὐμενὴς δὲ κύνας ἐκτρέφει νέους,
ἣν γλυκὺς κλύδωνος ἐκχεῖ εἰς μέσον,
ἀλλ' ἀπελέγξει τὸν λογισμὸν ὁ χρόνος.
ὄφις δὲ πάντας καταναλώσει τάχος.
σὺ μεγαλαυχεῖς καὶ γέγηθας, ἄθλιε,
καὶ χεῖρας ἁπλοῖς καὶ πόδας διαστρέφεις,
ὡς πραγμάτων ἔξωθεν αὐτὸν ἐξάγων.
ἀλλ' ὁ κύριος τὴν ὑπόκρισιν φανεῖ.
τί γὰρ καλὸν δράσειας, ὦ σὺ κυνόπα;
ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος
πῶς σὺ κομίσεις ἀγαθόν τι τῷ βίῳ
ὃς τὸ στόμα κέχηνας εἰς ὑποπτέρους
πῶς ἀπερεύξεις ῥῆμα χρηστὸν τῇ πόλει.

constat ex Niceta in Manuële l. 5 n. 8 vocis *αἷμα* characteres, primos imperatorum ex Comneniana familia apices designare, Alexii nempe, Ioannis, Manuëlis et Alexii Manuëlis filii, quem Andronicus, ut et reliquos fere Comnenos, per scelus absumpsit, adeo ut in eum, a quo incepit, desierit, alpha nempe, quod in altero proxime sequenti oraculo innuitur:

ἀρχὴν ἔχων τε τὴν μονάδα καὶ τέλος.

Andronicus igitur *dolos nectens et recondens animo*, *velut benevolus parens*, Manuëlis liberos, tamquam *novellos catellos edu-*

cat, quibus mox parat et struit insidias, sed quod mente occultat, tempus prodet: statim enim velut serpens illos absumet. dissultat in sinu laetaturque infelix Andronicus securus et ab omni cura liber. manus interim explicat pedesque distorquet, tamquam rei gestae seu Alexii necis innocuus. sed hypocrisim et dolos prodet tandem deus. quid enim viro dignum faceret vilis canis? ille qui familiae extraneae, hoc est, Agneti Francorum regis filiae, quam iunior duxerat Alexius, per nefastum connubium *se commiscuerat. qui fieri potest, ut is vivat prospere, qui os aperuit in pullos, qui adhuc sub alis parentum excubabant? non est igitur cur Constantinopolitanum imperium a tam scelesto imperatore quidquam boni exspectet.* haec est genuina, ni fallor, oraculi istius παράφρασις, quam interpres Rutgersius haud minus recte reddidit, praesertim eo versu, ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος. huic enim imposuit perperam exscripta vox δήγματι pro δείγματι: est quippe δεῖγμα insigne armorum, quod in clipeo effingitur, ut auctor est Vegetius l. 2 c. 18, unde pro familia et gente hic sumitur, uti vox *clipeus*, non semel apud scriptores Latinos sequioris aetatis. Mathaeus Westmonaster. A. 1245 de Pembrochiensi familia Anglica exstincta: *sic nobilis clipeus ille marescallorum tot et tantis hostibus Angliae formida-* P 452
bilis evanuit. et Mathaeus Paris. eod. A.: *clipei in Anglia iam, heu, prostrati* etc. v. Specul. Saxon. l. 3 art. 72.

p. 129 v. 8. Ἰταλὴν στολὴν] Sagum militare, nostris *cotte d'armes.* v. not. ad Alexiad. p. 401.

v. 18. πρωτοστράτορα] De hac dignitate vide notata ad p. 127.

p. 130 v. 22. ἔμφρουρον] V. Nicet. l. 3 c. 2.

p. 131 v. 22. Βορίτζης ὁ Βόσθνης χώρας ἐξάρχων] Qui Orbino *Barich* appellatur, Bossenae banus seu princeps, sub A. 1154. Boritium excepit *Culinus*, cuius non semel mentio occurrit apud Innoc. III. pp. in Epistolis.

p. 132 v. 4. χαρτουλάριος] Chartularii dicuntur *qui chartis inserviunt*, ut est in l. 10 Cod., ubi causae fisc. seu *publicarum chartarum tractatibus*, in l. 1 Cod. de Praeposit. Agent. in reb., unde et *tractatores* appellantur, ut observavit Cuiacius: alias commentarienses, ab actis, qui chartas et codices expensionum tractant, *qui largitionales titulos retractant*, in l. 3 Cod. de Canone largit. tit. l. 10 l. 12, Cod. de Numerar. Actuar. et Chartular. l. 12. Gloss. Gr. Lat.: χαρτογράφος, *chartularius*; χαρτοφύλαξ, *chartularius.* Glossae Basil.: κομμενταρίσιος, χαρτουλάριος; κομμενταρίσιος, ὁ ὑπομνηματογράφος. σκρινιάριοι, σκρινιοφόροι, ἤγουν χαρτουλάριοι. erant autem tot chartularii quot scrinia. eiusmodi sunt, quorum meminit Cledonius de Arte Grammatica: *absurdum igitur erit dicere, a praeterito proconsule venio, vel Carruca est proconsule: sectantes chartulariorum ali-*

quantorum imperitiam, deserunt doctissimorum veterum in arte tractatus. quippe cum inter chartularios eloquentissimos reperias quosdam vel paucos indoctos, melius est sequi eos, inter quos nullus reperiatur imperitus, quam hos inter quos videantur esse pauci. dicuntur autem scriniarii apud Suidam in Etymologico, *οἱ χαρτοφύλακες τῶν βασιλέων*; et *καταγραφὴν τῶν ἐξετάσεων ἐν τοῖς σκρινίοις διαφυλάττοντες.* Senator l. 11 epist. 38: *moderatrix rerum omnium diligenter desideravit antiquitas, ut quoniam erat plurimis per nostra scrinia consulendum, copia non deesset procurata chartarum.* infra: *pulchrum plane Memphis ingeniosa concepit, ut universa scrinia vestiret, quod unius loci labor elegans texuisset.* hinc legimus *chartularios sacri cubiculi*, in Nov. 8 et 25 Iustiniani, qui scilicet impensarum cubiculi et cellarii sacri rationem describebant et in acta referebant: *chartularios numerorum militarium* in Nov. 117 c. 11, qui in acta referebant nomina militantium, seu qui circa *τοῦ στρατοῦ καταγραφὴν καὶ ἀναζήτησιν* occupabantur, ut est in Tacticis Leonis imp. c. 4 §. 31. *chartularios velocis cursus*, *ὀξέος δρόμου*, de quibus Constantinus Porphyrog. de Adm. Imp. c. 43 et lex 3 Cod. de Canone largit. titul. chartularios *τῆς λεγομένης ἐξαρτήσεως*, cuius muneris meminit Ioannes Damascenus in Epist. Synod. ad Theophilum imp.; *ἐξαρτήσεως* autem Scylitzes p. 746. cum igitur plures essent chartularii, confecta inde *chartulariorum schola*, de qua agit lex 1 Cod. de Offic. Praef. Praet. praesertim vero *chartularii* dicuntur, qui tabulas vel chartas fiscalium debitorum tractant, agunt, administrant. auctor Historiae Miscellae l. 22: *cum chartularius esset et publica tributa facta ratione conferret.* quo loco Theophanes, *χαρτουλάριόν τε τελοῦντι τῶν δημοσίων φόρων.* qui his praeerat *magnus chartularius* dicitur Ducae c. 30: *οὗτος γὰρ ἦν πρῶτον τῶν εἰσοδημάτων τῆς ἡγεμονίας μέγας χαρτουλάριος.* verum longe aliam functionem habuit chartularii dignitas, cuius hic occurrit mentio, et l. 6 c. 7. nam imperatoriis equis praefectus erat chartularius, ut docemur ex Zonara in Leone Isauro p. 83 et Niceta in Isaacio Angelo l. 3 n. 2. magnum chartularium eo nomine post protostratorem in aula me-
P 453 ruisse scribit Codinus de Offic. aulae Cp. c. 5 n. 6, illiusque potissimum fuisse munus tradit, ut equum, peregre aut quovis e palatio profecturo imperatori, ad palatii ipsius portam adduceret. cum igitur haec dignitas praecipuos aulae Constantinopolitanae proceres spectarit, non modo probabile videtur ea donatos Michaëlem Branam et Andronicum Lampardam Manuële imperante apud Cinnamum, sed et Narsem Italiae praefectum, qui a Marcellino comite et Warnefrido l. 2 de Gest. Langob. c. 1 et 3 *chartularius et cubicularius* Iustiniani imp. dicitur: ut et Gratiosum, qui antequam ducis dignitatem esset adeptus, chartularius fuerat, apud Anastasium Biblioth. in Stephano IV pp., et Maurentium, qui

vir magnificus appellatur apud S. Gregorium M. l. 1 epist. 4. v. Pachym. l. 1 c. 9. de chartulariis ecclesiasticis erit alius dicendi locus.

p. 132 v. 20. *Στέφανον τὸν Ἰατζᾶ παῖδα*] Perperam hoc loco Cinnamus Stephanum, qui tum Graecis et Manuëli militabat, Geizae filium fuisse scribit, cum illius frater fuerit, ut ipsemet agnoscit l. 4, et testantur diserte Radevicus l. 3 c. 12 et Guntherus l. 6 Ligur. ex quibus docemur, Stephanum, cum a fratre, ex affectati regni suspicione, ad Fredericum imp. profectus esset, ab eo per Venetias in Graeciam transmissum, cum litem inter fratres dirimere non potuisset. Guntherus:

at rex huic finem nequiens imponere liti,
cum maiora premant privatae pondera curae,
distulit et iuvenem Veneti per stagna profundi
providus Argolicam servandum misit ad urbem.

his consentit Nicetas l. 4 n. 1. sed de Stephano agetur rursum infra.

p. 135 v. 1. *Μαρίαν*] Fredericus imp. repudiata et remissa propter consanguinitatem Adela uxore, Diepoldi Hocburgensis marchionis filia A. 1152, ut habet Conradus Usperg., aut sequenti, ut Chronicon Weingartense, ad alias nuptias animum adiecit, ob idque ad Manuëlem obtinendae Mariae, Isaacii sebastocratoris filiae, causa legatos misit. Otho Frising. l. 2 de Gest. Frid.: *rex quia non multo ante haec per apostolicae sedis legatos, ab uxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerat, pro ducenda alia pertractans, ad Manuëlem Graecorum imp. tam super hoc negotio, quam pro Guillelmo Siculo, qui patri suo Rogerio noviter defuncto successerat, utriusque imperii invasore debellando, in Graeciam legatos destinandos ordinat. sicque primatum suorum consilio, Anshelmus Hamelburgensis, et Alexander Apuliae quondam comes, sed a Rogerio cum ceteris eiusdem provinciae nobilibus ob suspicionem dominandi propulsus, eandem legationem suscipiunt.* de legatorum reditu agit idem Otho c. 20. Manuël post haec ad firmandum petitum connubium legatos ad Fredericum misit: sed is aliam sibi matrimonio iunxerat coniugem, cum ad illius praesentiam sunt admissi. idem c. 31.

v. 21. *ἐπὶ Ἰταλίαν ἰέναι*] Fredericum in Anconensi pago assecuti sunt Manuëlis legati. Otho Frising. l. 2 c. 23: *ibi in confiniis Anconae imperator castra ponens, Palaeologum, quod nos veterem sermonem dicere possumus, nobilissimum Graecorum, regalisque sanguinis procerem, et Maradocum egregium virum, ex parte principis sui Constantinopolitani venientes, muneraque non parva deferentes, obvios habuit. quibus auditis, causaque viae cognita, per aliquot dies secum detinuit. dehinc accepto principum, qui cum ipso erant, consilio, Guibaldum Corbeiensem simul et Stabulensem abbatem regalem, virum prudentem* P 454

ac in curia magnum, in Graeciam legatione ipsius ad regiae urbis principem functurum destinavit. eadem habet Guntherus Ligurini l. 5. Fredericus ipse in Epist. ad Othonem Frising.: *inde euntes versus Anconam, Palaeologum nobilissimum principem Graecorum, et Maradocum socium eius, cum ceteris nuntiis Constantinopolitanis obvios habuimus, qui ut in Apuliam iremus et hostem utriusque imperii Guillelmum potentia virtutis nostrae conterere vellemus, infinitam pecuniam nobis dare spoponderunt. quia vero militia nostra propter multos labores et bella nimis attrita fuit, placuit magis principibus redire, quam in Apuliam descendere.* adde Radevicum l. 3 c. 20 et Willel. Tyrium l. 18 c. 7.

p. 136 v. 4. *Βασσαβίλας*] Fuit is Robertus de Bassavilla, qui Falcando, Petro Blesensi Epist. 10, Bonfilio Constantio, Fazello et aliis comes Loritelli vulgo indigitatur, Willelmi regis amitae filius, quam Gillam vocat Philadelphus *Mugnos* in Geneal. Sicil. Nobil. nupserat illa, ut idem scriptor ait, Roberto cognomento *Zamparroni*, nobili Normanno comiti Conversani, cui Rogerius rex castellum *di Sacca* concessit. ex his nuptiis natus Robertus de Bassavilla, qui ut auctor est idem *Mugnos* coronationi Willelmi Panormi interfuit, vir ceteroquin in regno potentissimus, qui adscitis Roberto de Surrento Capuano principe, Andrea comite Rupiscaninae, ceterisque nobilibus, quos Rogerius rex, ipseque Willelmus in exilium egerant, *utrumque imperatorem*, ait Tyrius l. 18 c. 2, *Romanorum videlicet et Constantinopolitanorum, alterum ore ad os, et manifeste, qui adhuc erat in Italia; alterum vero per literas, sed occulte, ad occupandum Siculi regnum sollicitabat.* Ioannes Berardi l. 4 Chron. Casauriensis: *mortuo rege Rogerio, Willelmus filius successit in regnum, vir mirae sapientiae et magnae virtutis, qui volens consanguineis suis bona facere, Robertum de Bassavilla comitem Loritelli fecit, eique totum comitatum illum et vicinas terras supposuit, et ex bono collato devotiorem existimavit.* et infra: *nec multo post Robertus, cui dominus rex Willelmus tot et tanta bona contulerat, seditiose agens contra dominum suum, maximam partem de regno eius pervasit, comites suae nequitiae et complices multos sibi associavit et ultra quam credi potest sublimia de se cogitans, in modico perturbavit.* Bassavillae exilii causam refert Hugo Falcandus, quod videlicet *ad regni subreptionem plurimum adspiraret, ipsumque regnum ad se iure diceret pertinere, eo quod Rogerius rex avunculus eius in quodam testamento suo praecepisse diceretur, ut siquidem Guillelmus eius filius inutilis aut parum idoneus videretur, Robertus comes, cuius virtus haud dubia erat, regno praeficeretur.* exstincto postmodum Willelmo, Margaretae reginae, Willelmi cogn. Boni Siciliae regis matris opera ab exilio revocatus est. adde

Alexandrum Mon. l. 5, Chron. Monasterii S. Barthol. de Carpineto, Rob. de Monte et Nicol. Trivettum A. 1155 1156 et 1163, Acta Alexandri III pp. apud Baron. A. 1169, Othonem Frising. l. 2 de Gest. Freder. c. 29 et Guntherum l. 5 Ligur., apud quos Robertus *Cavillensis comes* dicitur, perperam opinor, pro *Bassavillensis.* neque felicius, ni fallor, Chronicon S. Bartholomaei de Carpineto *de Tuttavilla* cognomen ei indidit: etsi in Normannia exstiterit illustris familia hacce appellatione: *hic autem* (Rogerius rex) *reliquit sibi successorem in regnum filium suum nomine Guillelmum, mandans ei ut Robertum de Tuttavilla filium sororis suae faceret comitem Loritelli.* familiae vero Bassavillensis in Normannia meminit Ordericus Vitalis l. 3 p. 479. at cui in hac dignitate successerit Robertus, non tradunt scriptores. nam ante illum comitatum Loritelli possedere proceres Normanni, qui a Gaufredo Capitanatae comite, Guiscardi fratre, genus ducebant: nempe Robertus I Gaufredi filius, Robertus II Roberti I filius, et P 455
Guillelmus Roberti II filius. Guillelmi meminere aliquot tabulae A. 1137 quibus varia dona contulit ecclesiis Scyllacensi et Teatinae, in quibus *Loretelli comitem comitum* sese inscribit, meminitque Roberti parentis et Roberti avi sui. vide Petr. Diac. l. 4 Chr. Casin. c. 48 117; Guillelmi igitur bona, fortassis ob rebellionem aut iure caduci, Rogerio regi cessere, atque inprimis Loretellensis comitatus, quem Roberto de Bassavilla ex patris praecepto Guillelmus I Siciliae rex concessit: ex quo ille *dei et regia gratia palatinum comitem Loretelli et Cupersani, filium et haeredem domini Roberti Cupersanensis comitis, et dominum civitatis Bivini* sese inscripsit, ut colligitur ex diplomate A. 1179, quod descripsit Ughellus tom. 8 Italiae Sacrae p. 359. genus porro ducebat Robertus de Bassavilla a comitibus Conversani, Normannicae gentis, proindeque a Gaufredo comite Conversani, Roberti Guiscardi ex sorore nepote, de quo Malaterra l. 1 c. 10 39 l. 2 c. 39 40 l. 4 c. 4, Ordericus Vital. l. 7 p. 645 l. 10 p. 780 et Will. Gemetic. l. 8 c. 14. sed de comitibus Conversani quaedam attigimus in notis ad Alexiadis p. 388, agemusque pluribus in Familiis Normannicis. ceterum id observatione dignum videtur, comites Loretelli, non modo *comites palatinos*, sed et *comites comitum* sese inscripsisse: ex quibus conficitur illustri hac dignitate donatos fuisse a principibus Normannicis, ut essent qui in his provinciis et ditionibus, quas bello acquisierant, uti in Francorum regno et Alemannico imperio ea tempestate observatum annotavimus in dissert. 14 ad Ioinvillam, cum suprema auctoritate in eorum palatiis ius dicerent. proindeque cum ceteros comites ex istius dignitatis praerogativa praecellerent, *comites comitum* appellabantur, ut apud Gallos nostros comites Campaniae, sese *Francorum comites* inscribebant. hac vero dignitate gaudebant primi Loretelli comites. nam Robertus I in charta A. 1095 apud Ughellum

in Episc. Teatinis n. 16 *comes comitum:* Robertus II in alia A. 1115, quae habetur in Chronico Monasterii S. Sophiae Benevent. *comes comitum de Lauratello*, et *palatinus comes* in charta A. 1125 apud Ughellum tom. 8 p. 357; denique Guillelmus, *Loretelli comes comitum*, apud eundem Ughellum in Episc. Teatin. n. 21 inscribuntur.

p. 137 v. 3. *Πεσχάραν*] *Piscaria*, *Pescara* hodie, arx munitissima in Samnitibus, inter Atriam et Ortonam, in ostio fluminis cognominis in mare Adriaticum influentis, veteris oppidi Aterni fundamentis inaedificata, quod Aternum fuisse aiunt. huius meminit Paulus Diac. l. 2 Rerum Langob. c. 20.

v. 4. *ὁ μαθὼν ὁ Παλαιολόγος*] Expeditionem Graecorum Italicam, quam obiter attigit Nicetas l. 2 c. 8, fusius prosecuti sunt Falcandus, Otho Frising. l. 2. c. 29, Will. Tyrius l. 18 c. 2 7 et 8, Rob. de Monte A. 1155 1156, Chronicon Ceccanense et Chronicon Pisanum A. 1156 et 1157, Radulfus de Diceto in Imag. Hist. A. 1156. addit Stero caesa in ea 40 millia Graecorum.

v. 7. *Βεστίαν*] *Vescia*, non *Voscia*, ut praefert editio, urbs in confinibus Campanorum et Hirpinorum, inter Abellam et Vesuvium, *Besti urbs* apud Leon. Ost. l. 3 c. 13. vide Cluverium l. 3 Italiae Antiquae et Ughellum tom. 7 Italiae Sacrae p. 1178.

v. 17. *Φλαβιανή*] Flavianum forte oppidum in Samnitibus circa littus haud procul Turdino.

p. 140 v. 21. *ἐς ἔδαφος*] Atque id postmodum causae fuit, cur Willelmus recepta Bari, castelli sui, quod a Barensibus diru-
P 456 tum fuerat, ruinas intuitus, Barenses sic allocutus sit: *iusto*, inquit, *vobiscum agam iudicio: et quia domui meae parcere noluistis, certe nec ego vestris sum domibus parciturus.* quod et factum est: muris enim primum aequatis solo, totius insecutum est excidium civitatis. Barim porro Graecis ademerat iam olim Guiscardus, ut est in Chronico Casin. l. 3 c. 44.

p. 141 v. 2. *Τρᾶνιν*] Urbs nota in ea ora *Trani* hodie fere diruta.

v. 3. *Γιβενάτζιον*] Iuvenatium in Apuliae Peucetiae ora maritima, 12 m. a Bari, hodie *Giovenazzo*.

v. 4. *Ῥιτζάρδος*] Fuit hic Ricardus Andriae comes, Willelmi regis partibus addictus. proinde vix simile videatur vero illum esse qui a Roberto de Monte A. 1155 *Richardus de Linges comes Andriae* nuncupatur, cum Robertum Bassavillam is secutus sit. deinde Richardus, cuius meminit Robertus, non Andriae, sed Andri insulae comes fuit, si qua fides eidem haec A. 1145 scribenti: *rex Rogerius Siciliae Tripolitanam provinciam in Africa super paganos cepit. in hac expeditione fuit et multum profuit Richardus de Linghenc, miles optimus, qui nuper de Baiocensi comitatu illuc perrexerat, et a rege Rogerio comitatum Andri insulae, quam nuper idem rex super imperatorem*

Constantinopolitanum ceperat, dono acceperat. at Richardus a Cinnamo memoratus *Antro* seu Andriae oppido in Salentinis imperavit, quod *Roca* et *arx Antra* videtur appellari in Chronico Casinensi l. 2 c. 78. vide notas ad Alexiadis p. 117.

p. 141 v. 12. *καντζιλερίῳ*] Ansquetino, Willelmi regis cancellario, qui Beneventum ab Adriano pp. occupatum obsedit, uti narrant Tyrius et Chronicon Ceccanense seu Fossae novae, A. 1155 Anscotinum vocat Hugo Falcandus.

v. 21. *Βουνὸς*] *Buno* hodie.

p. 142 v. 5. *Βαρλὲτ*] Barolum, Barletta hodie, prope Tranim, de qua Ughellus tom. 7 Ital. Sacr. p. 1195.

p. 145 v. 13. *Μονόπολιν*] Urbs in Apulia Peucetia, veteribus incognita, pulchritudine, splendore, civilitate ac aedificiorum magnificentia nobilis, licet non magna, inquit Leander Albertus.

p. 146 v. 17. *Ῥώμης ἀρχιερέως*] Adriani II.

p. 147 v. 19. *Βουτούταν*] *Bitonto*, urbs episcopalis inter Rubos et Barium, Antonino *Budruntus* vel *Butuntus.*

p. 148 v. 9. *Μαλφέτον*] 3 m. ab Iuvenatio, in ora maritima, vulgo *Malfetta* et *Melfatta.*

p. 150 v. 18. *Μοντοπολοῦς*] *Monspelosus*, civitas quam Bradanus fluvius alluit, hodie *Montepeloso.*

v. 19. *Γραβίναν*] *Gravina* civitas Apuliae Peucetiae, haud procul a Matera, ducatus titulo hodie insignis.

p. 151 v. 7. *τῷ Παλαιολόγῳ*] De morte Palaeologi Otho Frising.: *mortuus fuit ibi Palaeologus et ad terram suam deportatus.*

v. 10. *ἀποθρίξασθαι*] Locus satis intricatus, quem sic concipiendum putavi, ut Palaeologus morti iam proximus, ceterorum Graecorum more, coma detonsa, angelicum et monachicum habitum induerit, seu *τὰ τρίχινα*, id est, *τὰς ἐκ τριχῶν κατεσκευασμένας ἐσθῆτας*, uti vocem hanc interpretatur Basilius Caesar.; quae *τριχίνια ἐπικαλύμματα* et *ἄμφια* dicuntur auctori Vitae S. Theophanis Confess. n. 12 et 14, *χιτώνια τρίχινα* auctori Vitae S. Eupraxiae Virg. n. 6, *τρίχινα* simpliciter in Actis S. Abrahamii n. 4 et 24, *ῥάκια ἀσθενῆ καὶ τρίχινα* Maximo Tyrio Serm. 41 et Gregorio in Vita S. Basilii iunioris. S. Athanasius in Vita S. Antonii: *τὸ ἔνδυμα εἶχεν, ἔνδον μὲν τρίχινον, ἐπάνω δὲ δερμάτινον.* idem S. Antonii extrema verba enarrans: *Σεραπίωνι ἐπισκόπῳ δότε τὴν ἑτέραν μηλωτήν, καὶ ὑμεῖς ἔχετε τὸ τρίχινον ἔνδυμα.* ubi quidam codices habent *τρύχινον*, id est *τὸ τετρυμμένον ἱμάτιον*, vestem P 457 attritam, quales sunt vestes monachorum, *τρύχινα ῥάκη*, quae *διέφθορα καὶ ῥακώδη ἱμάτια* Ignatio Diacono in Vita S. Nicephori Patr. Cp. c. 13, aliis *ῥάκη* nude dicuntur, ut Pachymeri l. 4 c. 7 et 10 et ceteris passim. sunt enim *ῥάκη* Hesychio *ἀποσκορακίσματα καὶ ἀποσπάσματα.* vetus interpres Moschionis: *ῥάκη, laenae.*

inde *Rachanas* confecere Latini scriptores aevi inferioris. Glossar. Aelfrici: *Ragana* (leg. *Racana*), *under Hwitel*, id est, interior laena. occurrit porro haec vox apud Ennodium l. 9 ep. 17, D. Gregor. l. 9 ep. 75 l. 12 ep. 16, Anastas. Biblioth. in Vita S. Ioann. Eleemosyn. c. 9 n. 52. *Rachinae* dicuntur in Regula Magistri c. 81 et S. Audoeno l. 2 Vitae S. Eligii c. 37, Baudoniviae in Vita S. Radegundis c. 4 etc. porro *trichinam vestem* tribuit S. Ioanni Bapt. Cyprianus seu auctor libri de Coena Domini: quam alii Cilicinam vocant. Avitus l. 4 Poemat. ut ceteros omittam:

mollibus abiectis Cilicum dant tegmina setae.

hac passim usos monachos constat, etsi ab ordinario monachorum habitu Cilicium reiiciat Cassianus l. 1 Instit. c. 1 dicens *sapere superbiam, et nullum corpori conferre emolumentum, impedire item laborantem, neque suo tempore in usu fuisse, nisi apud paucos.* vide Haeftenum l. 5 Disquis. Monast. tract. 3 disq. 8.

p. 152 v. 11. *Μασαύραν*] *Masafra* 3 m. a Tarento, iuxta flexum ad aquilonem Tarentini sinus, in Apennino exiguum, sed munitissimum situ naturaque loci castellum.

p. 159 v. 8. *Ὀστούνιον*] Urbs Apuliae Peucetiae parvo in colle sita inter Molam et Conversanum ex Oriente, *Ostuni* hodie.

v. 10. *ἣ δὴ Τεμέση*] Temesae, Temessae, et Tempsae vetustissimae in Bruttiis urbis et apud scriptores celeberrimae appellationem et situm quaerunt hodierni geographi: solus, quod sciam, Cinnamus vetus esse Brundusii nomen contendit: sed an probabilis videatur sententia, quivis colliget ex iis quae de Temesa habent Leander Albertus in Descr. Ital., Cluverius l. 4 Italiae Antiquae c. 15 et Ortelius in Thesauro Geogr.

p. 160 v. 18. *οἱ γὰρ πάλαι*] Vetus auctor anonymus de Re militari: *rectores superioris vitae non otiosis opibus, sed condendis potius moenibus laetabantur, in quorum decorem universam auri argentique materiam conferebant.*

p. 161 v. 15. *Ἀλίτζιον*] Elysium forte, etsi in iis oris nullus mihi huiusce appellationis occurrit locus.

p. 165 v. 1. *Ἀλέξιος*] Alexius Bryennius seu Comnenus, Annae Caesarissae ex Nicephoro Bryennio filius. v. stemma Comnen.

v. 8. *Ῥομπέρτος*] Robertus de Bassavilla. Tyrius de Willelmo rege: *ubi statim circa Brundusium, fugiente comite Roberto, primo marte Graecorum fudit copias et attrito penitus eorum exercitu duces eorum captos vinculis mancipavit.*

v. 13. *ἐκ Μάρκας πόλεως*] Equites intelligit ex Marca Anconitana seu Ancona ipsa Manuëli submissos. quippe Anconitani, ut infra innuit Cinnamus, Graecorum foederati erant.

p. 168 v. 13. *ἔπειτα Σικελοὶ τῷ πλήθει* etc.] Falcandus coaevus de Siculorum victoria sic scribit: *multiplicato dehinc*

exercitu (rex Willelmus) *Brundusium venit, ubi cum Graecis conflicturus, ad pugnam iubet milites expediri. Graeci vero ubi comitis Roberti, cuius praestolabantur adventum, vident se defraudatos auxilio, quod unicum restabat consilium, fortunam eligunt experiri. anceps in principio pugna fuit: inde Graeci non valentes amplius hostiles impetus sustinere, fusi caesique sunt, magna pars eorum cum ducibus suis Panormum transvecti.*

p. 170 v. 17. *Ἀνδρέαν*] Andream comitem Rupiscaninae, P 458
qui tandem concessit Constantinopolim, possessionibus suis exutus. v. Tyrium et Chronicon Ceccan. A. 1161. de Andrea agunt praeterea Falcandus p. 650 et Otho Frising. l. 2 de Gest. Frid. c. 23 et 29.

v. 20. *ὁ Ῥώμης ἀρχιερεὺς*] De inita Adrianum inter et Willelmum pace fuse Baronius ex Actis Adriani.

p. 171 v. 6. *ἐπιτιμίῳ τὸν δῆμον καθυποβάλλει*] *Castigat populum*, ita vertit Tollius: sed aliud est *ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλειν.* est enim *ἐπιτίμιον* in conciliis passim, seu *ἐπιτιμία*, uti vox haec effertur in concilio Antiocheno non semel, poena ecclesiastica, quae delinquenti ab episcopo aut sacerdote imponitur: *poenitentias* eiusmodi poenas vocamus: *fit etiam*, inquit Alcuinus lib. de Divinis Offic., *propter peccata emendanda, ecclesiasticus rigor, correptio, excommunicatio, de ecclesia exclusio, leges poenitentiae, anathematizatio.* Anastasius bibliothecarius ad Act. 1 octavae synodi: *epitimia multi quidem increpationes interpretantur, sed ista, et multis in locis pro poenis ponunt, quas ecclesia unicuique pro qualitate culparum praecipit observandas, ut puta ieiunia, fletum, abstinentiam ciborum, genuflexiones et his similia.* ad Act. 10: *epitimium, increpationem vel inductam poenam pro culpis*, quae omnia firmantur verbis Actionis 2 eiusdem concilii: *τὰ ὁρισθέντα ἐπιτίμια πᾶσι τοῖς περιπεπτωκόσιν ἀναγνωσθήτωσαν. καὶ λαβὼν Στέφανος νοτάριος ἀνέγνω. ἔστω τὸ ἐπιτίμιον τῶν μὲν κρεωφαγούντων ἀποχὴ κρέατος, τυροῦ καὶ ὠοῦ· τῶν δὲ μὴ κρεωφαγούντων τυροῦ καὶ ὠοῦ καὶ ἰχθύος* etc. differebat igitur *ἐπιτίμιον* ab excommunicatione, etsi interdum generatim pro quavis poena ecclesiastica etiam pro ipsa excommunicatione sumatur. Ioan. Diaconus l. 2 Vitae Sancti Gregorii c. 45: *tristatus est, quia antequam exiret de hac vita, non solvit eum ab excommunicationis epitimio.* certe hoc Cinnami loco excommunicationem innui puto, ut hoc Pachymeris l. 3 c. 25, ubi de patriarcha Constantinopolit. a quo sacris interdictus fuerat Michaël Palaeologus imperat.: *καὶ ἐγγὺς ἦλθε τοῦ κινδυνεύειν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπιτιμίαν, ὡς τοῖς πραχθεῖσι μεσολαβήσας ἐκεῖνος*, et l. 9 c. 2: *οὐκ ἄξιον λεγόντων οὕτως ἐπὶ τοσούτων τῷ ἐπιτιμίῳ συνίσχεσθαι.* ita apud Theodorum Studitam in Cathech. *ἐν ἐπι-*

τιμίοις ὑποπεπτωκότες dicuntur excommunicati, ubi perperam Livineius *suppliciis multatos* interpretatus est.

p. 171 v. 6. μηδὲν μέσον εἶναι] Ita reposuerunt operae, cum editio Tolliana μηδὲ μετὴν εἶναι praeferret et versionem suo marte interpolarunt. sed mallem pro μετήν legere μέν, eaque verba sic interpretari: *nullum ius esse inquiens novae Romae in veterem, cum eae iam olim ab invicem divulsae sint.* [recte cod. μετόν. Mke.]

v. 16. ἐπὶ ξύλου τινὸς] Videtur id militaris supplicii innuere hoc loco Cinnamus, quod vulgo *estrapade* vocant nostri, Itali *strappata*, quo, qui deliquit, miles in excelsiorem stipitem trochlea attollitur, moxque laxato fune cum impetu aliquo demittitur. vocis Gallicae etymon ab *estreper* videtur posse deduci, qua utuntur Stabilimenta S. Lud. l. 1 c. 26 et 28 *vignes estreper*, i. vineas exstirpare, seu quod reus a terra veluti exstirpetur et extrahatur et in altum tollatur, seu quod deiectionis impetus membra laxet suisque sedibus ossa eximat avellatque. Willelmus Thorn. A. 1264: *nec licebit cuiquam — domum vel arborem — strepare vel eradicare.* non insulse etiam ab Anglico *strep* etymon duci potest, quae vox *corrigiam* sonat, unde *strepa*, scandula equestris, nomen apud Latinos aevi medii sumpsit: quod corrigia circa pectus circumducta reus in altum educatur. utut sit de vocis origine, constat non re ipsa, sed in speciem, seu ut vulgo dicimus, *en effigie*, id supplicii passum nobilem istum qui
P 459 sese ad summum pontificem contulerat, confecta in eum finem cataphracti equitis effigie, quam una cum equo ipso, in altum fune elatam, postmodum eo laxato, ad terram demisere. neque id inusitato nostris iniuriae genere in absentem, ut ipsis videbatur, reum saevierunt Romani, dum eodem damnavere supplicio rei imaginem, quod reus ipse, si adfuisset, reapse fuisset subiturus. cuius quidem iniuriae exemplum haud facile reperire est in tota historia Graeca et Latina (licet hodie in reis absentibus iudicatis passim observetur) praeterquam apud Trebellium Pollionem in 30 Tyrannis, ubi ait Siccenses *novo iniuriae genere imaginem Celsi tyranni in crucem sustulisse, persultante vulgo, quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus.* sane videtur paene idem fuisse *strapata* cum trochlearum supplicio, quo in Christianos martyres saeviebant imperatores gentiles, de quo Gregorius Turon. l. 5 Hist. c. 19 et Passio SS. Bonosi et Maximiani apud Francisc. Bivarium in Addit. ad Pseudochron. Marci Maximi. de eo etiam pluribus agit Gallonus l. 1 de Torment.

p. 172 v. 1. παλαιοτέροις ἀρχείοις] In Blacherniano palatio, in quo Manuël bella a se gesta summo cum artificio depingi curaverat, uti narrant Nicet. l. 7 n. 3 et Beniaminus Tudel. in Itiner. p. 26 edit. Const. *L'Empereur.*

p. 175 v. 18. *καὶ τὰ πιστὰ*] Falcandus horum temporum scriptor: *per idem tempus cum imperatore Graecorum foedus initum est, paxque firmata: Graeci Constantinopolim dimissi, qui post Brundusinum bellum in vinculis tenebantur.* nec diu stetit pax illa, ut auctor est Nicetas l. 2 n. 8.

v. 20. *καὶ ῥῆγα*] Regem Willelmum non creavit, sed agnovit Manuël: cum ante hoc foedus pro tyranno et provinciarum imperii usurpatore haberetur.

v. 22. *τὸν ἀδελφὸν*] Errant qui putant hoc loco Tancredum intelligi a Cinnamo, qui exstincto Willelmo Siciliae regno inhiaverit, hoc fulti fundamento, quod Willelmus Brito l. 4 Philippid. Willelmi II avunculum seu potius patruum Tancredum facit, Hieronymus Blanca et aliquot alii regis Rogerii filium. verum cum certo certius constet Tancredum Rogeri quidem filium fuisse non regis, sed Apuliae ducis, ipsius Rogeri regis filii primogeniti, ut ipsemet in variis diplomatibus quae exstant apud Ughellum tom. 9 Italiae Sacrae p. 66 100 103 etc., in quibus *Tancredus domini ducis Rogerii bonae memoriae filius dei et regia gratia comes Licii* inscribitur, quod etiam habent Falcandus, Richardus de S. Germano, Hovedenus, Bromptonus, Uspergensis et alii, et exstinctos praeterea patre superstite Rogeri liberos legitimos praeter Willelmum tradant scriptores, multo probabilius videtur, Simonem Rogerii regis filium nothum innuere Cinnamum, qui, quod Tarentinus principatus sibi a parente testamento concessus, ablatus fuisset a Willelmo fratre, in eum coniuravit cum Mathaeo Bonello, sedatisque illis post haec tumultibus dataque Bonello impunitate, ceteri, quos inter fuit Simon, galeis seu triremibus, quae sufficerent ad id assignatis, extra regni fines salvi et incolumes perducti sunt, uti narrat idem Falcandus: qua tempestate Simon, ut est simile vero, Cpolim concessit.

p. 176 v. 11. *Ἰαγουπασὰν*] Masuti Iconiensis Sultani gener, Amasiae, Ancyrae et Cappadociae dominus. Nicetas l. 3 n. 5.

v. 14. *ἥν τις Λευιτῶν*] Totam hanc controversiam de rebus theologicis habent Nicetas in Man. l. 7 n. 5 et lib. 4 et 22 Thesauri Orthod. Fidei, ut et Leo Allatius in Excerptis variis et l. 2 de Eccl. Occid. et Orient. perp. consens. c. 12 n. 5.

v. 19. *Μιχαὴλ*] Erat Michaël Thessalonicensis magister rhe- P 460
torum, *διδάσκαλος τῶν εὐαγγελίων*, et protecdicus magnae ecclesiae: Nicephorus vero Basilaces *διδάσκαλος τῶν ἐπιστολῶν*, quae erant dignitates in ecclesia Cp., Soterichus denique Panteugenus *ὑποψήφιος τοῦ πατριάρχου*, i. patriarchae Antiocheni suffraganeus, quod de Graeco, titulo tenus, patriarcha intelligendum. quamdiu enim Antiochia in potestate Latinorum fuit, habuerunt Graeci suos patriarchas Antiochenos solo, ut dixi, nomine, cum in ipsa Antiochia Latini patriarchae sederent, qui Graecos patriarchas in ea pedem figere non sinebant, ut auctor est Balsamon ad

can. 16 Synodi Antioch. v. Cinnamum p. 211, Nicet. in Isaac. l. 1 n. 4 et Baron. A. 1178 ex Georgii Corcyr. epistola.

p. 176 v. 20. *ῥητορικῆς καθηγητῆς*] Michaël magister rhetorices fuit seu, ut tum eam dignitatem vocabant, *μαΐστωρ τῶν ῥητόρων*, qua donatus legitur Eustathius, postmodum Thessalonicensis episcopus, in epistola praefixa scholiis in Dionysii *περιήγησιν* ab eodem editis. ita enim idem Michaël etiam indigitatur in illius confessione, quam habet Allatius loco citato in haec verba: *Μιχαὴλ τοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, διδασκάλου τῶν εὐαγγελίων, καὶ πρωτεκδίκου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἡ περὶ τὴν τελευτὴν ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐφ' οἷς προσέπεσε* etc., quas quidem Michaëlis dignitates his expressit verbis Nicetas: *Μιχαὴλ τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν καὶ τὸν εὐαγγελικὸν ἀναβαίνων ὀκρίβαντα.* proinde idem qui *ῥήτωρ τῆς ἐκκλησίας* dicitur Pachymeri l. 4 c. 14, l. 10 c. 12. magistri vero rhetorum munus erat sacras interpretari scripturas, siquidem eadem fuit *ῥήτορος* dignitas. Codinus de Offic. c. 1 n. 22: *ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς γραφάς.* diversus porro fuit magister rhetorum a catechista, qui *κατηχητής* dicitur in Catalogis Officiorum ecclesiae Cp. a Goaro et Medonio editis, cuius munus fuit *κατηχίζειν τὸν λαὸν καὶ πάντας ἐρχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν*, ad haec etiam baptizatorum curam habere. cum vero essent plures qui rhetoricum seu concionatorium munus obibant, qui iis praeerat *magister rhetorum* dicebatur seu ut vocatur a Cinnamo *ῥητορικῆς καθηγητής*, quod idem sonat. nam *καθηγητής* idem est ac *praeceptor* in veteri gloss. cap. de Ludo Literario. Papias, *catigeta*, *doctor*, *rhetor*. S. Anthelmus in Monost.:

vita aliena tuae tibi sit cathegeta vitae.

id est magistra. Acta S. Artemae Mart. n. 3: *dum cathigeta ipsius secundum artem magisterii — ad secularium literarum dogmata illum introduceret,* ubi Bolandus perperam nomen proprium esse censuit. neque felicius *cartigeris* restituit pro *cathigetis* apud Bonitum subdiaconum in Vita S. Theodori ducis, uti ms. praeferebat: *verumtamen ceu a solertissimis cathigetis talium figmenta fuerunt deprehensa.* Gotselinus Bertinianus monach. in Vita S. Augustini episc. Cantuar.: *dat etiam liberalissimus catigeta in ipsa dilecti discipuli ordinatione dulcissimum pignus — dilectionis suae.* Martyrium S. Niconis §. 15: *ἔχοντες καθηγητὴν τὸν Νίκωνα* etc. alias *καθηγηταί* dicuntur rectores ecclesiarum seu episcopi in Codice Canonum ecclesiae Africanae c. 53, quod toti suae plebi praesint.

v. 21. *τῶν εὐαγγελίων ῥητὰ*] Utraque dignitate ecclesiastica et magistri rhetorum et *διδασκάλου τῶν εὐαγγελίων* insignis fuit Michaël Thessalonicensis, ut ex ipsius confessione et Niceta colligitur. huius postremae dignitatis munus erat *ἑρμηνεύειν*

τὸ εὐαγγέλιον, ut est apud Codinum c. 1 n. 19, seu *διεξηγεῖσθαι τὰ ἱερὰ τῶν εὐαγγελίων ῥητά*, ut habet Cinnamus. cum vero plures essent *διδάσκαλοι* in ecclesia Constantinopolitana, nempe *διδάσκαλος τοῦ εὐαγγελίου*, *διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου* et *διδά-* P 461
σκαλος τοῦ ψαλτηρίου, *διδάσκαλος* simpliciter et *κατ' ἐξοχήν* dicebatur is qui evangelia interpretabatur. Catalogus Goari et Medonii: *ὁ διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, εἰ δυνατός ἐστι, καὶ τὸ ψαλτήριον, κρατῶν καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς*, unde colligitur *doctorem evangelii* interpretatum esse interdum etiam psalterium praefuisseque scholis patriarchalibus. Basilacius vero *διδασκάλου τῶν ἐπιστολῶν* dignitatem habuit, ut auctor est anonymus Allatianus, qui *διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου* dicitur Codino: et cuius officium describitur a Niceta hisce verborum ambagibus: *ὁ Βασιλάκιος Νικηφόρος τὰς τοῦ Παύλου ἀναπτύσσων ἐπ' ἐκκλησίᾳ ἐπιστολάς, καὶ διαλευκαίνων τῷ τῆς καλλιρρημοσύνης φωτί, ὅσαι τῶν ἀποστολικῶν ῥήσεων τῇ ἀσαφείᾳ ὑπομελαίνονται, καὶ τῷ βάθει τοῦ πνεύματος ἐπιφρίσσουσι.* eiusmodi doctorum in ecclesia munus perantiquum fuisse colligitur ex S. Cypriano epist. 24, ubi *doctoris audientium* seu catechumenorum meminit. Passio SS. Perpetuae et Felicitatis: *vidimus ante fores Optatum episcopum ad dexteram et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram.* de doctoribus catechumenorum agit etiam Amalarius Fortunatus l. 1 de Offic. Eccl. c. 19. vide Balsamonem *περὶ διδασκάλων* in iure Graeco-Romano l. 2 p. 143.

p. 177 v. 5. *Ἰωάννου τοῦ θεολόγου νεών*] Intelligit, ut reor, templum istud quod ad Hebdomum exstructum erat, D. Ioanni evangelistae sacrum, de quo Anna l. 3, Constantinus in Basil. c. 63, Scylitzes et Glycas in Bulgaroctono, aut illud fortasse, quod ad Castrum Rotundum statuit Guillelmus Biblioth. in Adriano II.

v. 16. *οὔπω ἔτι ἐκεχειροτόνητο*] Auctor anonymus apud Allatium loco citato de eodem Soteriche: *Σωτηριχὸς ὁ Παντεύγενος ὑποψήφιος τοῦ πατριαρχείου Ἀντιοχείας.* eiusmodi electos *ὑποψηφίους* vocabant Graeci nuperi. ita Bethleemitanum electum, qui Balduini Flandrensis electioni in imperatorem Constantinopolitanum interfuit, vocat Georgius Corcyrensis in Tract. de Communione et Theodosium Villharduinum in patriarcham Antiochenum electum Pachymeres l. 6 c. 5, cuius vocis vim expressit eodem loco idem scriptor, ubi de Theodosio: *ἤδη εἰς ψῆφον ὢν πατριαρχείου· ὁ γὰρ Εὐθύμιος ἐτεθνήκει τῆς Θεουπόλεως*, id est, qui electorum suffragiis ad eam dignitatem vocatus fuerat post Euthymii decessum: *ὑπὸ τόμῳ κοινῷ ἀνακηρυχθείς*, ut ait l. 4 c. 13, id est, *per decretum* factus episcopus, sed nondum *χειροτονηθείς* et consecratus. per decretum enim, quod *τόμον* vocat Pachymeres, fieri aut ordinari dicitur episcopus, qui postquam a clero et plebe legitime est electus, a metropolitano et epi-

scoporum consessu publice decernitur episcopus, facto postmodum electionis decreto, quod ab omnibus rite subscribitur. ita in Ep. Symmachi pp. 5 et 6 ad Caesarium Arelat. in Conc. Arvern. Can. 2, Aurelian. IV Can. 5, Aurelian. V Can. 11, apud Liberatum Diac. c. 20 etc. eiusmodi vero decreti formula exstat in Ordine Romano. alii porro sunt apud nos *suffraganei*, etsi nomen idem sonet ac ὑποψήφιος. interdum enim dicuntur titulares illi episcopi, quos Germani ab initiando et consecrando vocant *Weihbischof*, qui sunt episcoporum adiutores et in episcopalibus functionibus cooperatores et vicarii, qui episcopis aut infirmis aut absentibus *suffragium et ecclesiae iis commissae custodiam debitam et canonicam exhibent*, donec convalescant aut redeant, ut est in Capitulis Caroli C. tit. 10 p. 94, atque inde passim vicarii in quovis exsequendo munere, *suffraganei* dicuntur apud Udalricum in Consuetud. Cluniac. p. 75 139 171 174 203. praesertim vero ita vulgo appellantur episcopi, qui metropolitano alicui subsunt, tum quod a metropolitano ad synodum vocati suffragii ius in ea habent, tum quia non nisi metropolitani suffragio
P 462 consecrari poterant, inquit Gretzerus ad Philippum Eystetensem p. 230. vide v. c. Steph. Baluzium ad Epist. 81 Lupi Ferrar.

p. 178 v. 4. ἐπὶ Τερόζην] Willelmus Tyrius l. 18: *in partibus Ciliciae circa Tarsum erat quidam nobilis et potentissimus Armenus nomine* Toros, *qui domini imperatoris gratiam, eius efficiente inconstantia, frequentius demerebatur et incurrebat offensam. confisus enim de eo quod ab imperio remotus erat plurimum et quod in montibus arduis habebat domicilia, per plana Ciliciae praedam agebat et manubias, non veritus terram domini sui modis quibus poterat damnificare*, etc.

v. 15. Ῥενάλδῳ] De Raynaldi principis Antiocheni familia, nuptiis, liberis et gestis abunde dicimus in Famil. Hierosol.

v. 20. τὴν Κυπρίων] Quae causa Raynaldum impulerit Cyprum insulam invadendi, recitat eodem loco Tyrius: non solutas scilicet a Manuële belli, quod contra Torosum, ipsius Augusti praecepto, susceperat, pactas impensas et mercedes.

p. 179 v. 20. Ἀλέξιον μὲν] Expeditionem hanc Manuëlis adversus Armeniae et Antiochiae principes pluribus prosecuti sunt Nicetas in Man. l. 3 n. 1 et 3 et Will. Tyrius l. 18 c. 23 et 24. hanc etiam attigit Phocas, qui eidem interfuit et Manuëli meruit, in Descript. T. S. c. 24.

p. 180 v. 1. ἥλωτό τε] Tyrius: *tam subitus autem fuit imperialium exercituum adventus, ut praedictus Toros, qui Tarsi tunc morabatur, vix liberas ferias habuerit, ut ad montes vicinos gratia salutis se conferret.*

v. 10. Θωμᾶν] Thomam forte, Torosi ex sorore nepotem, qui eidem in principatum successit.

p. 181 v. 12. *Ἀντιοχείας ἀρχιερέως*] Ut pessime et contra dignitatis decus habitus sit ab Raynaldo Aimericus patriarcha Antiochenus, quave ex causa fuse narrat idem Tyrius l. 18 c. 1.

v. 20. *μέλιτι ἐπιχρίσας*] Tyrius: *quodque satis videtur abominabile, sacerdotem longaevum, Petri apostolorum principis successorem, virum aegrotativum et paene perpetuo infirmantem, nudo capite et melle delibuto, per aestivum diem in sole ferventissimo compulit sedere, nemine contra solis importunitatem praebente remedium vel gratia pietatis muscas abigente.* de eiusmodi supplicio vide Baronium ad 28 Iulii.

p. 182 v. 5. *ἐφεστρίδος ἱμάντα*] Perperam *vestis cingula*, ut et infra p. 187 vertit Tollius: his quippe verbis stapedum seu scandularum, quibus in equum quis tollitur, lora innuit Cinnamus. cum enim eques in equum insilit, teneri solent a stratore eiusmodi appensa sellae equestri lora, ne dum validius scandulae seu *stapiae* insistit, ipsa circumagatur sella: sic enim observo scandulas istas appellari in veteri inscriptione: *dum virgunculae placere cuperem, pes haesit stapiae et tractus perii.* at infimi aevi scriptores Latini *strepae* vocabulo usi non semel leguntur, pro *scandula*, non quod *strepa* scandula fuerit, sed ipsum quo illa innectitur lorum, a voce Saxonica *strep*, i. corrigia. proinde *strepam tenere* apud eosdem scriptores, quos infra laudabimus, proprie est *tenere lorum stapedis.* interdum etiam *stregam* aut *streguam tenere* dixerunt, ut Acta Hadriani IV et Alexandri III pp. apud Baronium, quae vox idem sonat ac *strepa*, a voce perinde Saxonica *streng*, i. chorda, funis, vinculum, ligula, lorum etc., uti observatum a Somnero: unde forte Italis *stregua* dicitur *equus sagmarius*, quod sarcinae equis istis impositae circumactis undique loris stringantur. utuntur denique scriptores *staphae* et *staffae* vocabulo eadem notione seu pro ipsa scandula, Radulphus de Diceto A. 1170: *cum autem rex et archiepiscopus secessissent in partem bisque descendissent, bis stapham rex tenuit archiepiscopo.* anonymus Salernitanus parte 4: P 463 *sellam super quam equitabat staffamque solitam ponebat. stapham* quasi *stapiam* dictam vult Vossius l. 1 de Vitiis Serm. p. 35. aliam originem vocabulo isti accersit Goropius Bekanus l. 2 Gallicorum p. 49. sed quidquid sit de etymo, constat inde *staffieros* ab Italis appellatos stratores, quod ad *staffam* stent, cum eques equum conscendit aut ipse incedit. nec mirum barbaris hisce vocibus usos esse passim scriptores recentiores, cum stapedum seu scandularum nullus fuerit apud veteres usus, uti pridem monuere Ioannes Tortellius, Galeottus Martius, idem Vossius, Salmasius, Sant-Amantius et alii. Graeci nuperi staphas *σκάλας* vocavere, ut Leo imp. in Tact. c. 6 n. 10, c. 12 n. 53, Mauritius in Strateg., Suidas, Eustathius, Codin. de Off. c. 3 n. 9 etc. *κλίμακας* Pachymeres l. 5 c. 27.

p. 182 v. 13. ἀφαιρεῖται μὲν] Idem Tyrius: *ad urbem Mamistram pervenit, ubi post multos circuitus cum summa ignominia et populi nostri confusione imperiali reconciliatus est excellentiae. nudis enim, ut dicitur, pedibus, indutus laneis, manicis usque ad cubitum decurtatis, fune circa collum religato, gladium habens in manu nudum, quem mucrone tenens, cuius capulum domino imperatori porrigeret, coram universis legionibus domino imperatori praesentatus est: ibique ante pedes eius ad terram prostratus, tradito domino imperatori gladio, tamdiu tacuit, quousque cunctis verteretur in nauseam et latinitatis gloriam verteret in opprobrium et in delinquendo et satisfaciendo vehementissimus.* mirum sane quomodo vir fortissimus quique tot egregie factis inclaruerat tantae se ignominiae et infamiae subiecerit.

p. 183 v. 14. Βαλδουῖνος] Ut ad imperatorem accesserit Balduinus III, Hierosol. rex, et principem Raynaldum eidem reconciliaverit narrat idem Tyrius l. 18 c. 24.

p. 184 v. 15. Στυπειώτης] Rem paulo secus refert Nicetas l. 3 n. 4 et a logotheta dromi, viro nefario, per invidiam et confictis calumniis, tamquam clandestina cum Willelmo Siculorum rege agitaret consilia, circumventum Theodorum Stypiotam tradit. ad Cinnamum accedit propius Radevicus l. 3 de Gest. Frid. c. 47, etsi aliter perinde historiam hanc describat: *circa idem tempus Manuële Cpolitano imp. circa partes Antiochiae contra Turcos cum exercitu morante, unus de servis palatii, caniclinus videlicet, quem nos cancellarium dicere possumus, principi suo fraudem molitus est. tres siquidem audacissimae temeritatis iuvenes infinita corruptos pecunia ad occidendum imperatorem pellexerat, ipseque statuta die quando id facinus patrari debuerat, ad occupandum apud urbem simul cum imperiali palatio imperium, magnis instructus copiis praestolabatur. tantum regis periculum cum imperatrici per occultum indicem revelatum fuisset, illa magnitudine sceleris perterrita, quam velocissime marito proditionem significat: sicque detecto dolo, comprehensis sicariis, praevento criminis auctore et capto, de omnibus condigne sumuntur supplicia. caniclinus etenim primo effossis oculis linguaque perforata gutturi transmissa sine miseratione miserabili morte vitam finivit.* de Theodoro Stypiota caniclino v. Cuiac. ad leg. 2 Cod. de Petit. bonor. l. 10.

p. 185 v. 2. πριμικήριον τῆς αὐλῆς] Pyrrhogeorgii istius, ut et dignitatis primicerii aulae qua insignitus fuit, meminit idem Cinnamus l. 2. at quale fuerit istiusmodi officii palatini munus certe ab illo unico scriptore docemur, praefuisse nempe tubicinibus imperatoriis, de quibus agit Codinus c. 5 n. 15 et c. 6 n. 20.

nam etsi non semel de hac dignitate sermonem ingerat idem scriptor, de functione ista silet. occurrit praeterea primicerius aulae apud Cantacuzenum l. 3 c. 32.

p. 185 v. 9. τῶν ἐπ' ἀδελφιδαῖς αὐτῷ γαμβρῶν] Tyrius: *statim in occursum ei ab eo diriguntur duo nepotes eius, fratres uterini, Ioannes videlicet protosebasto et Alexius protostrator, qui inter illustres sacri palatii primum obtinebant locum, cum maximo nobilium comitatu.* qui quidem Alexius protostrator filius fuit Ioannis Axuchi m. domestici et maritus filiae Alexii Comneni Ioannis imp. filii primogeniti. v. stemma Comnen. P 464

v. 15. ἔνθα καὶ βασιλεὺς] Nemini quippe equo insidenti in palatium licebat ingredi praeterquam ipsi soli imperatori. vide quae notamus ad Villhard. n. 111.

v. 18. ἕδραν δέ τινα χθαμαλὴν] Prosequitur Tyrius: *deinde ipsis eum ducentibus usque ad ostium tentorii, ubi dominus imperator cum suis illustribus residebat, cum multa gloria introductus, humanissime ab eo salutatus et ad osculum pacis erectus, secus eum in sede honesta, humiliore tamen, locatus est.* ita cum Amalricus Hierosol. rex Constantinopolim ad Manuëlem venit, *iuxta eum dominus rex throno sedit honesto, humiliore tamen* ait idem Tyrius l. 20 c. 24. v. Cinnamum p. 206.

p. 186 v. 12. ἐπὶ Τερόζην] Reconciliatus est pariter Manuëli Toros Armeniae regulus. rem narrat Tyrius loco citato.

p. 187 v. 10. εἰς δὲ τὴν πόλιν] Manuëlis in urbem Antiochenam summo cum apparatu ingressum describit etiam Nicetas. sed in primis audiendus hac de re Tyrius: *peracta igitur in Cilicia dominicae paschae solemnitate, transcursis diebus celebribus, versus Antiochiam exercitus dirigit et legionibus usque ad urbem applicatis pro foribus eius adstitit in infinita multitudine formidabili: ubi dominus patriarcha cum universo clero et populo cum textibus evangeliorum et omnimodo ecclesiarum ornatu obvius adfuit. rex quoque cum principe eiusdem loci et Ascalonitano comite cum universis tam regni quam Antiocheni principatus proceribus ei obviam exiens, cum summa gloria imperiali diademate laureatum et augustalibus decoratum insignibus cum tubarum stridore et tympanorum strepitu cum hymnis et canticis in urbem introducunt et usque ad cathedralem ecclesiam, ad basilicam videlicet apostolorum principis, deinde ad palatium cum eodem patrum et plebis prosecutione deducunt.*

v. 23. βασίλειον παραθέοντας ἵππον] Id ipsum praestiterat iam ante Raimundus princeps, cum Ioannes imp. Antiochiam primum ingressus est. Tyrius l. 15 c. 4: *perveniens igitur Antiochiam dominus imperator, cum filiis suis et familiaribus et militia non modica ad urbem ingressus, domino principe dominoque comite stratoris officium exsequentibus* etc.

p. 188 v. 7. ἐδικάσατο δίκην] Quandiu Manuël in urbe Antiochena moram egit, cessavit omnis principis Antiocheni iurisdictio, quae penes imperatorem esse de iure debuit tamquam superiorem dominum. Speculum Saxonicum l. 3 artic. 60: *in quamcumque civitatem imperii rex devenerit, ibi telonea vacabunt sibi et monetae. quamcumque etiam provinciam seu territorium intraverit, iudicium illius sibi vacabit et ei licebit iudicare omnes causas, quae coram iudicio non fuerant inceptae aut finitae.* eadem habet Wichbild Magdeburgense art. 8. erat porro haec potissimum feudorum, quae *reddibilia* et *iurabilia* appellabant, de quibus fuse ad Ioinvillam egimus dissert. 30, conditio, ut quotiescumque superior dominus a vassallo castrum sibi reddi *ad magnam aut parvam vim, irato aut pacato*, postularet, vassallus eo excederet et dominus superior seu, ut vocabant, capitalis, supremi in eo omnem dominatus iurisdictionem exerceret eoque nomine vexillum suum in celsiori castri turre erigeret ibique familiae suae symbolum per praeconem proclamari curaret, uti sat probavimus in ea dissertatione. conditioni vero
P 465 isti obnoxiam Ioanni imperat. Antiochiam agnoverat ex pacto Renaldus princeps, *praestito corporaliter sacramento, quod domino imperatori Antiochiam ingredi volenti, vel eius praesidium, sive irato sive pacato, liberum et tranquillum non denegaret introitum.* quo completo foedere *vexillum imperiale super principalem praesidii turrem* collocatum est, quod Tyrius narrat l. 14 c. ult. ita vidimus hac ipsa qua scribimus aetate regem nostrum Christianissimum Avenionem, ex summi pontificis patrimonio provinciae comitatus urbem ingressum 20 Mart. A. 1660 a consulibus et civibus ut dominum et provinciae comitem consalutatum et agnitum et quandiu in urbe moram egit, cessasse pontificiam iurisdictionem, regiam solam locum habuisse, regem praeterea carceri mancipatos donasse libertate et noxarum gratiam reis fecisse.

p. 188 v. 9. ἐπὶ Νουραδὶν] Eadem habet Tyrius c. 25.

v. 10. τὸν Σαγγέλη υἱέα] Tyrius: *inde missis nunciis ad Noradinum, qui forte Halapiae tunc erat, obtinet per legatos quemdam Bertrandum comitis sancti Aegidii naturalem filium cum quibusdam aliis concaptivis sibi dari. ipse vero postmodum non multo interiecto temporis intervallo revocantibus eum curis domesticis ad propria reversus est.* fuit Bertrandus Alphonsi Sanctaegidiani seu S. Aegidii vel Tolosae comitis filius nothus, qui exstincto parente apud Caesaream Palaestinae A. 1148 dum castrum quoddam comitis Tripolitani patruelis sui ingrederetur, dolo eiusdem cum sorore a Turcis captus est, uti narrat Robertus de Monte.

v. 12. τέμπλου μαΐστορα] Bernardus *de Tremelay* seu

de Tremblay, cuius meminit Tyrius l. 17 c. 21, erat hac tempestate magister templi.

p. 190 v. 2. τότε καὶ Βαλδουίνῳ] Id ipsum etiam de Balduino scribit Tyrius l. 18 c. 15 et quantum Manuël ipse in curando regis vulnere studium adhibuerit accurate enarrat.

v. 22. ἐπειδὴ γοῦν] Rem attigit Nicetas l. 3 n. 3.

p. 192 v. 1. βασιλείους φόρμιγγας] De tubis imperatoriis vide Codinum de Off. c. 5 n. 15.

p. 196 v. 12. Σολυμᾶς] Inter Iconiensis Sultani proceres primatum obtinens, ὁ τῶν παρὰ τῷ σουλτάνῳ τὰ μέγιστα δυναμένων κορυφαιότατος. Nicetas l. 3 n. 6.

v. 13. Πουπάκην] Qui alias in castris Manuëlis meruerat, Cinnamus p. 48 et 50.

p. 200 v. 2. Ἰαγουπασὰν] Istius expeditionis historiam habet etiam Nicetas l. 3 n. 5 et 6.

p. 202 v. 7. Εἰρήνῃ] Vide stemma Comnenicum.

p. 203 v. 2. Ἰατζᾶ δὴ] Geizae II Hungariae regi, Belae cognomento Caeci regis filio, duo fratres fuere, Vladislaus et Stephanus, totidemque filii, Stephanus et Bela. mortuo Geiza Stephanus filius, qui supremo parentis elogio rex dictus fuerat, omnium etiam calculis, plenis comitiis, approbatus est A. 1161. Vladislaus, Geizae frater, usurpata interim regia potestate, per 6 menses ea potitur, quo exstincto Kal. Febr. 1172 Stephanus Vladislai frater regnum invadit: sed a Stephano nepote victus et fusus statim postea in castello Zemlen Id. April. diem obiit, cuius funus subsecuta mox est Stephani nepotis mors sub 4 Non. Mart. A. 1173. duxerat Stephanus Geizae frater in uxorem Mariam Comnenam: Vladislaus oblatum sibi simile connubium abnuerat,
ne aditum sibi ad regnum, cui inhiabat, praecluderet. Stephanus P 466
denique senior propinato ab Hungaris veneno interiit, ut auctor est Nicetas. iunior pariter veneno vitam finivit, quod a fratre quem de terra eiecerat datum scribit Arnoldus Lubec. l. 2 c. 3. consulendi praeterea ad hanc historiam Thwroczius et Bonfinius, Nicetas l. 4 n. 1, Radevicus l. 3 c. 12, Guntherus l. 6, Stero A. 1160 et auctor Chronicae Austral. A. 1165.

v. 11. νόμος γὰρ] Immo ea lex in designando rege apud Hungaros vigebat, ut non filius patri succederet, sed qui e regia familia ad regnum ab universo nobilium coetu in comitiis evocaretur. ita Bonfinius A. 1165.

p. 204 v. 2. Πριμίσθλαβος] Idem videtur qui Rodoslaus dicitur Diocleati presbytero historiae Dalmaticae scriptori. is mortuo Draghihna patre regnum Serviae rexit, solo comitis titulo contentus, a Manuële imper. princeps dictus. *morto che fu adunque il re Draghihna, il conte Rodoslavo suo figlivolo maggiore, porto gran doni all' imperadore di Cpoli Emanuëlo, dal qual fu humanamente accolto, et gli diede nel possesso tutte le terre, che*

mai havesse tenuto il suo padre, e tornando Rodoslavo da Cpoli, commincio signoreggiare nelle terre sue insieme co' suoi fratelli Ivanisc et Valadimiro. certe Servios ea tempestate Manuëlem ut superiorem dominum agnovisse testatur praeterea Arnoldus Lubec. l. 2 c. 4.

p. 204 v. 8. *Βελούσην*] Quin ille sit cuius supra meminit Cinnamus p. 117 *Bela Ban*, nullus dubito. sed quod addit Belam hunc et Desem fratres fuisse Rodoslai seu Primislai, Diocleati scriptori coaevo, ut videtur, repugnat. is enim Dessam Urosci comitis, qui *Urus* Thwroczio dicitur, filium facit. quamquam Belam Dessae fratrem fuisse probabile est, cum utriusque parens Urus seu Uroscus fuerit. sic autem praedictam narrationem prosequitur Diocleates: *ma con successo di tempo si levarono alcuni maligni huomini, a loro inimici antichi, i quali ribellando da loro, condussero Dessa figlivolo d' Urosc, e gli diedero zenta, e Trebine, a Radislao et suoi fratelli resti il paese maritimo, con la citta di Cattaro, insin' a Scutari. la onde non cessava Radoslao co' fratelli ogni di combatere contra esso Dessa, et altri loro inimici, per ricuperare le provincie, che si gli erano ribellate, e conservare il restante del regno.*

v. 22. *Κλιτζιεσθλὰν*] Rem etiam narrat Nicetas l. 3 n. 5 et 6, ubi et terrae motus meminit.

p. 206 v. 19. *Λουκᾶς*] Quando Lucas Chrysoberges patriarchalem dignitatem adeptus sit, incertum. id tantum constat ex serie patriarcharum Constantino Chliareno successisse. hanc certe obtinebat A. 1166 ind. 4, ut ex Balsamone colligitur ad Nomoc. Phot. tit. 13 c. 1.

p. 207 v. 11. *ὑγρῷ τε πυρὶ*] Igne Graeco, qui *πῦρ θαλάσσιον* et *πῦρ ὑγρόν* dicitur etiam Theophani p. 295 352. *ignis pennatius* in Gestis Triumphal. Pisanorum A. 1114, quod instar pennatorum animalium volet. vide notas nostras ad Ioinvillam p. 71.

p. 208 v. 1. *Τουρκομάνους*] Turcorum et Turcomannorum eadem fuit origo, qui cum relictis Septentrionalibus regionibus in Orientem transmigrassent, rege sibi creato, universas paene Asiae provincias armata manu occuparunt. extunc gens illa, rudis prius et inculta nec certas habens mansiones oppida coepit incolere legesque condere et agriculturae operam dare. fuere tamen ex his, qui in sua ruditate constantes, priorem haud deserentes vivendi modum, ex rapto vivere assueti id vitae tenuerunt genus. hi Turcomanni prisca appellatione dicti sunt vocabulo ex Turcis et Comanis, a quibus prima eorum origo fuit composita. haec ferme Tyrius l. 1 c. 7 et ex eo Iacobus de Vitriaco l. 1 c. 11.
P 467 Monachus Altisiod. A. 1187: *per hos dies latrunculorum Syriae et eorum qui solitudinem inhabitant, quos Turcomagnos vocant, innumera multitudo Laodiceam urbem impetunt et devastant.*

a Tyrio dissentit Albericus A. 1059: *Turcorum sive Turcomanorum gens non ab eodem trahunt originem et dicuntur militares Turci, Turcomani vero vulgares.*

p. 208 v. 20. *Λατῖνα μὲν γένος*] Melissendis, Raimundi II comitis Tripolitani ex Hodierna filia, Raimundi III soror. ita Tyrius, qui rem paulo secus refert.

v. 22. *Ἐξούβιτον*] Trisillus maximus palatinorum interpretum nuncupatur ille a Tyrio l. 18 c. 30.

p. 209 v. 22. *ἱερὸν πυθεῖον*] Ea erat divinationis species, qua potissimum Christiani utebantur, quae fiebat per inspectionem et apertionem evangelii aut sacrorum librorum, cuius exempla prostant apud Gregor. Turon. l. 4 Hist. c. 16, l. 5 c. 14, auctorem Vitae Sancti Leodegarii c. 17, Nicetam in Man. l. 7 n. 5., auctorem Orat. Histor. in festum restitutionis imaginum editum a Combefisio p. 736 et apud Baron. A. 842 n. 59, Petrum Blesens. Epist. 30, S. Bonaventuram in Vita S. Francisci c. 13 et alios quos laudat Delrius l. 4 Disquisit. Magic. c. 2 quaest. 7 sect. 3 §. 3. quod quidem fiebat in templo, ut hic innuitur, orationibus quibusdam ad id conceptis praeviis, depositoque supra altare evangeliorum libro. Vita S. Consortiae Virginis c. 9: *si vultis, pergamus ad ecclesiam, agatur missa, ponatur evangelium super altare et communi oratione praemissa inspiciamus domini voluntatem ex illo capitulo, quod primum occurrerit.* adeo autem invaluerat haec divinandi apud Christianos ratio, ut Rainerus c. 5 Valdenses reprehendat, quod *laicos qui sorte sanctos eligebant in altari deriderent.* verum non semel interdicta legitur, praesertim in Concilio Venetico Can. 16, quem laudat Hincmarus Remensis de Divort. Lotharii: *sunt et sortilegi, qui sub nomine fictae religionis per quasdam quas sanctorum sortes vocant divinationis scientiam profitentur aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.* eadem verba habent Concilium Agathense Can. 42, Aurelianense I Can. 30, Autissiodor. Can. 4. sed de sortibus sanctorum et apostolorum erit alius dicendi locus.

p. 210 v. 2. *γάμων οὐκ ἐκ νομίμων*] Secus etiam scribit Tyrius l. 17 c. 19.

v. 7. *Καματηρὸν*] An Basilius cuius meminit Nicetas in Alexio Man. F. n. 4 17, an vero Basilius ille Camaterus, qui post Theodosium patriarcha Cp. exstitit, incertum. de nuptiis Manuëlis cum Maria Antiochena agimus fusius in stemmate Comnenorum.

v. 16. *Νικηφόρον τὸν ἐκ Βρυεννίων*] Nicephori istius sebasti meminit Balsamon in epistola Basilii ad Amphiloch. c. 41.

v. 18. *Ἀνδρόνικος ἦν ὁ Καματηρὸς*] Ille idem videtur Andronicus Camaterus, drungarius vigiliae, qui Manuële imperante receptam a Graecis de spiritus sancti ex solo patre processione

sententiam eleganti et pererudito opusculo propugnavit: in quo personam imperatoris induens variaque de eo argumento disputans omnes in universum divinae scripturae et patrum auctoritates de processione spiritus s. agentes in unum collectas summa animi contentione, additis suis animadversionibus, quas ipse vocat *ἐπιστασίας*, spiritum ex solo patre procedere, constabilire conatur. in hunc Andronici librum alium scripsit Ioannes Veccus patr. Cp. sub Michaële Palaeologo, quem inscripsit: *Ἀντιρρητικὰ τῶν ἐπὶ ταῖς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος γραφικαῖς χρήσεσιν ἐπιστασιῶν Ἀνδρονίκου τοῦ Καματηροῦ*, ex quo Andronici elogium lubet adscribere: *καὶ ἡ ὁδὸς τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας λαβεῖν,*
P 468 *ἣν ἐν ταῖς αὐτοκρατορίας ἡμέραις Μανουὴλ τοῦ ἀοιδίμου ἐν βασιλεῦσι καὶ αὐτοκράτορσιν, ὡς ἐκ προσώπου ἐκείνου Ἀνδρόνικος ὁ τὴν τοῦ δρουγγαρίου τῆς βίγλας ἀνεζωσμένος τότε ἀρχήν, Καματηρὸς τοὐπίκλην, ἀνὴρ τὴν σοφίαν οὐκ ἀγενὴς συνεγράψατο.* meminit etiam Andronici Iosephus Methonensis in epist. Marci Ephesii nec diversus est ab Andronico Camatore sebasto et magno drungario, Ioannis Ducae a supplicibus libellis, cui suos in Dionysii *περιήγησιν* commentarios dicavit Eustathius magister rhetorum ac postmodum Thessalonicensis archiepiscopus, parente. floruit enim Eustathius sub Manuële et Andronico Comnenis, ut diserte habent Nicetas in Man. l. 7 n. 6 et in Andron. l. 1 n. 9 et Demetrius Chomatenus in Responsionibus ad Cabasilam. illius vero quam Ioanni inscripsit Eustathius epistolae titulus sic concipitur: *πρὸς τὸν πανσέβαστον Δοῦκα κύριον Ἰωάννην, τὸν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν δεήσεων, τὸν υἱὸν τοῦ πανσεβάστου καὶ μεγάλου δρουγγαρίου κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Καμάτορος* ubi pro *Καμάτορος* restituendum censeo *Καματηροῦ*. nam quin ille idemque sit Andronicus, de quo Cinnamus, clare evincit proxima qua imperatorem Ioannes attigit cognationis necessitudo, quam in Andronico observat hoc loco Cinnamus: *ἀνδρὶ δὲ πάντα καλῷ, καὶ ὡς ὄντως ὀλβίῳ, βασιλικῷ τὴν τοῦ γένους φυήν, μεγαλοφυεῖ τὴν ψυχήν, λογίῳ τὴν ἐπιτήδευσιν* etc. at unde cum imperatoria et Comnenica familia Camaterorum affinitas et necessitudo processerit docet Nicetas in Ioanne n. 3. Alterius Camateri meminit Ioan. Tzetzes Chil. 11 c. 269. v. not. ad Alexiad. p. 261.

p. 210 v. 22. *Δεκέμβριον*] Nuptias mense Decembri peractas ex Tyrio par est credere. v. Nicetas l. 3 n. 5.

p. 211 v. 5. *τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπιθέντων*] Manus impositio hoc loco accipi videtur pro sponsorum coronatione in nuptiis. quippe a sacerdotibus coronabantur sponsi eorumque capitibus corollae imponebantur, de quo more consulendus Goarus ad Euchologi. Graec. p. 397, vel certe *χειροτονία* idem sonat ac *εὐλογία*. Pachymeres l. 4 c. 29: *καὶ περιφανεῖς τοὺς γάμους τελεῖ αὐτῇ τε καὶ τῷ υἱῷ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ μεγάλου τεμένους τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας, τοῦ πατριάρχου Ἰωσὴφ εὐλογήσαντος.*

p. 211 v. 14. Στέφανος δὲ] V. Nicetam l. 4 n. 1. cadit autem haec Manuëlis expeditio in A. 1173. nam et hoc anno rex dictus fuit Stephanus et interiit, si Hungaricos scriptores audimus.

p. 213 v. 24. ἐν τῷ ἀσφαλεῖ] Bellum hoc Servicum prosequitur etiam Nicetas l. 4 n. 4.

p. 215 v. 2. ἑτερείας] Leg. ἑταιρείας, fuit enim Georgius Palaeologus magnus hetaeriarcha.

v. 11. δεσπότης] Despotarum appellatio, quae solius imperatoris Byzantini primum fuit, ut apud Latinos seu Romanos Augustos domini, quam tamen Augustum et Tiberium respuisse testatur Suetonius, in peculiarem palatii dignitatem postea transiit. hanc primus, ni fallor, induxit Michaël Calaphates, qui, ut scribit Zonaras, avunculum δεσπότην renuntiavit. ceteri deinceps qui subsecuti sunt imperatores non tam praecipuos aulae suae proceres quam affines et consanguineos et proxima necessitudine coniunctos eadem donarunt, quibus imperatorii apicis culmen et dignitatem hac ratione iis quodammodo communicabant, cum imperatores ipsi hac sola despotarum appellatione in suis quos cudebant nummis vellent insigniri, ut ex Alexii et Manuëlis nummis aureis quos in notis ad Alexiadem descripsimus colligitur. sic Manuël Belam Hungarum et Alexius Angelus Theodorum Lascarim et Alexium Palaeologum, filiarum suarum mari- P 469
tos despotica appellatione ornarunt, qua sub Palaeologis passim legere est insignitos imperatorum filios aut fratres. quae vero fuerint eiusce dignitatis insignia docet praeter Codinum Pachymeres l. 4 c. ult. et l. 5 c. 1.

v. 21. Ἰατζουλῖνος] De Iosselini comitis Edessani captivitate et morte consulendi Tyrius l. 16 c. 14 et seq., Sanutus, auctor M. Chron. Belgici etc.

p. 216 v. 2. Βαλδουῖνον] Non Balduinus modo, cuius supra meminit Cinnamus, a Noradino caesus fuit, in Edessena videlicet obsidione, sed et Renaldus Balduini filius biennio post vitam amisit eo in praelio contra eundem Noradinum, in quo Raimundus Antiochenus princeps peremptus est 27 Iun. A. 1148, ut est apud Tyrium l. 17 c. 19. Balduini caedem refert idem scriptor l. 14 c. 16.

v. 3. Κωνσταντίνῳ] Redacto in ordinem a Manuële Toroso Armeniae regulo captisque Tarso, Mamistra, Longiniade ceterisque Ciliciae oppidis, ab imperatore iis praefectus est Calamanus, qui Boritii, de quo egimus ad pag. 118, filius diserte dicitur a Thwroczio l. 2 c. 61. hinc *Mamistrensis dux* appellatur in epistolis Ludovici Franc. reg. et Gaufredi Fulcherii Hierosolymitanae domus praeceptoris in Gest. Dei per Franc. p. 1179 et 1182 et *Ciliciae praeses, domini imperatoris consanguineus et imperialium in illa provincia procurator negotiorum*, apud Willelmum Tyrium l. 19 c. 9, quibus in locis refertur praelium Noradinum

inter et nostros initum 4 Id. Aug. A. 1165, in quo caesus et deletus Christianorum exercitus ipseque captus Calamanus, quod et hic narratur a Cinnamo.

p. 216 v. 7. *Ῥενάλδον*] De accepta a Renaldo Antiocheno principe clade et ut captus fuerit a Megedino Halapiae Sultano A. 1160 agunt Tyrius l. 18 c. 28, Robertus de Monte A. 1162, Sanutus l. 3 part. 6 c. 20. praeterea consulendae epistolae principum in Gest. Dei p. 1176 1178 1179 et tom. 4 Histor. Franc. p. 689 692 et 694.

v. 8. *Τριπόλεως*] Tyrius l. 19 c. 9, l. 20 c. 30.

v. 12. *Τερόζην*] Nam et pugnavit in hoc praelio Toros, quod cum dissuadere esset adorsus, aliorum obtinuit sententia: mox videns hostium praevalere cuneos, nostrorum vero e converso acies corruisse, fuga saluti consulens bellicis se exemit tumultibus. verba sunt Tyrii.

v. 17. *Παιόνων ῥὴξ*] Vide Nicetam l. 4 n. 1, ex quo, ut et Cinnamo, historiam suam, sub ea tempora incertam et mancam resarcire possunt Hungari.

p. 217 v. 4. *Τιτελίου*] Hodie *Titul* prope confluentes Tissae et Danubii.

v. 17. *Πετρίκον*] Forte *Petrowar* seu *Pietre-Varadin*, oppidum Sclavoniae Savianae validum ad Istrum fluvium: sic enim dictum volunt, quasi castrum ex petris seu lapidibus confectum.

p. 218 v. 14. *μακρὸς γὰρ*] Sic Graeculi scriptores imperatoriae Alamannorum et summorum pontificum primariae in ecclesia dignitati solent oblatrare, quos semper anxit ab iis translatum a Graecis in Francos, ab Oriente in Occidentem, imperatoriae maiestatis culmen. locum Procopii habes l. 1 Goth. vide dissert. 27 ad Ioinvillam p. 316.

p. 219 v. 7. *ἐμπόριον*] Legendum *ἐμπέριον*, *imperium*, vocem enim Latinam exprimere voluit Cinnamus. ita *ἔμπετος* pro *impetus* dixit Urbicius p. 70.

v. 9. *παρὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ*] Radevicus l. 4 c. ult. de Frederico: *imperatorem Constantinopolitanum Manuël ultro amicitiam et societatem eius expetentem flexit, ut se non Romae sed Neoromae vocet imperatorem.*

P 470 v. 12. *διεκαπηλεύθη*] Vide Frontonem Ducaeum ad Palladii Hist. Lausiacam, ubi multa de voce *καπηλεύειν*.

v. 15. *ἱππευομένῳ*] Nimias sane nugas agit Cinnamus, dum principi suo ridicule adblanditur et velut ecclesiae Graecanicae caput non Constantinopolitano duntaxat patriarchae, sed et summo orbis Christiani pontifici Byzantinum imperatorem praeponere audet. atque inde praeclarum scilicet supra Germanicos Augustos praerogativae elicit argumentum, quod illi obequitanti papae pedites adsint, fraenumque equi prehendant, quod innata

Graecanicis ingeniis fastus insolentia nusquam passa esset in suis Augustis, qui cum vix concederent deo ipsi, nedum illius in terris vicario primas unquam partes tribuissent. longe certe pietate ac religione superiores exstitere imperatores Occidentis, qui apostolicae sedi et summo pontifici in honorem Iesu Christi et b. Petri, quorum vices gerit, primas semper detulerunt et Constantini M. exemplo, quod dedignati sunt posteriores Graeci imperatores, hominum omnium vanissimi, obequitanti stratoris officium non semel exhibuerunt. audiat igitur Cinnamus Constantinum ipsum scribentem ad Silvestrum pp.: *κρατοῦντες τὸν χάλινον τοῦ ἵππου αὐτοῦ διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ φόβον τοῦ ἁγίου Πέτρου στράτορος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν.* quod si de fide praedictae epistolae subdubitat et in ea adulterinum quidpiam subodoratur, patiatur saltem eundem ab Augustis nostris honorem summis pontificibus deferri, quem olim Ioanni pp. Constantinopolim venienti praestitit Iustinus Augustus, qui, ut auctor est Anastasius bibliothecarius, *dans honorem deo humiliavit se pronus et adoravit beatissimum papam:* aut Agapeto pp. Iustinianus, qui, ut ait idem scriptor, *gaudio repletus humiliavit se sanctae sedi apostolicae, et adoravit beatissimum papam Agapetum* Constantinopolim venientem: aut certe Constantino pp. Iustinianus Rhinotmetus, qui Constantinum Constantinopolim evocatum *honorifice suscepit ac remisit, ita ut prostratus in terram pro suis peccatis eum intercedere rogaret,* ut est in Chronico Reicherspergensi seu ut loquitur Anastasius: *cum regno in capite sese prostravit pedes osculans pontificis;* vel denique Ludovicum II Germanicum imperatorem audiat et quod ille apud eundem Anastasium Ravennati obiecit archiepiscopo, id ipsum principi suo dictum putet: *vadat et fastu elationis deposito tanto se humiliet pontifici, cui et nos et omnis ecclesiae generalitas inclinatur et obedientiae ac subiectionis colla submittit.* haec igitur fuit priscorum Augustorum Orientalium et Occidentalium pietas et religio in sacrosanctam Romanam ecclesiam: haec summis pontificibus praestitere obsequia Occidentales, ut venientibus pedites occurrerent et stratorum munia implerent. idem Anastasius de Pipino Francorum rege imperatorum Occidentalium parente et primo stipite scribens, in Stephano II pp.: *ipse in palatio suo, in loco, qui vocatur ponticone, ad fere trium millium spatium descendens ex equo suo, cum magna humilitate, terrae prostratus, una cum sua coniuge filiis et optimatibus, eundem sanctissimum papam suscepit, cui et vice stratoris, usque in aliquantum locum iuxta eius sellarem properavit.* neque minori observantia Leonem pp. excepit Carolus M. Pipini filius, cum Romam venit pontifici opem laturus, qui *ut sacratissimas cruces ac signa sibi obviam advenisse conspexit, descendens de eo quo sedebat equo, ita cum suis iudicibus ad b. Petrum pedestris*

properare studuit: moxque ut ad basilicam sancti Petri pervenit:

extemplo properans Carolus veneranter adorat
pontificem amplectens magnum.

Caroli parentis, et Pipini avi exemplo in Romanam sedem, et d.
P 471 Petri successores, eadem pietatis et reverentiae obsequia impendit Ludovicus, non immerito Pius. Theganus c. 16 ut Stephanum pontificem in Galliam venientem exceperit idem imperator, enarrans, *pervenit*, inquit, *post missos dominus Ludovicus obviam supra dicto pontifici, obvians ei in campo magno Remensium: descendit uterque de equo suo, et princeps se prosternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti pontificis, et tertia vice erectus salutavit pontificem, dicens: benedictus qui venit in nomine domini.* praesertim vero Ludovicus II imperator, Pii ex Lothario nepos, eadem quae Pipinus, Nicolao summo pontifici exhibuit officia. nam cum Nicolaus in Ludovici, quae haud procul Roma posita erant, castra descenderet, *excellentissimus quem cum vidisset Augustus, suis manibus apprehendens, pedestri more, quantum sagittae tractus extenditur, traxit.* verba sunt Anastasii, qui id rursum ab Ludovico praestitum refert post exceptum convivio pontificem: *ad quemdam quidem cum pervenissent spatiosissimum itineris locum, imperator equo descendit equumque pontificis iterum ut meminimus supra traxit, dulcissimisque osculis ad invicem perorantes luciflue gratulati sunt.* non mirum igitur si Germanicae stirpis Augusti Francicos, quibus successerant, imitati iisdem prosecuti sunt honoribus Romanos pontifices et equitantibus iis stratorum munia obierunt. primus ex iis occurrit Henricus V, qui A. 1111 Romam veniens, statim ut Paschalem II conspexit, *ad eius vestigia corruit, exsurgensque, in nomine trinitatis, in ore, fronte, oculis, eis pacis osculum dedit, stratorisque implevit officium*, ut scribit Petrus Diac. l. 4 Chr. Casin. c. 39. testatur praeterea Sugerius in Ludovic. VI Lotharium imperatorem, Henrici successorem, in civitate Leodiensi Innocentio II pp. occurrentem, *in platea ante episcopalem ecclesiam humillime se ipsum stratorem obtulisse et peditem per medium sanctae processionis ad eum festinasse, alia manu virgam ad defendendum, alia fraenum albi equi accipientem, tamquam dominum deduxisse.* ubi obiter observandum, imperatori virgam ad dirimendas occurrentes turbas tribui, quod erat praecipuum stratorum munus, adeo ut Hugo *Plagon*, vetus Willelmi Tyrii antistitis interpres Gallicus ms. haec verba ex l. 15 c. 3. *domino principe dominoque comite stratoris officium exsequentibus* his vernaculis reddiderit: *ils tenoient verge et defaisoient la presse devant eux.* quo etiam spectant quae de Frederico I imperat., de quo mox, habet Romualdus Salernitanus archiepiscopus ad A. 1177: *imperator autem, ut humilitatem*

quam corde conceperat opere demonstraret, sumpto stratoris officio, pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit etc. neque multo post, anno scilicet 1120, honore simili Callistum papam prosecutus est Willelmus dux Apuliae. tradit quippe idem Romualdus ducem percepta pontificis ad urbem Troiam profectione, *obviam ei festinanter extra civitatem advenisse cum principibus suis: et ei vice stratoris ipsum iuxta sellam obambulantem usque ad ecclesiam episcopatus eiusdem civitatis ingenti cum honore deduxisse.* verum eiusmodi Augustorum in Romanos pontifices observantia, quae ex mera eorum pietate et in apostolicam sedem reverentia videbatur profluxisse, abiit deinceps in necessarium munus: adeo ut Adrianus IV pp. Fredericum I, quod sibi ad urbem Nepesinam occurrenti stratoris officium de more non exhibuisset, ad osculum recipere abnuerit, imperatore ad illud se teneri pernegante. re tandem in disceptationem collata*) *veteribusque excussis monimentis et prisca consuetudine diligenter investigata iudicio principum decretum est, et communi favore totius regalis curiae roboratum, quod idem rex pro apostolorum Petri et Pauli reverentia praedicto pp. Hadriano exhiberet stratoris officium, et eius strepam***) *teneret ad conscendendum equum.* quod postridie exsecutus est Fredericus: P 472
*appropinquante enim domino papa tentorio regis per aliam viam transiens descendit, et occurrens ei quantum est iactus lapidis, in conspectu exercitus officium stratoris cum iocunditate implevit et strepam****) *fortiter tenuit.* Helmodus l. 1 c. 81 totam hanc controversiam pluribus etiam exsequitur: *rex autem accersivit d. Adrianum papam in castra. — veniente ergo eo in castra rex festinus ei occurrit, et descendente de equo tenuit strepam duxitque eum in tentorium.* mox Adrianum inducens alloquentem Bambergensem episcopum: *verba sunt, frater, quod loqueris. dicis principem tuum condignam beato Petro exhibuisse reverentiam: sed beatus Petrus magis videtur inhonoratus: denique cum dexteram deberet tenere strepam, tenuit sinistram. haec cum per interpretem regi nuntiata fuissent, humiliter ait: dicite ei quia defectus hic non fuit devotionis, sed scientiae, non enim tenendis strepis magnopere studium dedi. enimvero ipse, ut memini, primus est cui tale obsequium impendi. cui dominus papa, si quod facillimum fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima. tunc rex aliquantisper motus ait: vellem melius instrui, unde mos iste inoleverit, ex benevolentia, an ex debito? si ex benevolentia, nihil causari habet dominus papa, si vacillaverit obse-*

*) Acta Adriani pp.
**) Edit. streguam.
***) Edit. streguam.

quium, quod de arbitrio non de iure subsistit. quod si dicitis, quia ex debito primae institutionis haec reverentia debetur principi apostolorum, quid interest inter dexteram strepam et sinistram, dummodo servetur humilitas et curvetur princeps ad pedes summi pontificis? diu itaque acriterque disputatum est. postremo discesserunt ab invicem sine osculo pacis. timentes ergo ii qui columnae regni esse videbantur, ne forte rebus inactis frustra laborassent, multa persuasione evicerunt cor regis, ut dominum papam revocaret in castra: quem redeuntem suscepit rex integrato officio. ab Helmodo hausit quae in hanc rem habet Historia Archiepiscoporum Bremensium. id ipsum statim postea praestitit Fredericus ipse Victori antipapae A. 1160. Radevicus l. 2 c. 70 et ex eo Chronicon Reichersperg.: *imperator omnes episcopos convocans in hunc eos consensum deduxit, ut omnes Victorem papam susciperent, et statim sequenti die 5 Kal. Febr. ab ipso imperatore et episcopis suscipitur et inthronizatur in monasterio sancti Cyri, imperatore fraenum equi et stivam sellae illius tenente, et eum de equo suscipiente, et ad altare una cum patriarcha Aquilegiensi Pelegrino inter manus eum deducente.* denique ecclesiae Romanae reconciliatus Fredericus Alexandro III summo pontifici, in urbe Veneta A. 1177 obequitanti comes adstitit staphamque tenuit: *peractis missarum solemniis,* inquit idem pontifex apud Radulphum de Diceto et Houedenum, *nos usque ad ipsius ecclesiae*, sancti Marci, *portam dextravit, et cum ascenderemus palefridum nostrum ibi paratum, stapham tenuit et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam praedecessores eius nostris consueverant antecessoribus exhibere.* Acta Alexandri: *decantata itaque missa idem*, Fredericus, *dexteram pontificis apprehendit, et extra ecclesiam usque ad album caballum conduxit ipsum, et streguam fortiter tenuit. cum autem fraenum acciperet, et stratoris officium vellet adimplere, pontifex, quia iter ad mare minus videbatur prolixum, pro facto habuit, quod affectuose voluit adimplere.* eadem prorsus observantia paulo ante eundem pontificem Tociaci supra Ligerim exceperant Ludovicus VII Franciae, et Henricus Angliae reges, *usi officio stratoris pedites dextra laevaque fraenum equi ipsius tenentes*, ut auctor est Robertus de Monte A. 1162. ex his igitur evidenter colligitur Cinnamum hoc loco Fredericum, tacito licet nomine, carpere et sugillare, ut qui pronuper suaque et Manuëlis tempestate Romano pontifici istiusmodi praestiterat obsequium. nec mirum aegre tulisse Graecos schismaticos, tantam
P 473 Romanis antistitibus exhiberi reverentiam, a quibus desciverant; quod in iis expostulant non semel nostrae aetatis haeretici, atque inprimis Simon Schardius lib. de Fide et Observantia Romanorum Pontificum in Imperatores, ubi de Frederici in Adrianum obsequiis, *an Christo*, inquit, *Hierosolyma in die palmarum ingre-*

dienti Herodes atque Pilatus sic etiam ministravere? an Petrum Romam venientem ita Nero suus excepit? sed canes lunam oblatrent, et invidiae ac malevolentiae suae aculeos in Romanam et apostolicam sedem contorqueant haeretici, dummodo ei suus stet honos, et quae debetur a Christianis principibus reverentia et veneratio deinceps, ut olim, praebeatur:

— sed frustra agitur vox irrita ventis,
et peragit cursus surda Diana suos.

hanc certe praestitit post Fredericum Otho IV imperator, ut auctor est Arnoldus Lubecensis l. 7 c. 21, ubi describens eiusdem Augusti coronationem, *finito*, inquit, *officio dominus papa imperatorem devote vocat ad convivium; quem dominus imperator precibus instantissime obtinet venire secum. cum igitur ventum fuisset ad equos, imperator non immemor apostolicae reverentiae, quae exhibenda est ipsorum vicario fideli et reverendo papae Innocentio III strepam ipsius devote apprehendit, sicque ad locum convivii venitur.* denique ea praestitisse officia Carolum IV imperatorem Urbano IV papae testatur auctor Vitae eiusdem Urbani. nam cum pontificem versus Romam praecessisset Carolus, *ipsum post sequentem exspectavit in introitu urbis, ibi scilicet in porta quae est iuxta castrum sancti Angeli, de suo equo descendens stratoris vicem gessit, ac usque ad basilicam b. Petri pedester equi papae fraenum tenens ipsum destravit, ac demum usque ad altare deduxit.* denique scriptor anonymus Vitae Manfredi regis Siciliae ab Ughello editus tradit eundem Manfredum, qui tum princeps Tarentinus, necdum rex erat, cum Innocentius IV papa regnum Neapolitanum ex pacto ingressus esset, *ad maiorem sui devotionem ad sacrosanctam ecclesiam ostendendam summo pontifici obviam processisse usque ad Ceperanum, et papa regnum intrante stratoris ei officium exhibentem fraenum tenuisse, quousque ad pontem Garigliani transiret.* cum haec igitur Augustorum Occidentalium atque adeo ceterorum principum Christianorum in Christi vicarios obsequia in minime controversum abierint deinceps morem, ea tamquam usu prorsus recepta et debita in ius Saxonicum et Ceremoniale Romanum relata sunt. Speculum Saxon. l. 1 art. 1: *duorum gladiorum potestatem, spiritualem scilicet et saecularem, ad defendendum suum populum Christus in sua approbavit ecclesia; ex quibus apostolicum spiritualem et Romanum imperatorem saecularem habere nemo ambigit. ob quorum figurationem, apostolico super equum candidum equitare constitutum est, et in adscensu eius a principe sella, ne decidat, tenebitur. in quo significatur, ut qui inobedientes apostolico exsisterent, a principe ad obediendum, et e contra, cum necessitas hoc exegerit, dummodo exercitus fuerit, compellantur.* Ceremoniale Romanum l. 1 sect. 5, ubi de processione pontificis et Caesaris per urbem: *cum ad finem graduum*

pervenerit, imperator, *traditis sceptro et pomo uni ex suis, praevenit ad equum pontificis, et in honorem salvatoris Iesu Christi, cuius vices pontifex in terris gerit, tenet stapham, quoad pontifex equum ascenderit, et deinde arrepto equi fraeno per aliquot passus ducit equum pontificis.* neque haec duntaxat a principibus Christianis obsequia summis pontificibus, sed et ipsis episcopis et archiepiscopis leguntur delata. tradit quippe noster Cinnamus Renaldum principem Antiochenum eiusdem urbis patriarcham, quem pessime et contra sacerdotii dignitatem habuerat, postmodum eidem reconciliatum, equo vectum per mediam civita-
P 474 tem duxisse ipsumque peditem comitatum esse, sellae lorum manu tenentem. apud Radulfum de Diceto A. 1170, cum Henricus Anglorum rex, et sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus apud Fractam Vallem de pace acturi convenissent *bisque descendissent et bis ascendissent*, *bis stapham rex tenuit archiepiscopo.* sed et Michaël Palaeologus, postmodum imperator, apud Pachymerem l. 1 c. 26, cum imperii administrationem accepisset, ut adventare patriarcham cum electis ex clero percepit, *πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ὑπαντᾷ μακρόθεν, τιμὴν τὴν μεγίστην ἀφοσιώμενος τῷ πατριάρχῃ, καὶ παντὶ τῷ ἱερῷ πληρώματι, πεζῇ τε βαδίζων καὶ τὰς τῆς ἡμιόνου τοῦ ἱερέως χαλινοὺς κατέχων, ἕως καὶ αὐτῶν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων προηγούμενος καθιστᾷ.* hoc itaque facto imperatores ceterique principes ecclesiae et Christi vicariorum sese profitebantur clientes ac vassallos. *strepam* enim *tenere* fuisse olim peculiare vassallorum munus docet Ius Feudale Saxonum c. 32 §. 2: *qua die vassallus domino strepam tenuerit in ascensu vel in descensu equi*, — *in ipsa die non tenetur coram domino iuri adstare feudali.* atque inde colligere est cur cum Ioannes Comnenus imperator Antiochiam ingressus est, *dominus princeps* Raimundus Antiochenus *dominusque comes* Tripolitanus *stratoris officium exsecuti sint*, ut est apud Willelmum Tyrium l. 15 c. 3, cum paulo ante idem princeps *fidelitatem suam domino imperatori manualiter exhibuisset*, uti tradit idem scriptor l. 15 c. ult. fuit igitur stratorum officium *strepam tenere*, cum dominus equum inscenderet, priusquam vero streparum aut stapedum invaluisset usus, equum inscensuros manu erigere et allevare, ut Spartianus in Caracalla satis indicat. inde stratores *ἀναβολεῖς* dicuntur veteri scriptori apud Suidam, quam vocem postea ipsis stapedibus adscripserunt, uti pridem observatum a viris doctis. *scansores* vocat Glossarium Latinogr.: *scansor, καταστρωτής.* nam et eorum erat equos sternere, unde *stratores* appellati: Glossarium Graecolat. *στρωτής*, *strator:* et *compositores sellae regiae* apud Papiam: *ὑπηρέται τῶν βασιλικῶν κεκοσμημένων ἵππων, οὓς δὴ στράτορας καλεῖν ἡ τάξις εἴθισται*, ut ait auctor Vitae S. Theophanis Confess. n. 9, qui etsi stratorum *ἀξίωμα βασιλικόν;* non tamen *τῶν ἐν τέλει* fuisse scribit: stramenta vero ipsa *straturae* apud

Fredegarium Scholasticum c. 38 vocantur, *stratoria* in Vita S. Benedicti abbatis Anianae c. 6 n. 28. eorum praeterea munus erat equos imperatorii stabuli curare et eos inspicere et probare qui imperatori offerebantur, ut auctor est Ammianus l. 29 et colligitur ex leg. 7 Cod. de stratoribus: eoque ipso erant sub dispositione tribuni stabuli, ut scribit idem Ammianus l. 30, qui quidem tribunus idem qui postmodum comes stabuli dictus est. denique si domini aut principes equitarent, iis semper aderant stratores pedites, ne eorum opera illi indigerent. Ordo Romanus de summo pontifice equitante: *stratores autem laici a dextris et sinistris equi ambulant, ne alicubi titubet.* stratoribus praeerat *domesticus stratorum*, de qua dignitate Theophanes p. 325, qui postmodum πρωτοστράτωρ appellatus: Scylitzes in Theophilo de Basilio: *ἱπποκόμων ὁ πρῶτος γενόμενος, πρωτοστράτορα τοῦτον φασί*, Constantinus Porph. in eodem Basilio c. 7: *πρωτοστράτορα αὐτοῦ πεποίηκεν ὁ Θεόφιλος.* ita Paulo Diacono l. 22 Histor. Miscellae Theophylactus dicitur *primus imperialium stratorum*, qui Theophani p. 369 *βασιλικὸς πρωτοστράτωρ.* illius muneri equorum stabuli imperatorii cura incumbebat, ut habet Cinnamus l. 3: *ὃς τοῖς βασιλικοῖς τηνίκα ἱπποκομίαν ἐφεστὼς ἦν, πρωτοστράτορα τοῦτο καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ λειτούργημα.* Zonaras p. 132: *τοῖς οἰκείοις ἱπποκόμοις ἐπέστησε, πρωτοστράτορα τοῦτον οἶδεν ὀνομάζειν ἡ διάλεκτος ἡ κοινή.* hinc *stratorium stabulum iumentorum* interpretatur Ioannes de Ianua, quod stabulis praeessent stratores. itaque si quando imperator peregre profecturus erat, equum a comite equorum adductum fraeno prehendens ducebat ad quartam P 475 vel quintam palatii partem, ut est apud Codinum de Off. c. 5 n. 5 et Nicetam in Alexio l. 1 n. 2. praeterea absente magno domestico gestabat imperatoris ensem, ut auctor est eodem loco Codinus, quo munere potissimum fungitur apud nos magnus scutifer, *le grand escuyer de France*, penes quem stabuli et equorum regis cura est: huic enim ensis regius commendatur, si forte *comes stabuli* absit, penes quem esse de iure debet ut qui militari rei praeest, quemadmodum apud Graecos magnus domesticus. vide Ignatium Diaconum in Vita S. Nicephori patriarch. Cp. n. 61. sed et protostratoris munus militare fuit: nam ut auctor est idem Codinus eodem c. n. 17, erat *δεφένσωρ τῶν κουρσευόντων*, id est, praeerat iis qui excursiones faciebant eosque defendebat et tuebatur. sed errat quod protostratorem dictum putet *διὰ τὸ προηγεῖσθαι παντὸς αὐτοῦ τοῦ στρατοῦ.* protostrator enim appellatur, quod stratoribus militaribus praefectus esset: unde Nicetas in Balduino marescalli apud nos dignitatem, qua Gothofredum Villharduinum donatum fuisse ait, protostratoricae apud Graecos aequiparat: dicebantur enim stratores in exercitibus qui castra praeibant, ut loca accommodatiora ad exercitum traducendum facerent et posticum praetorii in castris imperatoris seu praetoris tuebantur, ut docent

Hyginus in Gromatico non uno loco et veteres inscriptiones apud Gruterum. marescallorum etiam idem munus fuit, ut est in Fleta l. 2 c. 4, ubi de officio marescalli: *exercitu evigilato cum foratoribus vexillo explicato singulis diebus ibit in protectionem:* id est, defensor est *τῶν κουρσευόντων.* certe constat stratores id muneris in militia obiisse, quod domini circa praefectos praetorio, proconsules, praesides aliosve magistratus, quorum opera ii in mandatis perferendis aut peragendis utebantur. horum numerus adeo magnus fuit, ut scholas conficerent, de quibus agitur in l. 1 Cod. de Offic. Praefect. Praetor. Afric. et in Chronico Cas. l. 4 c. 39. neque vero ii diversi fuere nominis etymo a ceteris *stratoribus* seu *scansoribus*, quidquid dicat Iacobus Gothofredus ad *l. unic. Cod. Th. de strator.*, qui censet stratores militares et eos qui in officio magistratuum erant sic appellatos, quod viam sternerent imperatoribus, magistratibus domi militiaeque seu foras procedentibus. nam cum stratores seu *ἀναβολεῖς* in curandis dominorum equis, in iis adducendis et in allevandis dominis in equos operam suam locarent iisque equitantibus perpetuo adessent, factum postea ut qui perinde magistratibus, tum civilibus tum militaribus aderant, quo eorum iussa peragerent, *stratores* etiam appellarentur. unde non desunt, qui eosdem esse cum mandatoribus putant, qui iussa officiorum exsequebantur eorumque mandata expedite deferebant. ita Phocas, qui strator Prisci patricii fuisse dicitur ab Adrevaldo l. 1 de Mirac. S. Bened. c. 10, Aimoino l. 4 c. 3 et aliis, *ἐντολικαρίου* munus obiisse narratur a Theophane, id est, *mandatoris.* nam *μανδάτορες* dicuntur in Gloss. Basil. et in Lexico Cyrilli: *οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες*, quae totidem verbis habentur apud Leonem in Tactic. c. 4 §. 16. Gloss. Graecolat.: *ἐντελλόμενος*, *mandator.* ipsa vero mandata *ἐντολικά* dicta apud Luithprandum in Legat.; sic enim legendum pro *ἐντόλινα*, quod non advertit Meursius; *entelmae* vocabulo mixolatinograeco in veteri charta Longobardica apud Ughellum in Archiepisc. Benevent. n. 44 tom. 8 Ital. Sacrae; et in Regesto Petri Diaconi Casin. apud Angelum a Nuce, *entilmata* apud Leon. Ostiens. l. 1 c. 51. idem denique munus obi-
P 476 bant quod *statores*, sic dicti, quod starent ad iussa parati, *παραμένοντες στρατιῶται* in Gloss. Basil. unde Cuiacius stratores cum statoribus confundit, quod improbat Salmasius ad Wlcatium Gallicanum. statorum etiam meminit monachus Sangallensis l. 2 c. 15; stratorum vero militarium Otho Frisingensis l. 2 de Gest. Frider. c. 18: *nec praetereundum erit de cuiusdam praeruptae audaciae stratoris virtute, qui dum taedio longae obsidionis affectus ceteris assiliendi arcem exemplum dare vellet, gladio tantum et clypeo parvaque, ut id genus hominum solet, securi, qua sellae ab eis alligatae portantur, aggerem — aggreditur.* ab illo hausit Guntherus l. 2 Ligur.:

strator erat de plebe quidem, neque nomine multum
vulgato, modica in castris mercede merebat.

atque adeo *de plebe*, ut cum Fridericus ob praeclare gesta militari cingulo cohonestandum decrevisset, ille se *plebeium esse dixerit in eodemque ordine velle remanere.* stratorum militarium mentio est in Synopsi Basil. l. 6 ecl. 32 et apud Leonem in Tact. c. 14 §. 81. qui igitur stratoribus militaribus praeerat, dictus est *protostrator*, nostris *marescallus.* nam marescallorum est exercitui locum idoneum et castris providere. ita *stratorem*, qui aliis est *marescallus*, appellat Ordericus Vitalis l. 11 p. 823: *Robertum autem de Monteforti honorifice suscepit et — quia strator Normannici exercitus haereditario iure fuerat, inter praecipuos sublimavit:* qua voce marescalli haereditarii Normanniae dignitatem innuit. recensentur porro *stratores* inter Francorum nostrorum officia seu officiales, uti vulgo vocantur in Lege Salica tit. 11 §. 6. habebant etiam reges Longobardi suos stratores, ut auctor est Erchembertus in Histor. Langob. c. 15 et Paul. Warnefridus l. 2 c. 9 27, l. 6 c. 6. reges item Anglici, ut est apud Simeonem Dunelm. et Bromptonum A. 1052. sed de stratoribus copiose egerunt Salmasius et Iacobus Gothofredus locis laudatis.

p. 219 v. 18. ἀλλ' οὔτε ποθὲν ἔσχες] Non Graecorum duntaxat de arrepta a summis pontificibus in imperatores Occidentis auctoritate fuit querela: nam passim illius aevi scriptores Germanici, qui suis favebant Augustis, hanc instituunt: praesertim vero Gervasius Tilleberiensis marescallus regni Arelatensis in eo opere quod inscripsit: *otia imperialia*, et Othoni IV imperatori dicavit. sic autem ille in praefat. ad eundem Othonem: *Constantini gesta si memoramus, collata legitur potestas in partes Occidentales tantum Silvestro, Orientalis regio facta est caput imperii: licetque a vicario Christi Petro imperator eiusque successoribus ius regis in Occidente constituisset, diademate cesso, non tamen imperii nomen vel imperium ipsum transire voluit imperator in Silvestrum, quod sibi ac successoribus suis conservavit intactum sola sede mutata non dignitate. unde primus Carolus Magnus a Graecorum ditione legitur recessisse monitu Gregorii iunioris papae, ut infra cap. de imperio. quis ergo maior in terrenis, qui dat, aut qui accipit? profecto qui dat auctor est honoris quem dat, non qui accipit. deus auctor imperii et imperator auctor papalis triumphi: pontifex animarum caput est post Christum, imperator corporum dominus post deum. quin immo per deum, a quo ius regis est institutum* etc. idem decisione seu parte illius libri secunda: *anno igitur domini* 801, *cum apud Graecos nomen imperatoris vacaret et feminis cessisset imperandi dominatio, Carolus Romae moram faciens accepit a Leone pp. et universo populo Romano decretum, ut Carolus nomen imperatoris indueret et Augusti, eo quod imperatores in Romana urbe*

sedem pridem habuissent, qui et Augusti vocabantur. in propria Christi nativitatis solemnitate Carolus cum consecratione nomen Augusti imperiumque a papa Leone suscepit. ex hoc igitur tempore Graecorum imperio apud Occidentem evanescente
P 477 *nomen rediit imperatoris ad quasdam partes Occidentis, ex quo quaedam Romani imperii facta est confusio, dum duobus nomen unum tenentibus divisio minuit potestatem; et sicut a solo deo Graecorum pendet imperium, ita a sede Romana Occidentis asserit pendere imperium. ecce tamen nova et inusitata commutatione facit, ut papa solus insignia ferat imperialia et imperator Romanus nomen imperiale teneat sub vulgaribus aliorum regum insignibus. papa dominum urbis ac imperialis sedis se monstrat et imperator sub nomine dominationis papae minister dicitur et in temporalibus apostolorum exsecutor: hic ille vicarius Christi et apostolorum successor vocatur. ecce quam infelix urbis permutatio, quae sub unitate, ut dicit papa, dominii duobus servire dicatur, uni ex corona, alteri ex potentia. verum in hoc antiquae nobilitatis recordatur efferitatem, quod utriusque domini Roma utrumque dominum nominat, cum pro suae voluntatis arbitrio ipsa utrique dominetur, utrique molesta, utrique cervicosa, neutrum fugit et utrumque parvi pendit. apud principes Alemanniae imperatoris est electio, apud papam electi confirmatio et consecratio, et nova discretione imperator nominatur ut dominus, consecratur ut non dominus: nempe imperialia non accipit insignia, quae sibi soli papa collata conservat et ad altare modicum in dextro latere basilicae sancti Petri consecratur a solo papa, cum e diverso papa imperatoris insignia teneat et ad altare tantum sancti Petri inunctionem suscipiat. sane Constantinopolitanus imperator, sede mutata, non dignitate, suo iure, non papali beneficio imperialia gestat insignia et velut profusae largitionis donator donatarium suum summum pontificem non evocat in adiutorium domi habens suae dignitatis plenitudinem. verum de hoc querelam facere potest adversus beneficiatum, quod cum ex Constantini beneficio immensam receperit cum singulari honore donationem principi soli debitam non debuit usurpare, ut alii conferret Augusti appellationem. et nisi os viderer in caelum ponere, constanter dicerem, aut imperium Romam non posse cuiusvis imperatoris largitione exuere, aut si potuit vis imperii in pontificem mutare, non potuit in donatoris praeiudicium donatarius Augusti nomen, quod ipse non habuit alii conferre. porro quiescente contentione tute videtur deus, o princeps sacratissime, veteris imperialis dignitatis plenitudinem conflasse, dum ex genere oriundus imperiali duplicis electionis et papalis confirmationis stolam meruisti, dignoque dei iudicio restitutus in regnum sub eius acquisitione pugnando diu vacillaveras et hostem, sine tuo consilio, ex alieno dolo prostratum*

vidisti et ad antiquae celsitudinis redintegrationem monarchiam Constantinopolitani vindicabis, vita comite, imperii, quod ex propinquitate tuae debetur Augustae. precor itaque, Christianissime imperator, ut cum tuo consecratore nullam habeas controversiam, sed velut boni patris prudens filius, converte gladium ad gentes, quae te non noverunt, et sicut ex sanctissimi Innocentii pp. III duplici gratia ultimum imperatoris nomen obtinuisti, sic per bonam innocentiam tuam et eius gratiam imperium novum et a deo sub Constantino firmatum obtineas et gaudium tuum impleatur, dum nihil erit, quod tibi deesse possit ad gloriam imperialem, hinc nomine tibi Augustali dato, illinc insignibus imperialibus, quae non habes, obventuris et utrobique donationis augmento crescente. huc etiam spectant, quae habet idem Tilleberiensis alio loco: *Carolus autem pro re publica pugnans nomen in ultimis suae vitae terminis assumpsit imperii, ut qui Romani defensor erat imperii, quin immo caelestis regni patronus pro tantis meritis et inter homines Augusti nomen acciperet et inter caelestes aulicos miles Christi fortissimus praedicaretur. extunc ergo apud Latinos est terminata Graecorum potentia, Romaque accepit nomen amissum non dominium. modico tamen contenta termino non caput orbis, ut assolet, sed umbra vetusti capitis dici potest, quae sic ab omni potentia evacuatur, quod quae fraena totius orbis tenuerat, nunc sua muralia cohibere non sufficit nullique plus infesta quam suo impera-* P 478
tori, dum duos habere dominos contendit, inter pontificium posita et imperium, alterum excludit, alterum contemnit. quid plura? hoc efficacissimum excidii Romani fuit argumentum, quod de imperio mutatur in pontificium. sic enim regnum Iudaeorum a deo firmatum sub regibus lapsus sui vaticinium habuit statim ut transivit ad pontifices, sic Roma, cum exuit principem, cineres suos respuere iussa est: dum enim non habet iustitiam vastitas et instantia indicatur morientis. haec licet prolixiora, quia hic egregius scriptor, qui asservatur in bibliotheca Thuana, necdum est editus, hoc loco inserere operae pretium visum est.

p. 220 v. 19. *βίβλοι*] V. not. ad Alexiad. p. 288.

ibid. *τῷ ἐδαφίῳ*] Quid si *γραφίῳ*? Graecis et Latinis scriptoribus *graphium* et *γραφεῖον* dicitur stylus ferreus ab una parte acutus, qua exarabantur in cera literae: ab altera parte planus, qua inducebatur quod perperam erat exaratum et rursus complanabatur. Symphosius in aenigmate, cuius lemma est *graphius*: *de summo planus, sed non ego planus in imo.*

v. 21. *κοθόρνου δίκην*] Vide Diogen. centur. 4 n. 72 et Mich. Apostol. cent. 9 n. 29.

p. 222 v. 5. *Παγάτζιον*] Forte urbs, quae *Posega* dicitur, episcopatu insignis in Sclavonia Saviana.

p. 224 v. 23. *ἀδελφιδοῦς Στέφανος*] An Vladislai regis filius? certe de Vladislai Stephani fratris connubio silent scriptores. sed nec simile videtur vero, filium Vladislai, cuius nuptias, si quas iniit, post Stephani fratris cum Maria Comnena connubium factas constat, ipsum Stephanum vultu et ore adeo expressisse, qui aetate multo inferior erat. malim igitur per *ἀδελφιδοῦν* quempiam alium e stirpe regia Stephani senioris consanguineum intellexisse Cinnamum, quisquis ille fuerit.

p. 226 v. 22. *Μιχαὴλ Γαβρᾶς*] Nicetas l. 4 n. 3. v. stemma Comnen.

p. 227 v. 1. *Προκοπίου τοῦ μάρτυρος*] An Procopii martyris, cuius festum agunt Graeci ac Latini 8 Id. Iulii? at cum is sub Diocletiano Caesareae in Palaestina martyrium pertulerit, quando illius corpus Naisum translatum inde fuerit, nemo, opinor, tradidit. aedis divo isti dicatae in Peloponneso, ut videtur, meminit auctor Vitae S. Lucae iunioris c. 5 n. 37. exstitit alia praeterea aedes d. Procopii Constantinopoli, quam renovavit Zeno Isaurus, ut est in Chronico Alexandrino, ac deinde Antonina Belissarii uxor apud scriptorem Chronici Cpol. agit etiam de hocce templo Suidas.

v. 11. *τοῦ μάρτυρος Δημητρίου νεὼν*] Quod hic habetur templum d. Demetrii, videtur illud esse, a quo oppidum d. Demetrii ad Savum amnem situm nomen accepit, hodie *S. Demeter* dictum, haud procul ab antiquo Sirmio. quod vero templum illud in Sirmio exstare ait Cinnamus, id accipiendum puto pro Sirmiensi agro: nam *Σίρμιον* non semel is dicitur eidem scriptori. oppidi vero S. Demetrii meminit Bonfinius dec. 5 l. 4 extremo.

p. 228 v. 2. *ἀδελφοῦ Στεφάνου*] Iam modo percipimus quis fuerit Stephanus, cuius filius fuisse dicitur Livo seu Leo, primus Armeniae rex, in bulla aurea seu diplomate A. 1210, quod Manosci in provincia apud Hierosolymitanos equites asservatur, in quo *Leo filius domini Stephani bonae memoriae dei et imperii Romani gratia rex Armeniae* dicitur. hinc etiam patet Leonis ipsius Milonem, qui Toroso fratri in Armeniae principatum successit, avunculum recte appellari ab Innocentio III pp. l. 2 Epist. p. 536. proindeque a scriptorum plerisque, Vincentio Bellovacensi, Sanuto, Houedeno, Bromptono atque adeo accurato alias
P 479 Familiarum Ultramarinarum scriptore, Rupini fratrem fuisse Leonem perperam referri. nec obstat quod Leo Rupinum, Rupini ex filia nepotem, passim nepotem simpliciter vocat. quippe vocem hanc pro consanguinei filio crebrius usurpari apud auctores constat, qua etiamnum Armorici nostri eadem notione passim utuntur. de Andronico Euphorbeno consulendum stemma Comnenicum.

p. 229 v. 2. *τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος*] Vetus est et decantata illa quaestio et controversia, Romanorumne imperatorum fuerit summos pontifices Romae creare, vel certe an ii absque

imperatorum eligerentur consensu, de qua multa viri docti hactenus atque inprimis Iacobus Pamelius ad epist. 52 S. Cypriani, Angelus a Nuce ad Leon. Ost. l. 3 c. 21 50, Bellarminus, Baronius et alii erudite et copiose disseruerunt.

p. 229 v. 3. ὅτι μὴ βασιλεῖ] Et sane stante gravissimo illo quod ecclesiam divexavit diu schismate Manuël magnum inde sibi volens comparare emolumentum, Alexandrum II pp. variis officiis sibi conciliare studuit, quo sibi soli imperatorium titulum assereret, promisso etiam non modico auxilio et duarum ecclesiarum proposita unione: quod olim avus Manuëlis Alexius a Paschali II pp. obtinere etiam annixus fuerat, cum ab Henrico V imperatore pressius ille urgeretur, ut auctor est Petrus Diacon. l. 4 Chron. Cas. c. 46. Acta Alexandri A. 1166: *per idem tempus Emanuël magnus et excelsus Cpoleos imperator, sciens molestias et gravamina quae praedictus Fredericus venerando episcopo Alexandro contra deum et omnem iustitiam minabatur inferre, misit ad urbem Romam Iordanum imperii sui sebastum filiumque Roberti Capuani principis ad subventionem et servitium eiusdem pontificis. veniens autem idem sebastus humiliter se inclinavit eidem pontifici et oblatis ad pedes eius magnis et pretiosis muneribus, omnia quae habebat in mandatis diligenter exposuit. et inter cetera unum continebatur* etc. *asseruit enim quod idem imperator ecclesiam suam unire volebat* etc. *Nihilo minus petebat, ut quia occasio iusta et tempus opportunum et acceptabile se obtulerat, Romani corona imperii a sede apostolica redderetur, quoniam non ad Frederici Alemanni, sed ad ius suum assereret pertinere. ad quod opus faciendum tantas auri argentique opes et fortium virorum potentiam se largiturum firmiter spondebat, quod non solum Romam, sed etiam totam Italiam ad ecclesiae servitium et restituendam sibi ecclesiae coronam absque dubio sufficere poterat. quod verbum licet nimis difficile videretur ei et multa deliberatione opus habere, utile tamen visum est, ut paulisper habito cum fratribus suis consilio episcopum Ostiensem et cardinalem SS. Ioannis et Pauli pro causa ipsa tractanda e latere suo cum praedicto sebasto ad eiusdem imperatoris praesentiam destinaret.* id etiam postea tentavit Manuël A. 1170, ut ex Actis eiusdem pontificis colligitur apud Baronium. v. infra p. 262 sq.

p. 232 v. 6. Ἱερόσθλαβον] Hieroslaum Vladimeri in Galitzae principatu successorem. v. supra p. 115. excepit ille Andronicum Comnenum e carcere Manuëlis profugum. eadem fere quae Cinnamus habet de Andronici fuga Nicetas l. 4 n. 1.

p. 234 v. 11. πρὸς τοῦ παπίου] Pappiae seu papiae officium erat palatii custodia, sub curopalata scilicet, cuius praecipua erat illius cura, ut ex Constantino Manasse discere est:

πρὸς τὸν οἴκων φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις.
παπίαν λέγομεν αὐτὸν κατὰ Ῥωμαίων γλῶτταν.

unde apud Cedrenum παπίας τοῦ παλατίου in Leone Copronymi F. et Leonem grammaticum in Leone Armenio et Michaële
P 480 Theophili F. p. 447 469, *custos palatii*, *papias et ostiarius*, in 8 Synodo Act. 5 nuncupatur. proindeque non modo habitabat in ipso palatio, uti observare est ex Scylitze in Michaële Rhangabe p. 492 et 495, sed et penes papiam reorum, qui in palatii carceribus detinebantur, cura praesertim erat, quod hoc loco plus satis innuit Cinnamus, ut et Zonaras in Michaële Balbo. fuit sane simile *gauarretorum* officium in aula regum Siciliae sub Normannis, penes quos non cura duntaxat et custodia palatii sub castellano incumbebat, sed et eos, qui per diversos palatii carceres tenebantur inclusi, frequenter inspicere eorumque statum mitius asperiusve, prout ei visum erat, commutare et prout vellet custodes singulis designare carceribus, ut auctor est Hugo Falcandus. gauarretorum meminit etiam Richardus de S. Germano A. 1232. de magni papiae officio plura habet Meursius, cuius dignitatis, quam simili, quae fuit olim in regum nostrorum palatio, comparare est, quamque etiamnum *concierge du palais* vocant, mentio est praeterea apud Pachymerem l. 5 c. 5, Cantacuzenum l. 1 c. 26 52, l. 2 c. 22 27 et Nicephorum Gregoram l. 8.

p. 235 v. 1. *παρὰ Πριμίσθλαβον*] Varios Russiae seu Moscoviae, quam Tauroscytharum regionem vocat, principes recenset Cinnamus, atque in his Vladimerum et Iaroslaum Galitzae, quae provincia est Russiae minoris, toparchas: praeterea Primislaum, Rosilaum, Iaroslaum, Georgium Basilicae filium et Vladislaum qui cum uxore et liberis ad Manuëlem transiit, a quo regione ad Istrum sita donatus est. atque hi quidem omnes Iaroslai, qui solus Russiae principatum obtinuit, filii videntur fuisse aut ex filiis nepotes, qui ditionibus suis non contenti, dum alii alios invadunt, mutuis sese confecere vulneribus.

p. 236 v. 4. *Κιάμα*] Forte *Κιοβία* aut *Κιόβα*, Kiowia, Russiae olim metropolis ad Borysthenem, *Κιοάβα* dicta Constantino de Adm. Imp. c. 9, cuius amplitudo describitur et praedicatur a Ditmaro l. 7 extremo, Adamo Bremensi c. 66, Mathia Michoviensi l. 2 c. 18, Alex. Gagnino et al. perperam *Chios* pro *Chiof* dici in Vita S. Mariani abbat. Ratispon. c. 4 observat Bolandus 9 Febr.

v. 14. *Ἐρρίκος*] Henricus Austriae dux. vide infra ad p. 261.

p. 237 v. 7. *Βαλδουῖνος*] Exstincto Balduino III regi Hierosolymitano successit eius frater Amalricus comes Ioppensis: qui diremptis apostolicae sedis auctoritate cum Agnete, Ioscelini Edessani comitis filia, nuptiis, Mariam Comnenam, Ioannis Comneni protosebasti filiam, Andronici sebastocratoris, Manuëlis fratris,

neptem duxit circa A. 1167, uti narrant Tyrius l. 20 c. 1 et 24, Robertus de Monte hoc A.

p. 237 v. 13. *περὶ Ἀντιοχείας*] Boëmundo III adhuc impubere et Renaldo principe a Saracenis capto, Antiocheni Balduinum III in urbis et principatus defensorem assumpserant contra invalescentes Saracenos, viribus nostrorum tot cladibus accisis.

p. 238 v. 8. *Ζευγμίνῳ*] V. Nicet. l. 4 n. 3.

p. 239 v. 13. *σκευαστῷ πυρὶ*] Igni Graeco, qui nostris *feu d'artifice* dicitur, *ἐσκευασμένον πῦρ* Leoni in Tact. c. 19 n. 6.

v. 17. *δηλητήριον*] Veneno interiisse Stephanum seniorem scribit etiam Nicetas, Thwroczius in oppido Zemlen obiisse tradit A. dom. 1173 Id. April. fer. 5 et Albae sepultum.

p. 246 v. 5. *σποδόν τε κατέσειε*] Pulverem dispergere forte pertinuit ad *τεφραμαντείαν* seu *σποδομαντείαν*, de qua Delrius l. 4 Disquis. Magicar. quaest. 7 sect. 1. nam mulier illa magicis P 481
incantationibus obsidentes irretire conabatur. nec scio an etiam eo spectet c. 27 additionis 2 ad Capit. Caroli M. l. 4: *de homicidiis factis anno praesenti inter vulgares homines quasi propter pulverem mortalem.* ubi *propter* idem valet ac *per*, ita ut *homicidia facta per pulverem mortalem* seu per *τεφραμαντείαν* intelligantur. sed cuiusmodi eae fuerint incantationes ea aetate per pulverem, haud constat: nam quae scribit Delrius, huic loco minime conveniunt. quid si mulier ista pulverem pedibus in hostes excutiebat in eorum contemptum? pulveris enim excussio, contemptus seu potius abdicationis et excommunicationis argumentum fuit ex iis quae habentur Matth. 10 et Marc. 6. Guillelmus Abbas S. Theodor. in Vita S. Bern. l. 2 c. 8: *hic* (Eugenius IV pp.) *seditione orta in populo pulverem pedum in litigantes excussit, et relictis eis in Franciam venit.* ita Humbertus episcopus Silvae Candidae cardinalis et alii ecclesiae Romanae archiepiscopi, cum imperante Constantino Monomacho Cpoli in ecclesia S. Sophiae sententiam excommunicationis in Michaëlem patriarcham et eius sequaces super altari posuissent praesente clero et populo, *inde mox egressi etiam pulverem pedum suorum excussere in testimonium illis dictum evangelii proclamantes: videat deus et iudicet.* v. Pachym. l. 2 c. 17.

v. 7. *ὑποψάλλουσα*] Vox magicis incantationibus propria. *venefici, qui magicis susurris seu carminibus homines occidunt,* §. 5 Inst. de Public. iudic. Iulianus Antecessor Const. 107 §. 5. *si venenis aut susurris magicis vitae eorum insidiarentur. Zoroastraei susurri* apud Prudentium adversus Iudaeos: *magicum susurramen* apud Apuleium Metam. l. 1. lex 5 C. Theod. de Indulg. crimin.: *qui noxiis quaesita graminibus et diris immurmurata secretis mentis et corporis venena composuit.* Acta S. Thyrsi c. 5 n. 29: *aliis circa membra eorum carmina incantamentaque murmurantibus.* porro quid simile narratur a Raimundo de Agi-

les in Hist. Hieros. p. 178: *dum duae mulieres petrariam unam de nostris fascinare vellent, lapis viriliter excussus mulieres carminantes cum tribus pueris allisit.*

p. 246 v. 21. *Ἀνδρονίκῳ*] Euphorbeno, cuius supra meminit p. 228.

p. 248 v. 3. *εἴ τις ἅπερ ἀφήρηται*] Ita Lachanas occupato regni Bulgarici diademate Mariae Constantini regis viduae et se in coniugem et regnum in dotem offerenti, respondit, ridicule offerri, quod maiori ex parte iam teneret: *διαθρυπτόμενος οἷον εἰ ἀρχὴν ὅσον οὔπω κτησομένην αὐτῷ σπάθῃ καὶ δυνάμει κρείττονι, ἐκείνη φθάνοι χαρίζεσθαι.* Pachym. l. 6 c. 7.

v. 19. *Δαλματίαν*] Dalmatia maritima, quam et Croatiam Albam vocarunt, reges suos seu toparchas agnovit, longe diversos a Servianis principibus, quorum regia fuit Salona, Diocletiani Augusti natalibus illustris. atque ut omittam ceteros qui hisce provinciis imperitarunt, in praesens, quod ad rem nostram spectat, arbitror adnotandum, Zolomirum seu Zuilimirum, cuius meminit Gregorius VII papa, uti a nobis ad Alexiadem observatum, Croatiae et Dalmatiae regem sese inscripsisse, qui ducta in uxorem Belae I Hungariae regis filia, Geizae II et Vladislai regum sorore, cum nulla ex ea superesset proles, moriens regnum coniugi reliquit. illa provincias, quas Vladislai fratris auxiliis contra hostes tutata erat, eidem haereditatis iure testamento assignavit. atque inde Ungarici reges Dalmatiae et Croatiae dominos identidem sese appellarunt et easdem possederunt provincias, non tamen absque controversia. quippe Veneti iam ante Zuilimirum ius in plerasque Dalmatiae maritimae urbes sibi vindicabant, quas sub Petro Urseolo duce Servianis abstulerant principibus. neque dubium est quin Manuël, qui eo aevo cum Venetis simultates, etsi
P 482 occultas, exercebat, Belae seu Alexii, cui filiam Mariam desponderat, iura, ut qui esset Hungaricae stirpis princeps, ad bellum inferendum praetenderit. nisi quod vult Cinnamus, Belae ipsi in haereditatis sortem seu a patre, vel, ut probabilius est, a fratre, assignata fuerit Dalmatia, quam idem princeps Hungariae post haec rex factus Amalrico filio primogenito perinde concessit. Agunt etiam de hoc Manuëlis in Dalmatia cum Venetis bello Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitana c. 20 22, Sabellicus et Bonfinius. consule Familias nostras Dalmaticas.

p. 249 v. 5. *τὸ Κατζικίων ἔθνος*] *Catziti* forte, de quibus Thomas Archid. c. 22, qui *Cacicli* in veteri diplomate dicuntur apud Io. Lucium l. 3 Hist. Dalmatic. c. 10 p. 132. fuerunt autem Cazetti sive Casicli una e 12 tribubus Croatorum. v. eundem Lucium l. 4 c. 4 6.

v. 6. *ἣν Διοκλητιανὸς* etc.] V. Constant. Porph. et eundem Tho. Archid. in Hist. Salon. c. 4.

ibid. *Κάρδων*] Vulgo *Scardona.*

p. 249 v. 7. *Ὀστρουμπίτζα*] Quae hodie *Ostrovitza.*

p. 250 v. 1. *βασιλεὺς δὲ Ἀνδρόνικον*] Nicetas l. 4 n. 4 et 5, Will. Tyrius l. 20 c. 2. v. stemma Comnen.

v. 8. *τοῦ παρ' ἡμῖν νομίμου*] Mathaeus Monachus in Quaest. Matrimonial. l. 8 Iuris Graeco-Rom. p. 482 ad quintum usque gradum prohibitas fuisse apud Graecos ob affinitatem nuptias scribit: *μέχρις τοῦ πέμπτου βαθμοῦ πάντη τὸ ἐξ ἀγγιστείας κεκώλυται.* v. Pachym. l. 6 c. 6.

p. 251 v. 8. *ἦν τις Δημήτριος*] Id etiam habet Nicetas l. 7 c. 5. v. praeterea Leonem Allat. de Eccl. Occid. et Orient. perp. cons. l. 2 c. 12 n. 4.

p. 252 v. 2. *οὐκοῦν βασιλεὺς ἔφη*] Gaudentius Brixiensis episcopus in Responsione ad Paulum Diac. de eo quod dominus Iesus dixit apostolis: *quia pater maior me est: duplex est in Christo substantia, una propria, alia nostra, iam sua: id est, una dei, alia hominis. filius enim dei, ex quo eum illibata virgo peperit de spiritu sancto conceptum, atque hoc genere nascendi verbum caro factum est et habitavit in nobis, idem coepit esse filius hominis, qui in principio erat apud patrem filius dei, utique deus verbum* etc. Ferrandus Carthagin. Diac. Epistol. ad Anatolium: *si quis iterum requirat, pater maior me est, utrum vox ista secundum divinitatem prolata sit, an secundum humanitatem, fiducialiter respondeo secundum humanitatem, non secundum divinitatem.* Idacius Clarus adversus Varimadum: *filius minor est patre in adsumpti hominis forma, aequalis vero patri est in deitatis naturae substantia.* ita passim sancti patres. vide Sedulium l. 1 Paschal. operis c. 22. hac responsione Arrium et illius sequaces, qui eo argumento adversus catholicos uti solebant, ut testatur Socrates l. 1 c. 6, semper iugularunt sancti patres. S. Augustinus in Enchiridio c. 35: *in quantum deus est, ipse et pater unum sunt: in quantum autem homo, pater maior est illo.* Arnobius Iunior in conflictu cum Serapione l. 2: *in ea forma, in qua filius patris est sine matre, ipse et pater unum sunt: in ea vera forma, in qua filius matris est sine patre, patre minor est. naturam enim servilem assumpsit, in qua non solum deo patre minor esset, sed et matre tantum minor esset, quantum matris virginis annositas exstitisset.* Vigilius episcop. Tridentinus: *si ergo secundum professionis tuae (Arrii) sententiam aliquanta divinitati, nonnulla vero humanitati adscribenda sunt, cur non hoc quod ait, pater maior me est, humanitati et quod ait, ego et pater unum sumus, divinitati reputamus?*

p. 253 v. 12. *κἂν τι διερμηνεῦσαι*] Perspicax Manuëlis et acutum ingenium eloquentiam et in rebus theologicis eruditionem commendat pariter Nicetas.

P 483 p. 254 v. 10. *Εὐθύμιον*] Interfuit Euthymius iste Novarum Patrarum episcopus synodo, quae A. Ch. 1166 celebrata fuit contra Demetrium Lampenum. vide eundem Allatium.

v. 21. *αὐθεκάστῳ*] Editio Tolliana praefert *αὐθεκαίνῳ*. an legendum *ἀντικαίνῳ*? est enim *ἀντίκαινον* Hesychio *ἰσόκαινον*, an vero *αὐθεκάστῳ*, quam vocem idem Hesychius *ἀκριβῆ*, *αὐστηρὸν τῷ λόγῳ*, *ἐλευθέριον*, *ἀξιόπιστον* etc. interpretatur? sed hic notio ista non omnino quadrat. mallem igitur *ἀντικαίνῳ* reponere, hancque periodum sic interpretari: *ego autem iniuria affici haud aegre patior, ne actione simili verae rectaeque doctrinae officere videar.*

p. 257 v. 8. *καὶ τεκνοῖ παῖδα*] Natus est Alexius Manuëlis F. A. 1167, si Alberico fides, vel potius 10 die Sept. A. 1170, ut est apud Codinum de Orig. Cp. vide stemma Comnen.

v. 18. *Διονύσιόν τινα*] Dionysii meminit Nicetas non semel, dum bella Hungarica exsequitur. sed de illo silent Hungarici scriptores.

p. 259 v. 7. *ὁ γάρ τοι Βρανᾶς*] Vide Nicetam l. 4 n. 3.

v. 11. *μὰ τὴν βασιλέως κεφαλὴν*] Auctor est Xiphilinus Romanum senatum post Seiani caedem decrevisse, ut nulla fierent deinceps iuramenta, nisi ea imperatoris nomine conciperentur: *μήτε τοὺς ὅρκους ἐπ' ἄλλου τινός, πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος ποιεῖσθαι.* hinc crebrae illae sacramentorum formulae, *per fortunam, per genium, per salutem principis.* Elogium S. Panteleemonis:

μὰ τῶν θεῶν βέλτιστε τὴν σωτηρίαν.

quae sic vertit Fredericus Morellus:

vir optime, almam per salutem principum.

Gregorius in Vita S. Basilii Iunioris n. 4: *νὴ τὴν ὑγείαν τῶν βασιλέων.* *per imperatoris caput* etiam iurabant Christiani. Synod. Chalcedon. Can. 30: *τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι τινά.* Palladius in Hist. Lausiaca c. 2 de S. Potamiana: *ἡ δὲ ἀφίησι φωνήν, εἰποῦσα, τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως σου ὃν σὺ φοβῇ* etc. Vegetius l. 3 c. 5 de Tironibus: *iurant autem per deum — et per maiestatem imperatoris, quae secundum deum generi humano diligenda est et colenda.* sed de eiusmodi formulis consulendi Seldenus ad Marmora Arundel. p. 147 et Hansen. de Iureiur. vet. c. 23.

p. 260 v. 9. *οἱ τῶν ἐξ Ἰταλίας*] Vetus ea fuit et fere constans opinio, Blachos seu Vlachos a Romanis genus duxisse, et a nescio quo eiusdem gentis Flacco sumpsisse originem et appellationem. Pius II pp. de Valachis: *postremo Romanis armis subacti ac deleti sunt, et colonia Romanorum, quae duces coerceret, eo deducta duce quodam Flacco, a quo Flaccia nuncupata. exin longo temporis tractu corrupto, ut fit, vocabulo, Valachia dicta, et pro Flacciis Valachi appellati.* sed licet hanc de Valachorum origine sententiam, ut fabulis innixam respuat damnet-

que Leunclavius, illud tamen in confesso esse debet, non extremis duntaxat natam seculis, sed iam Manuële ipso imperante invaluisse. quod praeter Cinnamum docet satis superque Innocentius III papa l. 2 Epist., dum Ioannicio Bulgarorum et Vlachorum regi de stirpis origine quodammodo adblanditur. *nos autem*, inquit, *audito quod de nobili urbis Romae prosapia progenitores tui originem traxerint, et tu ab eis et sanguinis generositatem contraxeris, et sincerae devotionis affectum, quem ad apostolicam sedem geris, quasi haereditario iure, iampridem te proposuimus litteris et nuntiis visitare.* quae quidem pontificis verba non ad solius duntaxat Ioannicii, verum ad totius Vlachorum gentis originem referenda alibi docuimus. sed et Georgius a Reychersdoff Transylvanus in Chorographia Moldaviae annotat adstipulari huic opinioni Romanum sermonem, qui adhuc in ea gente perdurat, licet adeo ex omni parte corruptum, ut vix ab homine P 484
Romano intelligatur. sed de Vlachis seu Vlahis copiose et erudite egit Ioannes Lucius libro 6 de Regno Dalmat. et Croatiae c. 5.

p. 261 v. 12. Ἐρρῖκος] Henricus cognomento *Iosammergot* primus Austriae dux Leopoldi marchionis filius, Leopoldi marchionis frater et successor, primis nuptiis uxorem duxerat Gertrudem Lotharii imp. filiam A. 1142, ut est in Chronica Australi, qua exstincta alteram sibi adscivit coniugem Theodoram Comnenam, Isaacii Cyprii tyranni sororem, uti fusius a nobis in stemmate Comnenico indicatum, ante A. 1156, quo Fredericus imperator Austriacum marchionatum erexit in ducatum, quod ex Sterone discimus, qui Theodorae mortem in A. 1185 coniicit. de Henrici legatione silent, ni fallor, scriptores Germanici, quae praecessisse videtur aliam ab Henrico Leone Saxoniae duce obitam, quam mox Cinnamus commemorat, si non annis, saltem aliquot mensibus. ab ea enim reducem Austriacum colligimus ex Arnoldo Lubecensi l. 2 c. 3, cum Saxonicus suam iniit. nec enim una ambos duces simul Cpolim profectos probabile est, etsi scriptor idem Orientalis ducem Austriae instaurata classe prosecutum ducem Saxoniae usque in ipsam Hungariam tradat. de Henrico consulendi praeterea auctor Vitae b. Mariani abbatis Ratisp. c. 6 n. 27, Cuspinianus, Brunnerus l. 12 Annal. Boicor etc. at de Bladigratzo nihil succurrit.

p. 262 v. 4. ἰσχυριζομένου] Certe de transferendo in Graecos imperatorio titulo pacta inita fuisse colligitur ex iis, quae habet Gotefridus monachus S. Pantaleon. A. 1172; imperatorem nempe Fredericum in curia seu conventu Wormatiensi *conquestum de illis qui partibus favebant Rolandi, quod coronam Romani imperii Graeco imponere vellet.* vide Ioann. Palaeonidorum in Vita S. Cyrilli Carmelitae n. 1.

v. 18. τὴν Ταυροσκυθίδα] Adeo confusa est Graecorum scriptorum in concinnandis historiis suis ratio, dum res gestas

praepostero ordine, nec observata temporum et annorum regula, quae unica fax est historiae, enarrant, ut vix quidquam perciperemus in iis, nisi aliunde, a scriptoribus videlicet Latinis, lux affulgeret, quorum ope plerumque licet emendare Graecorum anachronismos. scribit hoc loco Cinnamus Henricum Austriae ducem a Frederico missum esse Cpolim, dum in Hungaria inter utrumque Stephanum bellum exardesceret, hoc est, A. 1172 vel proxime sequenti, si Thwroczio et Bonfinio fides: ex ea legatione redeuntem Henricum iter per Hungariam cepisse et suasisse Stephano iuniori, ut repudiata Primislai, de quo supra egit Cinnamus, filia suam ipsius duceret, quod et peractum ait. quod si ita se res habet, perperam auctor Chronicae Australis Stephani Hungariae regis nuptias cum Agnete filia Henrici ducis Austriae coniicit in A. 1165. sed neque scriptori huic et Cinnamo consentit Arnoldus Lubecensis, qui Stephani uxorem, Henrici sororem, non filiam, fuisse scribit, eamque, cum obiit maritus, praegnantem exstitisse: *nec minus*, inquit ille, *alter* (Henricus Austriae dux) *affligebatur de tam subito regis interitu, eo quod intestatus obiisset, et sororem suam viduam, praegnantem tamen et gravidam, quasi exsortem regni sine haerede reliquisset.*

p. 263 v. 16. *γυμνάσιον*] Tzycanisterii ludum describit, de quo abunde ad Ioinvillam diximus dissert. 8.

p. 265 v. 15. *Ἀλέξιος*] Alexium Axuchum protostratorem invidorum calumniis oppressum scribit Nicetas l. 4 n. 6, cuius virtutes animique et corporis praeclaras dotes mire extollit. vide stemma Comnen.

P 485 p. 269 v. 16. *Μιχαήλ, ὃς λογοθέτης*] Michaël Hagiotheodoritus, cuius meminit Balsamon in Synod. Cpol. can. 4.

v. 17. *ἐκ τοῦ Βήλου κριτῶν*] In Catalogo Officiorum Palatii Cp. tom. 1 Iuris Graeco-Rom. p. 285 quinquagesimum quartum inscribitur: *ὁ κριτὴς τοῦ Βήλου.* plures simul hac functos dignitate colligere est ex Niceta in Alexio Man. F. n. 17 18, in Andron. l. 2 n. 9, in Isaacio l. 2 n. 6, in Alex. l. 1 n. 2. sed et ipse Nicetas in Epigraphe Historiae ab eo conscriptae dicitur obiisse munus *ἐφόρου καὶ κριτοῦ τοῦ Βήλου.*

p. 270 v. 2. *βασιλεὺς δὲ*] Expeditionem hanc Hungaricam pluribus exsequitur Nicetas l. 5 n. 1 2 et 3.

v. 6. *ἀπέσταλτο δὲ*] Ita Michaël Palaeologus imperat. apud Pachymerem l. 3 c. 18 ducibus suis in bellum proficiscentibus praecipiebat: *καὶ ὅπου προκαθήσαιντ' ἄν, καὶ ὅπως ξυμβαλοῖεν, καὶ ὅθεν ὁρμήσαιντ' ἄν, ἢ ἐκ λόχων, ἢ φανεροί, ἡμέρας ἢ καὶ νυκτός, τάττων ἐντεῦθεν τὰ πάντα, εἰ δ' οὐκ εἶδε τὸν τόπον, κελεύων διαγράφειν τοὺς εἰδότας, αὐτὸς καθίστα προστάττων.*

p. 274 v. 2. *σημεῖον*] Carrocium Hungaricum, quod describitur a Niceta l. 5 n. 3: *ἦν δὲ καὶ ἡ σημαία ἐκείνου μετέωρος, ἐπί τινος ἠνεμωμένη παχέως, καὶ ὑψιτενὴς τετράσιν ὑπὸ τρόχοις*

ἑλκομένου βοῶν ζεύγμασιν. carrociorum formam, quorum usus frequens fuit in Italia, pluribus descripsit Angelus Portenarius l. 5 *della Felicita di Padua* c. 6. sic autem ille: *era il caroccio un carro grande con quatro ruote, sopra il quale nella parte dietro era un tribunale coperto di scarlato, o veluto rosso, perche al caroccio, quasi a tribunale, si riduceva il capitano insieme con li consiglieri di guerra, quàndo si havevano da consultare le cose ad essa guerra pertinenti. nel mezzo del caroccio, era piantato un alto albero, nella sommita del quale era la bandiera, o standardo della città, et era tirato da quatro al meno paia de buoi gagliardi, coperti di ricco drappo del colore della bandiera. Mandavasi questo carro alla guerra con l'essercito, alla cui gardia erano diputati mille e cinquecento soldati, scelti, armati di lorica, e di gambiere di ferro, con alabarde egregiamente lavorate, et alquante compagnie di cavalli, laqual militia mai del caroccio si allontanava, perche il perderlo era riputato grandissima vergogna et infamia.* describitur carrocium Florentinum a Ioanne Villaneo l. 6 c. 77, Othonis imperat. a Willelmo Britone l. 2 Philipp., Paduanum a Rolandino l. 9 c. 11 et Portenario, Mediolanense ab Alberico An. 1213, Parmense ab eodem Alberico An. 1229, Veronense ab Hieronymo *d'alla Corte* l. 5 et 6 Histor. Veron. sed de carrocio plura qui volet, consulat velim Laurentium Pignorium in not. ad Histor. August. Mussati et scriptores ab illo laudatos.

p. 275 v. 5. ὃς *Πέτρα*] Meminit istius cisternae Christophorus Bondelmontius in Descript. Cpoleos.

v. 10. οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ] Hauserant indubie Graeci pravum hunc inducendae servitutis morem ab Occidentalibus seu Septentrionalibus potius populis, penes quos *servi* erant *alii natura, alii facto, et alii emptione, alii redemptione, alii sua vel alterius datione*, ut est in Legibus Henrici I regis Angliae c. 76. de postremis agit Cinnamus, de liberis scilicet hominibus, qui ad pretium participandum aut angustia rei familiaris alterius sese mancipabant dominio, operasque suas locabant, de qua servitutis specie exstat formula apud Marculfum l. 2 c. 28 et in Formulis veteribus c. 10. Constitutiones Catalaniae mss. inter dominos et vasallos c. 34 ex bibliotheca Thuana fol. 62: *licet de iure Romano homo liber non possit se facere servum alicuius per aliquam simplicem pactionem, nec etiam per confessionem factam in iure, potest tamen per confessionem aliquis suam gravare conditionem, quia per pactionem interveniente scripto potest aliquis homo* P 486 *liber se constituere adscriptitium.* quemadmodum autem accepto pretio liberi fiebant servi, ita pretio reddito et soluto rursum in libertatem asserebantur, ut ex Palladio colligitur in Histor. Lausiaca c. 83. vide Gregorium Turonensem l. 7 c. 45, synodum

incerti loci post concilium Parisiense IV can. 14 et Concilium Vermeriense An. 752 can. 6.

p. 276 v. 1. καθάπερ δραπέτας] Ea erat servorum conditio, ut si a dominorum sese subduxissent aedibus, ab iis, a quibus recipiebantur, repeti possent continuo tamquam fugitivi et in servitutem denuo retraherentur. unde in manumissionum formulis, velut praecipuum libertatis argumentum id insertum legimus, *ut ubique, quam voluerit partem pergat, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus.*

v. 9. ὁ αὐτὸς ἔτει τῆς βασιλείας] Supplendum *anno* 15. incidit autem annus Manuëlis quintus decimus in An. mundi iuxta Graecos 6666, Christi 1158, indict. 6, quo emissa eiusdem Augusti novella, qua ecclesiis et monasteriis, quae erant in urbe Cpolitana et vicinis urbis locis, immobilium firmam et inviolatam possessionem sancivit: quod duabus aliis praeterea constitutionibus edixerat. vide Balsamon. in Synod. 7 can. 4 et 12.

v. 13. χρυσόβουλον] Aurea bulla. Ioan. Cantacuzenus l. 3 c. 53: τῷ Ἀγγέλῳ πρὸς τὴν Θετταλίας ἀρχὴν χρυσόβουλλον ποιῶν etc. Epistola Ioannicii Bulgariae regis in Gestis Innocentii III pp.: *subsignat autem imperium meum ad securitatem chyrosobolum suum.* ita bis editur, sed legendum *chrysobolum.* sic porro diplomata omnia aureis bullis seu sigillis munita appellabant, praesertim tamen constitutiones imperatorias. Harmenopulus l. 1 tit. 1 §. 12: καὶ μετὰ τοῦτον πολλοὶ τῶν βασιλέων καθολικοὺς μὲν ἐξέθεντο νόμους· νεαρὰς δὲ καὶ προστάξεις ἀλλοίας καὶ χρυσοβόλους λόγους, εἰς ἃ δέον ἡγήσαντο, πεποιήκασιν. de aureis bullis glossographi passim et nos quaedam ad Villharduinum.

v. 15. νόμον δὲ πασῶν] Hanc Manuëlis de Feriis novellam edidit Balsamon in Nomoc. tit. 7 et ex eo Bonefidius, Leunclavius et Baronius, quam ex mss. restituit Carolus Labbeus in Observat. ad Synopsim Basilic. emissa autem An. mundi 6674, indict. 14, Christi nimirum 1164.

p. 277 v. 8. λίθον ἱερὸν] Vide Nicetam in Man. l. 7 c. ult.

p. 278 v. 3. τὸν ὦμον ὑπέσχε] Vide tractatum nostrum de Capite S. Ioannis Baptistae c. 2 n. 6.

v. 6. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους] Graecorum in Aegyptum cum Hierosolymitano rege Amalrico, ceterisque regni baronibus et proceribus expeditionem pluribus refert Willelmus Tyrius l. 20 c. 4 14 15 16 17, qui eam in annum 1169 coniicit sub finem Septemb., ut et Nicetas l. 5 n. 4 5 6 et 7.

v. 13. πρέσβεις] Erant ii, ni fallor, Alexander Gravinae comes et Michaël Hydruntinus, quantum ex Tyrio colligi datur cap. 4.

v. 18. στόλον νεῶν] *Erant sane,* inquit Tyrius, *in praefato exercitu naves longae rostratae, geminis remorum instru-*

ctae ordinibus, bellicis usibus habiliores, quae vulgo galeae dicuntur, centum quinquaginta. item in his maiores ad deportandos equos deputatae, ostia habentes in puppibus ad inducendos ducendosque eos patentia, pontibus etiam, quibus ad ingressum et exitum tam hominum quam equorum procurabatur commoditas, communitae sexaginta. item harum maximae, quae dromones dicuntur, alimentis varii generis armisque multiplicibus, machinis quoque et tormentis bellicis usque ad summum refertae decem aut duodecim. locum hunc Tyrii integrum ideo describendum duxi, ut non modo navium numerus, quibus con- P 487 flata erat Manuëlis classis, inde constaret, sed praesertim ut quod περὶ ἱππαγωγῶν seu de *wisseriis* ad Villharduinum a me pridem observatum, hoc qui tum non occurrerat loco firmarem.

p. 278 v. 22. μέγας δοὺξ] Tyrius: *misit autem cum classe de suis principibus megalducas consanguineum suum, quem universis praefecit, et quemdam alium Mauresium nomine, sibi valde familiarem* etc. at qui Tyrio Mauresius, Nicetae appellatur Theodorus Maurozumes.

p. 279 v. 6. *Ταμιάθι*] Vulgo *Damieta*, urbs Aegypti nota, quae describitur a Tyrio l. 20 c. 16. in Concilio Ephesino part. 2 act. 1 fit mentio episcopi *Ταμιαθίδος*.

v. 22. ἠγγέλλετο δὲ ὡς χρήμασιν] Tyrius: *ibi profecto patuit nostros aut minus experientiae habuisse, aut a solita defecisse prudentia, aut exercitus moderatores malitiose versatos.* sed nec culpa lata vacasse Graecos asserit idem scriptor c. 18, ut et Matthaeus Paris. An. 1219. *haec civitas*, ait ille, *primo a Graecis obsessa legitur, qui in eius captione defecerunt.*

p. 280 v. 3. χειμῶνος] Id ipsum de tempestate observant Tyrius et Nicetas.

v. 13. καὶ δουλείαν] Vide inscriptionem, quam retulimus in dissertatione 27 ad Ioinvillam p. 319.

v. 14. ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον] Ut Veneti mercatores ceterique reipublicae Venetae subditi, quotquot intra Byzantini imperii fines reperti, carceri mancipati fuerint eorumque bona publicata, pluribus refert Nicetas l. 5 n. 9, ut et Sabellicus decad. 1 l. 7. ita idem Manuël similibus, ut par est credere, de causis Pisanos qui Cpoli frequentes ob mercimonia aderant, urbe et imperii ditionibus postmodum expulit, eosque rursum revocavit An. 1172, ut est in Annalibus rerum Pisan. Ughellianis.

v. 19. τέναγός τι] Constantinus de Adm. imper. c. 38: ἡ Βενετία τὸ μὲν παλαιὸν ἦν τόπος ἔρημός τε, ἀοίκητος καὶ βαλτώδης.

v. 23. βωμολόχον] Nicetas de Venetis: ἄνδρας θαλάττης τροφίμους, κατὰ Φοίνικας ἀγύρτας, πανούργους τὸ φρόνημα.

p. 280 v. 25. *οὗτοι Ἀλεξίῳ*] Privilegia varia, immunitates et praedia concessa Venetis ab Alexio ob praestitum sibi contra Wiscardum auxilium testatur Anna l. 6 Alex. p. 161 162.

p. 287 v. 5. *δεκάτας*] Decimae mercium. Gloss. Basilic.: *δεκατευτήριον, τελώνιον.* Hesychius: *δεκατεύειν, τελωνεῖν, δεκάτην εἰσπράττεσθαι. δεκατευταί, τελῶναι, οἱ τὴν δεκάδα ἢ δεκάτην ἐκλέγοντες.* Charta Rogerii regis Siciliae An. 1137 apud Ughellum in Archiepisc. Salernitan.: *praeterea decatias et alia iura mercatorum, quae Salernitani in Alexandria prius persolvere soliti erant, ad morem et modum Siciliae negotiatorum, reduci faciemus. decimum* in diplomate Caroli Magni apud Doublet. in Histor. San-Dionys. p. 708 709. vide Agathiam l. 5 p. 151 1 edit.

p. 282 v. 5. *Βουργεσίους*] Latinis aevi medii *burgenses*, Gallis *bourgeois*, hoc est, ius civitatis Venetis urbem incolentibus dedit. Diploma Rogerii Siciliae comitis Graecobarbarum, editum tom. 1 Italiae Sacrae: *ἡμέτεροι ὑπήκοοι τοῦ ἡμετέρου κράτους βαρούνιοι, βουργέσιοι καὶ στρατιῶται.*

v. 6. *πίστεις δεδωκότας*] Ea erat burgensium conditio, ut clientelam domino civitatis, villae aut burgi profiteri tenerentur. LL. Burgor. Scoticor. c. 2: *quicumque factus fuerit de novo burgensis domini regis, primo iurare debet fidelitatem domino regi, et baillivis suis et communitati illius burgi, in quo factus est novus burgensis.* prostat statutum parlamenti Parisiensis editum in Parl. Pentecost. An. 1287 *contra abusus burgesiarum*, quo adipiscendi civitatis iuris ratio praescribitur hocce verborum

P 488 contextu: *c'est l'ordonnance faite par la cour nostre seigneur le roy, et de son commandement seur la maniere de faire et tenir les bourgeoisies de son royaume, pour oster les fraudes et les malices qui se faisoient pour achoison d'icelles bourgeoisies, dont si sugiet estoient durement grevé, et durement plaignant.* huius constit. art. 1 ita concipitur: *premierement il est ordonné que si aucun veut entrer en aucune bourgoisie, il doit aller au lué, dont il requiert estre bourgois, et doit venir au prevost dou lué ou a son luétenant, ou al maieur des lués qui reçoivent bourgoisies sans prevost, et dire en telle maniere: sire, je vos requiers la bourgoisie de cette ville, et suis appareilliez de faire ce que j'en doi faire. adonc li prevost ou li maire, si come dessus est devisé, ou leur luétenans en la presence de deus ou de trois bourgois de la ville receura seurté de l'entrée de la bourgoisie, et qu'il fera, ou achetera, par raison de la bourgoisie, maison dedans an et jour de la value de 60 sol. Par. au mains. et ce fait et registré, li prevost ou li maires li doit bailler un seriant pour aler od li au seriant* *) *desous qui il s'est parti, ou*

---

*) fort. *seigneur.*

a son luétenant, pour faire li assavoir qu'il est entrez en la bourgoisie de tel vile et tel jour, si come il est convenu en la lettre de bourgoisie, en laquelle sont contenus li nom des bourgois, qui furent present quand il entra en la bourgoisie dessusdite. et est ordené que il ne sera tenus et defendus come bourgois devant ce que les choses susdites soient faites etc. in ceteris eiusdem statuti articulis id potissimum cavetur, ut *burgesiorum* uxores teneant *burgesias* suas in eo loco, in quo *burgesiam* consecuti sunt, a vigilia festi omnium SS. ad vigiliam festi sancti Ioannis, ita ut reliquum tempus insumere possint *burgesii* in metendis agris, foeno colligendo et in vindemiis peragendis: quod si *burgesii* uxores non habeant, teneantur habere in domibus suis famulos vel ancillas (*vallet ou vaisselle*), qui eandem *resseandisiae* conditionem observent, quibus adimpletis liberum sit *burgesiis* per totum annum ire quo lubebit, suisque vacare expediendis negotiis: ita tamen ut *talliam*, quae ipsis indicta fuerat eo loco, unde secesserant, antequam ius civitatis essent adepti, persolvant. quae quidem omnia sancita sunt absque praeiudicio dominorum, quibus ratione praediorum obnoxii erant *burgenses:* data praeterea facultate, *de poursuivre et retraire de bourgoisie leurs hommes de cors, ou d'autre condition, en la maniere que l'en a accoustumé.* eadem fere praescripta leguntur pro iis, quos *burgenses regis* appellabant, in edicto Philippi IV *pro utilitate regni,* An. 1302 quod habetur in registro signato *Crux*, in camera comput. Paris. *burgenses* praeterea censum annuum urbi et communitati pro ipsis, quas habitabant mansionibus ac domiciliis, indictum persolvebant domino: quae quidem pensitatio nostris *burgesia*, Anglis-Normannis *burgagium* vocitabatur: *burgum* enim vulgo appellabant ea domicilia, quae infra castrum aut castellum domini exstructa incolebant coloni, cuiuscumque essent conditionis sive liberi sive servi. Charta An. 1247 in Tabulario Campaniae ex Biblioth. reg. fol. 343: *chascun boriois paiera deus sols de cens de borgisie, et sis den. de cens pour sa meson a paier lo jour de S. Remi, et borgisie et cens.* alia Ioannis de Castilione comitis Blesensis A. 1271: *ay donné en perpetuel aumosne a l'abbaye de Nonains de nostre dame de Soissons, a prendre — sur mes bourgesies de Guyse, par le main de cely qui pour tens recepura lesdites bourgesies.* LL. Burgor. Scot. c. 1: *quilibet burgensis debet domino regi de burgagio quod defendit pro particata terrae* 5 *denarios annuatim.* vide praeterea c. 53 et Monast. Anglic. tom. 2 p. 332. hinc *tenere in burgagium* apud Ic. Anglos. Littleton sect. 162: *tenure en burgage est l'ou antienement burgh est, de que li roy est seignior, et ceus qui ont tenement dejus le bourg, teignent del roy lour tenemens, que chascun tenant par son tenement doit paier al roy un certain* P 489
rent par an. denique Charta An. 1272 in Reg. Chartar. urbis Am-

bian. fol. 209: *promisit coram nobis — quod ipsa haereditarie tenebit ad usus et consuetudines burgagii civitatis Ambian. quoddam tenementum.* nec tantum eiusmodi praestationibus ratione domiciliorum, sed et *talliae* obnoxii erant *burgenses*, ita ut si domino aliqua incumberet necessitas, liceret extraordinarias quasdam iis imponere pensitationes, quas *tallias* vocabant, a quibus qui immunes erant, dicebantur *tenere in liberum burgagium*, de quo mentio fit in Monastico Angl. tom. 2 p. 361. Charta Conradi marchionis Montisferrati, filii domini Tyri A. 1187 apud Ughellum in Archiepisc. Pisanis, qua Pisanis varias in urbe Tyro habitantibus immunitates concedit: *de nulla autem alia re Pisanus iudicetur in regali curia in Tyro, et eius partibus, nec etiam in toto regno: de domibus autem burgensium Pisanorum extra honorem Pisani communis positis, rex taliam possit percipere, si pro communi civitatis taliam receperit.* erant tamen burgenses potioris longe conditionis quam servi: cum enim duplex esset ignobilium ordo, quorum alii liberae erant conditionis, alii servilis seu servituti obnoxiae, ut est in art. 2 Consuetudinis municipalis Trecensis, soli ignobiles liberi *burgenses* fieri poterant, non autem servi: sed et neque viri nobiles, qui eo ipso a *burgensibus* passim distinguuntur, ut apud Ordericum Vitalem l. 12 p. 872 et in Constit. Sicul. l. 1 tit. 9, unde si quando milites *burgesia* aliqua donabantur, id iuri communi adversabatur, fiebatque auctoritate regia et suprema. ita in Registro Homagiorum Aquitaniae, quod asservatur in camera comput. Paris. fol. ult. legimus, Edwardum Aquitaniae principem, regis Angliae primogenitum, concessisse Petro de Sancto Saphorino, dicto *de Landirans*, militi, ut *burgensis* civitatis Burdegalensis fieret, et *burgesia* eiusdem urbis gauderet, quantumvis esset miles, diplomate 8 Iun. An. 1372. et sane nobiles opponebantur burgensibus etiamsi liberis, ut qui ex natalium praerogativa ab vili omni onere immunes erant. poterant tamen *burgagia* possidere, id est, domos in burgis, aut praedia, quae *burgensatica* appellant Constitutiones Neapolitanae l. 1 tit. 66 §. 2 et Chartae aliquot Italicae apud Wadding. in Reg. tom. 3 p. 99 100 307 et alios, eoque ipso tenebantur solvere pensitationes consuetas seu *burgesias.* exstat in huius rei argumentum Charta Ioannis Vicedomini Ambian. D. Pinconii An. 1269 qua domum a se emptam profitetur *estre du bourgage d'Amiens, et que il et ses hoirs les tenront aus us et aus coustumes du bourgage de la cité d'Amiens.* quippe *ei qui liber est, villenagium vel servitium nihil detrahit libertatis*, inquit Bracton l. 1 de Rerum Divis. c. 6 §. 1 et Fleta l. 1 c. 1. varias de *burgagiis* leges proponunt LL. Burgorum Scoticor. c. 13 17 44. Charta libertatum Angl. Regiam Maiestat. l. 2 c. 44 §. 4, Consuetudo municip. Norman. c. 26 28 100 101, Butilerius in Summa rur. et Vetus Consuet. Norman. mss., ex qua sequentia depromere

visum est operae pretium. 1 part. sect. 3 c. 14: *en borgages les suers auront egaus parties comme les freres.* c. 15: *par borgages sont tenus les alues et les masures des bouriois qui sont fetes et establies ès bourgs.* c. 18: *tenures par borgages puent estre vendues et achetées, autre si comme autres biens muebles, sans le consentement de leurs seignors, et les coustumes en doivent estre rendues selon les coustumes des bourgs.* et infra: *adcertes en borgage riens n'i est tenu par homage, se ce n'est par establissement de bouriois.* iis adiungere lubet, quae habent Bracton l. 2 c. 37 §. 2 et ex eo Fleta l. 1 c. 2 §. 7 de *plena aetate* seu, ut loquuntur nostri, *maioritate* haeredum burgensium: *haeres burgensis quam citius discretionem habeat denarios numerandi, pannos ulnandi et huiusmodi, plenam aetatem dicitur obtinere* P 490 *et tunc primo finitur tutela.* hanc de *burgesiis* nostratibus seu de iure civitatis apud Francos, haud omnino contemnendam commentatiunculam, cui materiam praebuit Cinnamus, non aspernabitur fortassis eruditus lector, barbaris licet passim vocabulis aspersam, a quibus deflectere paene piaculum fuisset, cum eiusmodi antiquitates pertractari aliter vix possint, nedum intelligi.

p. 283 v. 13. *Μηδικῷ πυρὶ*] Vide Lambecium in Codini excerpta n. 12 et quae ad Villhard. n. 113 et Ioinvillam p. 71 de igne Graeco a nobis sunt observata.

v. 14. *πίλους τινὰς*] Navium latera siccis boum coriis muniebantur, ut ab igne iniecto tuta essent. Pachymeres l. 5 c. 30: *ἀλλὰ καὶ τὰ πλευρὰ τῆς νηὸς βοείαις αὔαις ἐξήρτυον καὶ ὅπλοις κατεκοσμοῦντο, ὡς ἀποχρώντως ἀντεξούσης μὲν πρὸς πῦρ καὶ πᾶν τὸ βαλλόμενον τῆς νεώς.*

p. 286 v. 4. *Μελίας*] Qui Armenis *Melich* et *Melier*, Latinis *Milo* dictus. vide Tyrium l. 20 c. 27 et 28.

v. 14. *Σαξόνων ὁ δοὺξ*] Non legati munus obibat Henricus Leo Saxoniae dux, cum Cpolim venit: sed cum per Thraciam iter ei capessendum esset, quo tutiori via Hierosolymam perveniret, ad Manuëlem divertit sub legationis specie, cuius praecipua demandata erat cura Wormatiensi episcopo. Arnoldus Lubec. 2 c. 3: *nec praetereundum quod dominus Wormatiensis huic itineri se sociavit, non peregrinationis gratia, sed legatione functus imperatoris, ad regem Graecorum Manuëlem, pro filia ipsius filio suo in matrimonio socianda, verius tamen ob commodum ducis factum creditur, ut tam familiari legatione accepta benigne ducem rex Graecorum susciperet, et benignius per terram suam ducatum ei praeberet.* Arnoldo consentit Gotefridus Mon. An. 1173: *ipso anno Henricus dux Saxonum Hierosolymam cum 500 fere militibus tetendit, felici prorsus usus et honesta per terram profectione et reditu. nam in eundo nullas Turcorum passus est iniurias, et a rege Cpolitano honorifice susceptus, et*

magnifice dimissus est. vide Epist. 35 ex iis, quas Tengnagelius edidit cum Domnizone.

p. 287 v. 2. *ἐτύγχανε δὲ ὁ Βελᾶς*] Nicetas l. 5 n. 10.

v. 5. *τὴν Αὐγούστης ἀδελφὴν*] Agnetem, Renaldi et Constantiae principum Antiochiae filiam, Mariae seu Xenae Augustae sororem uterinam. consule Familias nostras Hierosol.

v. 12. *ἐπὶ τὸ Σερβίων ἐτράπετο ἔθνος*] Bellum, ni fallor, intelligit Cinnamus, quod sub ea tempora contra Stephanum Neemanem Serviorum toparcham suscepisse Manuëlem scribit Nicetas l. 5 n. 4, quod ille nempe Croatiam infestaret, et Catarorum dominatum sibi asserere conaretur. aliam belli istius originem et causam pluribus exsequitur Iacobus Petrus Luccarus libro 1 Annal. Ragusin., quem praestat audire: *ricerco Nemagna che li Vescovi di Servia, suffraganei della chiesa di Rausa fussero sottopositi al metropoli di San Pietro di Rassia. questa chiesa, hoggidi rovinata da' barbari, si vede nel territorio di Noviposar, che fabrico Ese Macedone alle rive del fiume Rasca. la signoria di Rausa temendo dello stato proprio, infesto dalle scorrarie de' barbari, fu costretta a ricercare con preghi, et con nuove obligationi ajuti da ciascuno: onde non volle risolver la cosa, ne mandarla cosi a Roma: ma diede tempo in mezo, affine che questi portasse seco qualche buona occasione per trovar il remedio. ma Nemagna instando superbamente per la risolutione, i Rausei gli risposero che questa cognitione spettava al papa: onde mosse la guerra. ma soccorendo la parte nostra, come quella ch'era piu giusta, Theodoro Padiate, e poi in persona l'imperadore Emanuëlo, Nemagna con Miroslau fu rotto, et se*
P 491 *ne fuggirono i monti. havuta poi la fede, scese dalle balze, et si gitto alli pedi dell' imperadore, il quale perdono loro errore, obligando li a far la pace con i Rousei.* neque de alio, opinor, bello locutus videtur Tyrius l. 20 c. 4 sub An. 1167 aut sequentem: *detinebatur porro eo temporis articulo imperator in Servia, quae regio montosa et nemoribus obsita, difficiles habens aditus, inter Dalmatiam et Hungariam et Illyricum media iacet, rebellantibus Serviis et confidentibus de introituum ad se angustiis et de impervia eorum regione.* et paulo post: *ob haec ergo intolerabilia vicinis eorum maleficia ingressus erat ad eos in virtute multa et innumera dominus imperator, quibus subactis et praecipuo eorum principe mancipato redeunti domino imperatori occurrimus.* vide Sanutum l. 3 part. 6 c. 22.

p. 288 v. 8. *Ἀγκυρανῶν ἄρχοντος*] Sanisanis, Clitziesthlanis Iconiensis Sultani fratris. vide Nicetam.

v. 17. *ἦν δέ τις γυνὴ*] An comitissa illa, cuius mentio in Chronico Ceccanensi An. 1162, cui cum Willelmo rege bellum erat? comitissa forte Calacensis, quae ad Robertum comitem Loritelli defecerat, ut est apud Falcandum p. 667.

p. 288 v. 20. κατὰ τὸν Ἀγκῶνα] Obsessam a Frederico Anconam solutamque obsidionem sub An. 1166 ex Actis Alexandri pp. refert Baronius. at Gotefridus monachus id in An. 1171 reiicit, in quo magis ad Cinnamum accedit: Annales vero Rerum Pisanarum Ughelliani in An. 1177, denique Chronicon aliud Pisanum in An. 1174. sed in eo videtur peccare Gotefridus, quod Anconam Frederico restitutam scribit. praeerat autem Alemannicis copiis Christianus episcopus Moguntinus Frederici cancellarius: *imperator Christianum Moguntinum archiepiscopum in Italiam misit, qui per quinque fere ibi degens annos multa strenue operatus est. nam Anconam civitatem maritimam, expulsis Graecis, imperatori restituit.* porro anno 1165 in Italiam venit Christianus, eo missus cum comite Gothelmo a Frederico, ut provincias, quae Willelmo Siciliae regi et summo pontifici parebant, expugnaret et Germanico assereret imperio: praefuitque copiis Alemannicis in Italia usque in annum 1183, ut docemur ex Chronico Ceccanensi seu Fossae Novae. Moguntinensis istius episcopi meminerunt praeterea Nicetas in Isaacio l. 1 n. 7, auctor Histor. Episc. Bremens. An. 1171, Chronicon Reicherspergense An. 1166 1183 et Rogerus Hoveden. An. 1197. vide Serrarium l. 5 Rerum Moguntinarum.

p. 289 v. 20. *Χαλιφὰν*] Ita appellabant Saraceni supremos gentis suae principes vocabulo Arabico, quod *successorem vel haeredem* significat, inquit Willelmus Tyrius l. 19 c. 19 et ex eo Iacobus de Vitriaco l. 1 c. 7: *eo quod summi eorum prophetae vicem et successionem iure tenerent haereditario.* at Vaterius in praefat. ad El-Macinum censet, hac voce *vicarios* seu *locum tenentes* sese appellitasse, dei nempe: unde eo nomine in tanto honore et reverentia a suis habebantur, ut quasi pro numine colerentur, *nec nisi mandato et auctoritate illius quantumcunque potens aut nobilis appellaretur Soldanus, et omnes eius subditi, tam reges quam alii, pedes eius ad terram prostrati reverenter oscularentur.* verba sunt Iacobi de Vitriaco. ita Conradus Usperg. de Sultanis: *uni tantum Persico imperatori paene divini cultus more subiecti.* adeo tamen invaluit postmodum Sultanorum potentia in rebus politicis et militaribus, ut fere cum inani et specioso dignitatis titulo sola religionis seu potius superstitionis Mahumetanae potestas penes Chaliphas remaneret. unde Baldrico Dolensi l. 3, Tudebodo l. 4, Vincentio Belvac. l. 31 c. 93
l. 32 c. 54, Roderico Toletano l. 7 c. 10 et aliis, *papae et apo-* P 492
stolici suae gentis vulgo appellantur. primus autem Chaliphae nomen et dignitatem usurpavit Abubacarus, Mahometi successor, ut auctor est Georgius El-Macinus. vide notas ad p. 328 Alexiad.

p. 290 v. 10. *Παλαιστίνης ῥὴξ*] Willelmus Tyr. l. 20 c. 20 21 22.

p. 290 v. 14. σιλέντιον] *Κατηχητήριον λόγον* interpretatur hoc loco vocem σιλέντιον Nicetas in Man. l. 7 n. 5. pro dissertatione seu collatione (Galli *conference* dicunt) sumi apud plerosque scriptorum constat, et hac notione usurpant passim Theophanes p. 342 358, Leo Grammaticus in Michaële p. 448, Scylitzes p. 399, Zonaras p. 146, Nicetas Paphlago in Vita sancti Ignatii patriarch. Cp. p. 712 edit. 1618, Landulphus Sagax pag. edit. Canisii 688 720 750 768, Iulianus Antecessor const. 56 §. 199: *haec constitutio iubet provocationes in consultationibus non tantum in amplissimis magistratibus, sed etiam omnibus senatoribus indici, ut totus senatus causas appellationum audiat: quamvis silentium tantum sine conventu senatoribus denuntiatum fuerit: silentio enim conventum esse videri.* agitabantur vero *silentia* in *silentiario*, uti vocatur a Landulpho Sagace l. 16 et Anastasio in Histor. Eccl. p. 66 seu ut habet Theophanes p. 201 εἰς τὸ σιλεντιαρίκιν, quam vocem vir doctus *silentiariorum stationem* perperam vertit. *silentium* dicitur idem locus apud eundem Anastasium in Vita Stephani III pp. p. 303 in var. lect.: *multa dona ibi largitus est tam universo quam monasterio quae necessaria sunt monachis, quamque foris immobilia loca, qui in silentio b. Petri Apostoli — usque in hodiernum diem constituit.* ubi *silentium* videtur esse, quod alias *secretarium ecclesiae* dicitur: in secretariis enim conventus ecclesiasticos et synodos egisse pontifices palam est. neque, opinor, aliunde *silentiarii* dicti seu ii fuerint qui silentium imponebant, quod opinantur plerique, seu quod in iis *silentiis* vel collationibus sederent et dissertarent, quod alio loco discutiendum reservamus. certe silentiariorum dignitas adeo illustris fuit, ut in concilio Chalcedonensi act. 1 θαυμασιωτάτων epitheton iis tribuatur et Damasus pp. in Epist. ad Acholium, in synodo Rom. sub Bonifac. II pp. haec scripserit: *ad meritum filii mei Rusticii addi aliquid amplius non potest, — cum habeat praerogativam officii sui, quod silentiarius sit filii nostri Gratiani Augusti.* ὑπαγορεύειν vero σιλέντιον idem est ac *dictare* apud Spartianum: *defuncto quidem Sura, Traiani ei familiaritas crevit, causa praecipue orationum, quas pro imperatore dictaverat.* id enim muneris fuit illius qui *ab epistolis* erat. ita in concilio Nicaeno II Nicephorus a secretis, postmodum patriarcha Cp. imperatoris nomine peroravit, τὸ κατὰ τὴν ἱερὰν σύνοδον ἐγχειρισθεὶς βασιλικὸν ἐπιφώνημα, ut est apud Ignatium Diaconum in Vita eiusdem Nicephori n. 10.

v. 15. τοῦ ἀσηκρῆτις] Secretarius a secretis. sexta synod. act. 2 4 et 12: *Παῦλος ὁ μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρῆτις σεκρετάριος βασιλικός.* βασιλικὸς ἀσηκρῆτις in 7 synod. act. 3. Procopius in Histor. Arcana: τοῖς δὲ ἀσηκρῆτις καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα, ἐς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόρρητα γράφειν, ἐφ'

ὧνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτέτακτο. idem lib. 2 de Bello Pers.: τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς. Nicephorus Cp. in Breviario: ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρῆτις. Ignatius Diaconus in Vita eiusdem sancti Nicephori n. 7: καὶ τὴν διὰ χειρὸς καὶ μέλανος τέχνην ποιούμενος· ᾑρέθη γὰρ ὑπογραφεὺς τοῖς τῶν κρατούντων μυστηρίοις ὑπηρετούμενος· οὕτω γὰρ παρὰ τῇ Αὐσόνιδι διαλέκτῳ τὸ ἀσηκρῆτις ὄνομα, ὃ ἐπὶ τῶν μυστηρίων μεθερμηνεύεσθαι βούλεται. munus ipsum μυστικὴ τῶν κρατούντων ὑπηρεσία dicitur eidem n. 9. occurrit passim apud scriptores Byzantinos, Theophylact. Simocatt. l. 8 c. 10, Constantin. de Admin. Imperio c. 46, Manass. p. 159 edit. Meursii, Menand. Protect. etc. ita etiam unico vo- P 493
cabulo *asecretis* et *asecreta* usurpant interdum scriptores Latini. Glossar. Aelfrici: *asecretis vel principis consiliarius, geruna.* Saxonibus *geryne* est mysterium. Carolus Magnus l. 4 de Cultu Imag. c. 9: *mox ut Leontius asecreta conspexit* etc. Anonymus de Mirac. sancti Hugonis abbatis Cluniacensis: *redit ergo peregrinus ille spem gerens veniae, si Hugonem posset invenire s. Petri asecretem.* Paulus Diaconus l. 4 Chr. Cas. c. 68: *postquam asecretis efficitur, logothetam illum — imperii statuit.* adde Anastasium in Vit. pp. p. 53 214, Hincmar. Remens. Epist. 3 c. 16, Vitam sancti Georgii Amastreni c. 5 n. 18, Baron. An. 811 n. 32. habebant etiam reges nostri suos *asecretis*, ut constat ex Epist. Ioannis VIII pp. 87 et diplomate Roberti regis An. 1029 in Probat. Histor. Monmorentiacae p. 16. qui vero inter palatinos secretarios primus erat, πρωτασηκρῆτις dicitur Nicetae Paphlagoni in vita sancti Ignatii patriarch. Cp., Choniatae in Andr. l. 2 n. 7 et Pachymeri l. 2 c. 13, l. 5 c. 19; πρώτιστος τῶν βασιλικῶν γραμματέων Nicephoro in Breviario p. 172 1 edit.; πρῶτος τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων Ignatio Diacono in Vita sancti Nicephori patriarch. Cp. n. 59; *protosecretarius* Anastasio in Collectan. p. 254; denique Corippus l. 1 *asecretam* sic describit:

hinc secreta sacrae tractans Demetrius aulae.

p. 291 v. 10. ἐπὶ Ἀσίας] Bellum Iconiense commemorare aggreditur Cinnamus, in quo cruentam adeo passus est cladem Manuël accisis totius imperii viribus, ut nusquam deinceps solitam mentis hilaritatem, qua singulariter praeminebat, exhibuerit, nec corporis sospitate, qua plurimum pollebat, usque in supremum vitae diem fruitus sit. illud multis narrant Nicetas l. 6 n. 1 et sequenti, et Tyrius sub An. 1174, quo et commissum praelium testatur l. 21 c. 12. attigerunt etiam Robertus de Monte et Nicolaus Trivettus An. 1179, Vincentius Belvac. l. 31 Spec. Hist. c. 150, Chronicon Reichersperg. p. 273 et Aegidius de Roya An. 1176.

p. 294 v. 21. *Μελισσηνῶν ποτε Καίσαρι*] Nicephorum Melissenum Caesarem intelligit, qui ab exercitu circa Damalim eodem ferme tempore quo in urbe Alexius Comnenus imperator dictus est. vide stemma Comnen.

p. 297 v. 11. *Ἐλεφαντίνην*] De hoc carcere diximus ad Alexiadem.

p. 300 v. 5. *ἐπὶ Αἰγύπτου*] Consulendus Tyrius l. 21 c. 26 et sequent.

INDEX HISTORICUS.

A.

Aaron acoluthus homo ferox et improbus 284, 7. oculis privatur 288, 3.
Abasgi 183, 11.
Abydus 72, 10.
Abydenum fretum 72, 10. 201, 20. 283, 13.
Acoluthi dignitas 80, 23. 210, 7. 284, 7.
Acropolis Antiochena 181, 11.
Acropolis Barensis 140, 7.
Acropolis Cp. 206, 13. 249, 10.
Acropolis Brundusii 161, 10. 165, 11.
Acropolis Corcyrensis 100, 4.
Acrunum 40, 17.
Acuses nobilis Hungarus 11, 18.
Adanam Ioannes imperat. expugnat 16, 20.
Adrianopolis in Asia 42, 3.
Aegyptus in Persarum ius concedit 278, 6.
Aegyptiacum bellum 278, 6 sq.
Agnes Antiochena 287, 5.
Alani 88, 10.
Alemannorum exercitus innumerus 67, 11. in Choerebacchorum campis clades 73, 19. Alemanni caeduntur a Graecis 77, 22. pedestri acie valent 84, 21. funduntur a Persis 81, 22. post varias acceptas clades Francis se adiungunt, et Damalis fretum traiiciunt 84, 5. a Francis irridentur 84, 16. eorum in bello gerendo mos, et in dando receptui signo 90, 14. Romanum imperium invadere statuunt 101, 18. auxilia Stephano r. Hung. submittunt 218, 6.
Alexander comes Gravinae 67, 13. 135, 16. a Siciliae rege pulsus ad Manuēlem confugit, a quo copiis praeficitur, et ad Fredericum imperat. legatus mittitur 139, 14. 148, 4.
Alexander papa a Frederico imperat. throno deiicitur 228, 23. restituitur Manuēlis imper. ope 229, 14.
Alexander Longobardus Germanorum auxiliaribus copiis a Manuēle praefectus 148, 4.
Alexius Casianus 179, 10. 268, 10.
Alexius Comnenus imper. 5, 12.
Alexius Comnenus primogenitus Ioannis imper. 23, 4. moritur 24, 7. 28, 10. illius uxor 36, 6.
Alexius Comnenus magnus dux et protostrator, eius gesta varia 23, 4. 165, 1. 168, 16. 170, 5. 210, 15.
Alexius Contostephanus 211, 22.
Alexius Ducas 172, 8.
Alexius Giphardus ad Sultanum mittitur 176, 10.
Alexius Petralipha 292, 15.
Alexius protonotarius 227, 16.
Alexius protostrator 170, 5. conspirat in Manuēlem 265. 15. 267, 13. 268, 17. illius mors 265, 19.
Alexius domestici filius in Ciliciam mittitur 227, 16.
Alitzium, regio Italiae fertilis 161, 15.
Almericus, patr. Antiochenus 181, 12.
Almus Hungariae regis filius ad Ioannem imper. confugit 9, 21.
Alpes 135, 19.
Amalricus rex Hierosol. 237, 10. filiam protosebasti uxorem ducit 238, 4. Manuēlem convenit, a quo magnifice excipitur 280. 11. in Nuradinum movet 290, 10.
Amasia 200, 3. 293, 6. 296, 2.
Amicitiae praetextus maximarum saepe iniuriarum materia 213, 13.
Anazarbus ab Ioanne obsessa et oppugnata 16, 20. 17, 16. a Graecis capta 180, 14.
Anchialus 216, 20.

Ancona obsessa a Venetis 288, 12. Anconitarum erga Manuëlem fides 170, 7.
Ancyra 200, 1. 291, 15.
Andreas comes Rupiscaninae Graecis favet 170, 17.
Andronicus Batatzes 300, 2.
Andronicus Camaterus 210, 18.
Andronicus Comnenus patruelis Manuëlis imper. vir magnanimus 61, 4. 67, 7. in Ciliciam mittitur cum imperio 121, 24. 123, 14. fugatur a Toroso 123, 19. Byzantium redit 124, 14. Naïsi et Branizovae dux constituitur *ibid.* et 126, 11. tyrannidem meditatur 124, 22. cum Hungaris paciscitur 126, 20. Manuëli insidias struit 129, 1. 15. carcere evadit 232, 9. 22. dona accipit a Manuële 250, 1. cum Philippa Hierosol. et vidua regis Hierosol. consuetudinem habet 250, 5. ad Persas sese confert *ibid.*
Andronicus Contostephanus 33, 20. 270, 4. in Hungaros cum copiis mittitur 270, 8. Dionysium Hungarum delet 272, 1 sq. classi Aegyptiacae praeficitur 278, 20.
Andronicus Ducas 246, 19.
Andronicus Euphorbenus Ciliciae praefectus 227, 24. 286, 7.
Andronicus Lampardas 260, 22. 271, 13. 273, 8. 274, 13.
Andronicus Opus 72, 5.
Andronicus sebastocrator 109, 22.
Antiochia obsessa ab Ioanne 18, 12. hanc Manuëli filio idem Ioannes in haereditatis partem destinat 23, 2. Antiocheni legati ad Manuëlem 29, 17. 186, 17. Antiocheni Balduino regi Hieros. se dedunt 237, 13.
Antrum Italiae urbs Graecis deditur 144, 22.
Apamia 265, 1.
Apellaeus mensis 210, 22.
Aquaeductus Cp. instaurati a Manuële 274, 24.
Arandes 190, 22.
Archizupanus 101, 23. in eum movet Manuël 102, 23. 199, 14. 287, 16. vide Bacchinus.
Armenia 183, 13. 288, 7.
Asiaticum bellum 176, 2.
Athanasius patriarcha Antiochenus 211, 5.
Athyras 74, 6.
Attalia 179, 14.
Ab audacia auxilium petendum, ubi nullum compendium ex metu 116, 19.
Augustulus ultimus Romanorum imper. 218, 15.
Aurea bulla 276, 13.
Austria 261, 12.

B.

Babylon 183, 9.
Baca 18, 10. 20, 17.
Bacchinus Archizupanus 110, 23. 111, 18. Manuëlem adit, et veniam impetrat 112, 20.
Balduinus rex Hierosol. 183, 14. illius cum Manuële congressus 183, 14. ab eo magnifice excipitur 185, 7. 188, 1. manu inter venandum laesus ab imp. sanatur 190, 2. moritur 237, 7.
Balduinus Marasiae dominus 18, 4. 216. 2.
Bani dignitas 117, 4.
Baris obsessa a Graecis 138, 15. 165. 17. capta 140, 16.
Barletum 142, 5.
Basakis 242, 14.
Basilacius 146, 24. 176, 19.
Basilicas Tauroscythicae dynasta 236, 22.
Basilius Camaterus 210, 7.
Basilius chartularius imper. a Borize deletur 132, 6.
Basilius diaconus 176, 15.
Basilius Tzycandiles 72, 21.
Basilius Xerus in Siciliam mittitur legatus 91, 21. 92, 4.
Bassavilla deficit a Gulielmo Siciliae rege et Graecis sese adiungit 136, 4. 143, 9. 147, 21. 151, 22. 152, 7,
Bathys, fluv. 191, 16.
Bela regis Hungariae filius Mariam Manuëlis filiam uxorem ducit 214, 23. 286, 22. Alexii nomine et despotae dignitate donatur 222, 17. mox Caesaris 287, 2. fit rex Hungariae 287, 6.
Bela Geizae regis Hungariae filius 215, 6.
Belegrada expugnata, diruta, rursumque instaurata 131, 21. 214, 9. 240, 13. a Manuële deficit 133, 2.
Belosis nobilis Dalmata 104, 13. fit Serviae princeps 204, 8.
Belosus, seu Belus Hungariae banus 117, 3.
Bempetziota 45, 5.

Berrhoea 19, 19. 96, 22. 122, 4. 133, 16. 183, 10. 215, 17. 227, 20. 238, 6.
Bertrandus filius nothus comitis S. Aegidii 188, 10.
Bipenniferi, seu Varangi 8, 15. 187, 9.
Bithynia 194. 6.
Bladimerus Galitzae princeps 115, 18.
Bladisgratzi legatio ad Manuëlem 262, 10.
Boëmundi principis Antioch. mors 16, 6.
Bohemiae rex in exercitu Conradi imper. 84, 10. 218, 8. 222, 13. 242, 17.
Booses, fluv. 102, 5.
Borizes Hungarus ad Ioannem profugus 117, 17.
Borizes Bossenae dynasta 131, 22.
Boscus 148, 11.
Bossenae principatus 104, 9.
Bosthna seu Bossena 104. 8. 131, 22.
Branas 33, 22. 271, 11. 272, 18. vide Theodorus.
Branizova capta ab Ioanne, postmodum ab Hungaris recepta 12, 1. 117, 14. 124, 21. 131, 2.
Britanni 8, 15.
Brundusium Temessa olim dictum 159, 9. obsessum a Graecis 159, 13. 162, 3. 165, 10. illius portus 162, 18. muri bene compacti 131, 10.
Bruntzus Italus 137, 10.
Bunus 141, 22.
Buthines Dalmata 108, 15.
Burgenses qui dicantur apud Latinos 282, 5.
Butotus 147, 19.

C.

Caballa 42, 21.
Caesarea 200, 2.
Caesaris dignitas 287, 6.
Calliopolis 201, 22.
Calograea 40, 18. 66, 18.
Caluphes. vide Nicephorus.
Cancellarius Latinis idem qui logotheta 141, 12.
Cancellarius Gulielmi Siciliae regis 141, 12. Siculis copiis praeest 149, 17.
Canicleo praepositi dignitas 184, 16.
Caper, fluv. 5, 16.
Capillorum ostensione quid innuatur 112, 10.
Capnizerti 20, 17.
Carcer palatii Cp. 297, 11. 299, 6.
Carocii Hungarici descriptio 273, 22.
Casianus 268, 11. vide Alexius.
Castamon 13, 10. 15, 10.
Castrus nobilis Italus 145, 8.
Catzicii 249, 5.
Celades 11, 18.
Celbianum, regio sic dicta 39, 14.
Celtae a Graecis deficiunt 167, 20. eorum expeditio in terram sanctam 67, 3 et sq.
Centenarius auri 211, 10.
Chabarda 19, 21.
Chalisii apud Turcos qui dicantur 107, 14. 247, 16.
Chalipha 239, 20
Chares nobilis Persa caesus a Graecis 40, 20.
Chartularii dignitas 70, 11.
Chius 281, 13. 284, 15.
Choerebacchorum campi 73, 19.
Chorasmini 183, 8.
Chramus 11, 11. 240, 10.
Christus quo sensu minor patre 251, 22.
Chrysaphius 199, 9.
Charupus 44, 23. 87, 17. 98, 10. 101, 6.
Cilicia 16, 6. 23, 1.
Cistramus 180, 14.
Clades accepta post victoriam acerbior 169, 21.
Cladon carceris praefectus 233, 19.
Clitziesthlan Sultanus Constantinopolim venit 204, 22. vicinos dynastas impetit 292, 10.
Coccobasilii nobiles Ciliceni 199, 10. 271, 7.
Comitum dignitas apud Latinos 68, 13.
Conradus imper. 68, 12. 74, 12. illius expeditio in terram sanctam ibid. in Philopatio excipitur a Manuële 74, 19. ad Manuëlem scribit 75, 21. fretum traiicit 80, 9. a Persis deletur 81, 17. redit 85, 11. et Constantinopoli honorifice excipitur 86, 17. deinde Thessalonicae 87, 3. moritur 88, 7.
Constantia uxor Raimundi principis Antiocheni 122, 2. se et Antiochiam Manuëli tradit 178, 11. Rainaldo nubit 178, 15.
Constantinopolis turres et muri 75, 3.
Constantinus Aspietes classe cum Siculis decernit, et ab iis vincitur 271, 12.
Constantinus Calamanus Ciliciae praefectus 216. 3. captus ab hostibus 216, 11. 286, 11.

Constantinus Angelus sebastohypertatus 102, 20. 119, 11. 120, 13.
Constantinus Ducas 268, 6.
Constantinus Otus 170, 17.
Contostephanorum familia 33, 20. unde nomen sumpserit 97, 1.
Corcyra a Manuēle expugnata 97, 2. 98, 16. 101, 15. illius acropolis descriptio 99, 9.
Corinthus 92, 11. 174. 7.
Cosmas patriarch. Cp. a sede deiicitur 63, 21. 64, 14. 66, 4.
Cothurni instar mutari. proverb. 220, 21.
Coterzes 49, 23. 53, 5.
Cotyaeum 191, 2.
Cremona 231, 2.
Creta 101, 13.
Critoples 12, 11. 54, 14. 56, 4. 167, 5.
Crux insignis oblata Ioanni imper. a Seseritanis 20, 10.
Crux erecta a Dionysio Hungarorum duce eo loci ubi Graecos fudit 261, 6.
Curticius proditionis reus 12, 4.
Cyprus vastatur a Renaldo principe Antioch. 178, 17. 181, 16. 250, 5.
Cypsella 191, 8.

D.

Dacica 69, 22.
Dalmata 12, 9. 101, 18. 102, 18. 104, 19. 199, 13.
Dalmatiae urbes 102, 18. expugnatae ab Ioanne Duca 248, 19. 249, 3. 262, 19. Dalmaticum bellum 101, 18 et seq.
Damalis 80, 12. 101, 9. 277, 21. 294, 7.
Damascus 215, 17.
Damatris 266, 22.
Damiata 279, 6.
Decanus et Pactiarius quid in obsidione Sozopoleos praestiterint 6, 20
Decursiones equestres Manuēlis 125, 6.
Demetrius Branas navalibus copiis contra Raimundum Antiochenum praefectus, Ciliciae maritima loca incursat 33, 22. 271, 11. 272, 17.
Demetrius Lampenus controversiam movet de Christi dignitate 251, 8.
Demetrius Macrembolites legatus ad barbaros 67, 13.
S. Demetrii templum Sirmiense 227, 10.
Demnitzicus 93, 19.
Dendra 204, 16. 212, 20.
Deses Serviae dynasta 204, 16. 212, 18. 213, 10. in carcerem a Manuēle mittitur 213, 23.
Dioclea 249, 5.
Dionysius nobilis Hungarus ad Sirmium occupandum a rege Hung. missus 257, 18. 270, 18. 273, 3. a Graecis fusus 273, 22.
Dorylaei tractus descriptio 81, 10. 191, 15. 194, 19. 294, 9. urbs a Manuēle instauratur 294, 12.
Dromon imperatorius 79, 1.
Dryna, fluv. 104, 7.
Ducum dignitas apud Latinos 68, 19.
Dyrrachium 281, 1.

E.

Ecbatana 183, 8.
Ecdera 24, 19.
Elephantine, carcer sic dictus Constantinopoli 297, 11.
Embolus, Byzantii angiportus 281, 3.
Enchelys nobilis Barensis 160, 2. 10.
Epidamnum 229, 16, 285, 5.
Euboea a Rogerio Siculo capta 92, 12. 174, 7.
Euphrates 215, 19.
Euripus 283, 21.
Euthymius, episcopus Novarum Patrarum 254, 10.
Euxinus Pontus 75, 15.

F.

Flamingus cum Romanis manus conserit et in fugam vertitur 152, 13. 153, 8. 156, 8. 157, 17.
Flaviana 137, 17.
Fortunae successus cito effluunt 230, 17.
Franci equitatu et hasta valent 84, 21. eorum expeditio Hierosolymitana 67, 3 et sq.
Fratres Templi et S. Ioannis 19, 7.
Fredericus Conradi imper. nepos 71, 16. 88, 9. fit imperator 88, 9. 134, 13. Mariam Isaacii sebastocratoris filiam in uxorem ambit ibid. in Graecos movet 202, 15. Mediolanum capit 228, 7. eius vires immensae 228, 3. auxilium Manuēli pollicetur contra Hungaros 236, 10.
Fuga interdum necessaria in praeliis 169, 4.

G.

Gabras 56, 14.
Gaëta 42, 4.
Galatia 288, 8. 291, 16.
Galitza 102, 24. 232, 7.
Gangra 14, 18. 15, 5. 291, 14.
Geiza rex Hungariae 104, 17. cum Manuële bellum init 119, 16 sq. Branizovam obsidet 131, 2. moritur 202, 18.
Germanorum seu Francorum expeditio Hierosolymitana 67, 3 et sq.
Georgius Branas 271, 11. 273, 14.
Georgius Pyrrogeorgius primicerius aulae 185, 2.
Georgius Basilicas 236, 22.
Georgius Tauroscythicae seu Moscoviae dynasta 236, 22.
Georgius Palaeologus 215, 2.
Giphardus 94, 17. 108, 21.
Gravina capta a Graecis 150, 19.
Gregorius Hungarus 245, 13.
Gulielmus Bassavilla 137, 22. vide Bassavilla.
Gulielmus Flamingus. vide Flamingus.
Gulielmus Longobardiae dux 89, 11.
Gulielmus Siciliae rex legatos ad Manuëlem mittit 118, 23. in Italiam cum copiis venit 162, 3. 165, 9. 166, 15. cum Manuële paciscitur 172, 15. 175, 18. rex a Manuële agnoscitur 175, 20. a fratre bello impetitur 175, 21.
Gurdeses nobilis Dalmata a Graecis captus 108, 15.

H.

Henricus Romanorum rex patrem in carcerem coniicit 88, 11.
Henricus Austriae dux 236, 14. huic uxor Theodora natione Graeca *ibid.* Sardicam venit cum uxore 261, 12. legatus ad Manuëlem venit 262, 10. filiam regi Hungariae nuptui dat 262, 16.
Henricus Leo, dux Saxonum 286, 14.
Heraclea Mysiae 126, 1.
Heraclea Pelagonia dicta 127, 10.
Heraclea Pontica 32, 10.
Hicanatus et eius virtus bellica 155, 14.
Hieracoryphites 7, 10.
Hieroslaus Galitzae dynasta 232, 8. 235, 8.
Hierosolymorum rex in castro Montisferrandi obsessus 18, 8. vide Balduinus, Amalricus.
Historiam scribere qui debeant 4, 4.
Hungarorum mos in regni successione 9, 15. Hungari vincuntur ab Ioanne 11, 12.

I.

Iagunpazan Cappadociae princeps Sultani Iconiensis gener 200, 2. ab eodem Sultano bello impetitur 39, 22. 101, 21. Asiam incursat et urbes expugnat 176, 11. 183, 11.
Iberi 167, 6.
Iconium a Manuële obsessum, mox relictum 14, 12. 39, 17. 190, 23. 300, 1.
Illyrii 240, 7.
Imperatoria seu imperandi ars 169, 1.
Imperator quis dicatur apud Latinos 69, 3.
Imperatoris nomen quando Romae desierit *ibid.*
Imperium unde dictum 219, 7.
Indigenae advenis fortiores 78, 14.
Insula Brundusio obversa 166, 17.
Ioannacius Critoples 148, 4.
Ioannes Andronici filius 126, 2.
Ioannes Angelus 238, 12.
Ioannes Cantacuzenus imperatoris Manuëlis cognatus ad insequendos Hungaros missus 109, 23. 293, 16.
Ioannes Cinnamus vixit sub Manuële 4, 13. eidem in bellis meruit *ibid.* obsidioni Zeugmini interfuit 241, 15. ab adulatione remotus 192, 15.
Ioannes Comnenus imperium accipit 5, 12. Laodiceam Phrygiae capit 5, 17. ut et Sozopolim 6, 6. et Hieracoryphitem 7, 12. in Macedoniam movet 7, 15. cum Scythis congreditur, eosque praelio superat 8, 1. in Asiam traiicit 9, 2. Almum Hungarum uxoris fratrem excipit 9, 21. Belegradam diruit, et ex eius ruderibus Zeugmen condit 10, 11. Istrum traiicit *ibid.* Hungaros fundit, et Branizovam expugnat 11, 12. in eos rursum movet 12, 12. deinde in Asiam contra Persas, quibus deletis triumphum egit Constantinopoli 13, 9. versus Gangram proficiscitur 14, 17. eam expugnat 15, 5. bellum in Isauros suscipit 16, 1. Anazarbum expugnat 17, 16. ad castrum Bacan progreditur 18, 9. Antiochiam oppugnat 18, 14. in superiorem Syriam transit, et castrum

Pisan capit 19, 10. ut et Sezerim 19, 22. deinde versus Ciliciam proficiscitur, castraque aliquot expugnat 20, 16. inde in Asiam traiicit, et Neocaesaream frustra aggreditur 21, 3. Sozopolitanis subvenit 22, 4. moritur in Cilicia 24, 7. cum antea Manuēli filio imperium dedisset 26, 5. 28, 17. illius cadaver Constantinopolim delatum humo conditur in monasterio Pantocratoris 31, 1.
Ioannes Corcyraeorum episcopus excommunicatur 257, 13.
Ioannes Contostephanus 171, 4. 199, 3. 208, 21. 271, 12.
Ioannes domesticus Orientis cum imperatore in Persas proficiscitur 47, 18. 51, 7. 102, 2.
Ioannes Ducas capitur a Siculis 168, 16. Dalmatiae urbes expugnat 248, 19. varia eius gesta 109, 21. 110, 22. 128, 21. 135, 14. 141, 18. 145, 7. 148, 15. 151, 21. 168, 17. 201, 2. 260, 23. 269, 15.
Ioannes protosebastus a Manuēle contra Hungaros mittitur 105, 3. 287, 10.
Ioannes Rogerius. vide Rogerius.
Ioannes sebastocrator 51, 3.
Ionius sinus 228, 17.
Ioscelinus Edessanus comes 215, 21.
Iosephus Bryennius 238, 11. 271, 11.
Isaacius Ioannis imper. filius 17, 21. fratre Manuēle imperatore proclamato, a proceribus includitur 29, 7. 31, 17. a fratre benigne excipitur 32, 19. 47, 18. imperium cogitat. 51, 7.
Isaacius sebastocrator in Manuēlem conspirat 127, 16. 250, 11.
Irenicus excommunicatur 257, 14.
Irene uxor Ioannis imp. et illius dotes eximiae 9, 24. monasterium Pantocratoris exstruit 10, 6. moritur 14, 6. 202, 6.
Irene uxor Manuēlis imper. 36, 1. 99, 21. huic pacta in dotem Italia 87, 7.
Isach 129, 20.
Isauria 16, 1. 183, 13. 227, 23.
Isauricum bellum 139, 18.
Ister, fluv. 7, 16. 10, 11 seq.
Italia pacta in dotem Irenes Manuēlis imp. uxoris 87, 7.
Italicum bellum 136, 3.
Iuvenatium captum a Graecis 141, 8.
Iuventus, res invicta 52, 4.

K.

Kiovia metropolis Tauroscythicae 236, 4. illius episcopus Byzantio submitti solet. *ibid.*

L.

Ladislaus. vide Vladislaus.
Lampe 251, 9. 298, 5.
Lamum 118, 13.
Laodice 5, 17.
Laodicea Phrygiae 198, 16. 299, 23.
Lapis Christi sepulcralis Epheso Constantinopolim advectus a Manuēle 277, 8.
Laternarum usus in exercitibus et descriptio 195, 12.
Latinorum mos postquam uxores duxerunt 47, 9.
Lazarus Scytha 95, 14.
Lechi 84, 12.
Leo Batatzes 260, 7.
Lesbus 281, 14. 284, 22. 296, 24.
Leucosia 179, 1.
Ligures 10, 20. 199, 13. 228, 8. 230, 21.
Livo Armeniae princeps e carcere ab Antiochenis educitur 16, 14.
Lizius quis apud Latinos dicatur 223, 5.
Logotheta idem qui cancellarius 141, 12
Lombardi 10, 20. 228, 8. 282, 8.
Longi 73, 4. 202, 6.
Lopadium castrum ab Ioanne imperat. exstructum 38, 9.
Lotharius imperator in Longobardiam movet 88, 16. 90, 2. moritur 91, 1.
Lucas patriarcha Cp. 206, 15. 211, 3. 253, 21. 255, 21. 257, 12. 278, 1.
Ludovicus VII Franciae rex legatos Manuēlis benigne excipit 82, 8. vir miti ingenio 82, 12. cum Manuēle imp. in palatio sermones confert et honorifice ab eo excipitur 82, 20. in palatium Philopatianum concedit 83, 5. urbem lustrat 83, 8. deinde in Asiam traiicit 83, 12. in reditu paene a Graecis captus fuit 87, 14.
Lycaonia 42, 4. 190, 20. 289, 16.
Lycus, fluv. 5, 16.

M.

Maeander, fluv. 298, 6. 299, 24.
Magister Templi 188, 12.
Mala scala 13, 4.

Malea 284, 14.
Malphetum 148, 9.
Malum non praevisum fortiores turbat 57, 9.
Mamplanes Persa Conradum imper. aggreditur 81, 11.
Manuël Comnenus imp. Asiaticis bellis interest adhuc adolescens 21,16. 27, 19. illius imperii auguria 23,4. eius dotes 28, 1. imperator acclamatur 28, 20. Michaëlem Oxytam patriarcham Cp. creat 33, 3. illius liberalitas 33, 10. coronatur 33,9. in Boëmundum principem Antiochenum movet 33, 16. Irenem uxorem ducit 36, 1. Iconium venit 39, 17. Sultanum delet et Philomelium expugnat 41, 13. pervenit ad Cabalam 42, 22. et Persas fugat 44, 6. cum iis bellum gerit 46, 20. 48, 18. 50, 22. illius oratio ad milites 57, 5. venationi intentus hostes conspicit 59, 13. rursum in Persas movet 66, 10. cum iis pacem init 66, 13. ad Celtas Constantinopolim venientes legatos mittit 67,3 et sq. ad Conradum imp. scribit 76, 15. 78, 2. 85, 15. Alemannorum animos a Conrado alienat 78, 22. ad Ludovicum VII regem Franciae legatos mittit 82, 8. Conradum excipit Constantinopoli et Thessalonicae 86, 13. in Scythas proficiscitur 93, 1. 94, 1. eos profligat 95, 11. Corcyram expugnat 98, 22. 101. 14. in Dalmatas contendit 101, 22. 102, 18. in Hungaros movet 113, 17. et ad pacem petendam adigit 118, 14. 120, 5. armaturae militum studet 125, 2. venationibus delectatur 127, 9. cum Hungaris paciscitur 133, 22. 134, 9. Anconitanos sibi conciliat 170, 7. et Romanos 170, 19. urbes ab eo captae in Italia descriptae in palatio Manganorum 171, 20. ad Guilielmum Siciliae regem scribit 172, 19. cum eo paciscitur 175, 15. in Torosum Armeniae principem movet 176, 2. Persas superat 179, 4 Ciliciae urbes expugnat 180, 11. Renaldum principem Antiochenum in castris excipit 182, 17. et Balduinum regem Hierosol. 183, 14. 185, 7. et legatos Antiochenos 185, 20. et Torosum 186, 12. Antiochiam ingreditur 187, 8. in Nuradinum Sultanum expeditionem parat 188, 9. cum eo foedus init 188, 16. medicinae peritus Manuël 190, 9. Constantinopolim redit 190, 18. in Persas bellum movet et eos delet 191, 7. 193, 2. 194, 21. Clitziesthlanem Sultanum Constantinopoli excipit 204, 22. 206, 6. de secundis nuptiis cogitat. 208, 17. Desen Serviae principem in carcerem coniicit 213, 23. Hungariam imperio adiungere annititur 214, 21. Stephano Hungariae exregi favet 217, 2. in Hungariam pergit cum copiis 221, 2. cum rege Hungariae paciscitur 224, 8. ad Venetos legatos mittit. 228, 19. Antiochenis minas intentat 237, 23. in Hungaros movet et Zeugmen obsidet 240, 9. 241, 6. qua expugnata paciscitur cum Hungaris 246, 17. 248, 14. Dalmatiam expugnat. 248, 9. 249, 7. triumphum parat 249, 9. in rebus theologicis eruditus 253, 15. Henricum Austriae ducem excipit 262, 13. dum pila in equo ludit, manum laedit et femur 264. 12. muros et aquaeductus Cp. reficit 274, 23. in Servios movet 287, 11. Dorylaeum instaurat. 294, 12. 296, 19. in Clitziesthlanem bellum movet 299, 7.
Manuël Comnenus ad Tauroscythas legatus mittitur 232, 3.
Marasia 216, 2.
Marca Anconitana 165. 13.
Maria Comnena Rogerii Caesaris uxor, illius mors 38, 6.
Maria Manuëlis imper. filia nascitur 118, 20.
Maria sebastocratoris filia nupta Stephano Hungariae regis filio 203, 8.
Maria filia Raimundi principis Antiochiocheni Manuëli imp. nubit 210, 9. 211, 2.
Masafra urbs capta a Graecis 152, 11.
Massagetae 148, 3. 167, 6.
Media 183, 9.
Mediolanum 228, 7. 230, 12.
Melangia 36, 19. 81, 10. 127, 21. 294, 7.
Melas, fluv. 74, 6.
Metabole 127, 22.
Metus turpior fit cum praecessit ferocia 41, 4.
Michaël Basilacius 176, 19.

Michaël Branas 70, 2. 82, 9. 108, 21. 178, 23. 258, 2. 286, 7.
Michaël Gabras 238, 10. 258, 1. 293, 9. 296, 2 299, 10.
Michaël magister rhetorum 176, 20.
Michaël logotheta 269, 16.
Michaëlis Palaeologi mors 151, 19.
Michaël Palaeologus sebastus 70, 6. 82, 8.
Michaël Oxytas patriarch. Cp. 33, 3. 64, 4.
Milo Armeniae princeps 286, 4. 288, 7.
Molissa capta a Graecis 152, 21.
Monasterium Pantocratoris Constantinopoli 10, 6. 31, 11.
Monembasia 119, 15.
Monopolis obsessa 145, 13. 147, 3. 154, 18. capta 157, 16.
Monoxyla, navium species 94, 3. 114, 3.
Mons Ferrandus 18, 9.
Monspilosus urbs Apuliae expugnata 150, 18.
Mopsuestia 16, 19. 30, 22. 123, 22.
Muri Constantinopolitani refecti a Manuële 274, 23.
Mysorum praeda. proverb. 34, 6.

N.

Naïsus 69, 23. 104, 2. 124, 21. 126, 11. 204, 17. 212, 14. 227, 2.
Narses Romanorum dux 218, 21.
Neocaesarea frustra oppugnatur ab Ioanne imp. 21, 4. 300, 1.
Nicaea 84, 8.
Nicephorus Botaniata imp. 4, 21.
Nicephorus Basilacius 176, 19.
Nicephorus Chaluphes Dalmatiae praeficitur a Manuële 248, 20. capitur ab Hungaris 263, 5.
Nicephorus Caspax 269, 17.
Nicephorus Dasiota 86, 22.
Nicephorus Petralipha 260, 22.
Nicolaus Angelus 47, 15.
Nicolaus Muzalon patriarch. Cp. 83, 14.
Nilus, fluv. 120, 13.
Niphon Bogomilus haereticus 64, 2. 65, 20.
Nobilitas infelix venerationem meretur 46, 3.
Novellae constitutiones Manuëlis 275, 12.
Numisma secundum 33, 14.
Nuradinus Berrhoeae satrapa 183, 10. 188, 9. principes Christianos profligat. 216, 12. Antiochiam expugnare statuit 227, 20. bellum in Graecos movet 288, 6.

O.

Octavianus Pseudopapa 229, 1.
Octopes, vexillum sic dictum 125, 17.
Odoacer rex Italiae 218, 17.
Oenaeum 176, 9. 293, 14.
Olympus 38, 18.
Ostroripytza urbs capta 249, 7.
Ostunium captum a Graecis 159, 8.
Oxia insula 33, 4.

P.

Pactiarius 6, 19.
Palaestina 86, 22. 183, 12.
Pamphylia 190, 20.
Pannones 101, 19.
Pantocratoris monasterium 10, 6. 31, 11.
Papa Romanus Guillelmo Siciliae regi favet 170, 20. stratorum vice imperatores habet 219, 13. iis pro libito imperat 220, 6. pontifices Romae imponere est imperatorum Cp. 229, 3. papae legatio ad Palaeologum et Graecos 146, 18.
Papiae dignitas palatina 234, 11.
Paphlagonia 13, 10.
Papicius mons 265, 19.
Pasgusa palus 22, 8.
Patavium 231, 2.
Patzinacae 107, 17.
Paurae 176, 9.
Pelagonia 127, 10.
Peramen 167, 6.
Persae seu Turci ad imper. Ioannem deficiunt 13, 13. Romanos ad Neocaesaream praelio fundunt 21, 4. Pracanam urbem Isauriae expugnant 38, 11. delentur circa Philomelium 40, 17. bellum instaurant cum Manuële 46, 20. 49, 20. 50, 22. cum Manuële paciscuntur 66, 13. rursum Romanos adoriuntur 195, 5. 197, 11. Laodiceae incolas crudeliter tractant 198, 14.
Pescara 137, 3.
Petra 275, 5.
Petricum 217, 17.
Pharcuas Persa 56, 9.
Philadelphia 5, 19. 85, 10. 194, 17. 288, 11. 289, 14.
Phileta 198, 15.
Philippi 203, 23.
Philippopolis 93, 1. 211, 20. 265, 5.

Philomelium 40, 11. 41, 10. 63, 17. 81, 9. 194, 7.
Philippa Augustae soror 250, 6.
Philocales 271, 8.
Philopatium, palatium 74, 20. 83, 5.
Phylacterium collo appensum 234,14.
Picridium, suburbanum Cp. 75, 14.
Pilae ludus in equis 263, 17.
Pincernae dignitas 56, 11.
Picharas 6, 3.
Pictavi 16, 22.
Polonorum rex in exercitu Conradi 84, 11.
Pons iuxta Constantinopolim 75, 12.
Pontus Euxinus 75, 15.
Portus Brundusinus 162, 19.
Portus Constantinopolitanus 75, 18.
Pousse Aleman, dicterium in Alamannos 84, 16.
Pracanas 39, 20. 66, 20.
Primicerius Aulae 44, 22. 185, 2.
Primislaus Serviae dynasta 204, 2.
Primislaus Thauroscythicae dynasta 235, 1.
S. Procopii martyris reliquiae 227, 1.
Procopius historicus 218, 19.
Prosuchus in Raimundum Antiochenum mittitur 33, 21.
Protonotarii dignitas 227, 17.
Protostratoris dignitas 170, 5.
Punsura a Sultano Romanis eripitur 176, 5.
Pupaces Persa 48, 2. 50, 18.
Pylae 63, 19. 194, 8.
Pyramus, fluv. 30, 22.
Pyrrogeorgius primicerius aulae 44,21.
Pytheca 38, 19.

R.

Raman Persa 59, 33.
Raimundus Pictavinus Hierosolymam tendit 17, 7. Antiochiam venit 18, 4. urbem Ioanni tradit 19, 1. ab Ioanne deficit 22, 23. fugatur a Manuëlis ducibus 33, 16. Byzantium venit et veniam delictorum obtinet 35, 20. illius interitus 122, 7. eiusdem virtus bellica tam insignis, ut secundus Hercules diceretur 125, 18. 215, 22. illius filiae 210, 5.
Rasum 12, 10. 102, 18.
Reges qui dicantur 68, 18.
Renaldus princeps Antiochenus Cyprum devastat 178, 17. ad Manuëlem legatos mittit 181, 10. Antiochiam ei tradit *ibid.* patriarcham Antiochenum male habet 181, 12. vili et pudendo habitu imperatorem adit. 182, 11.
Rhyndace 15, 7. 38, 8. 66, 11. 294, 8. 297, 20 299, 19.
Richardus Antri seu Andreae dominus vel comes 141, 4. fortiter cum Graecis praeliatur 143, 5. 144, 12. 148, 11. illius mors 144, 17.
Ritzium 194, 15.
Robertus Bassavilla. vide Bassavilla.
Robertus Guiscardus 174, 18.
Rogerius Caesar 36, 21. Maria Comnena illius uxor moritur. *ibid.* imperium cogitat. 37, 6. mittitur Antiochiam ut Constantiam principissam sibi in coniugem adiungat. 122, 1. 178, 15.
Rogerius Siciliae comes Capuanum principatum invadit 37, 12. regium titulum sibi arrogat. 89, 15. 91,14. regno pellitur a Lothario imp. 90,4. illud rursum consequitur 91, 4. papam capit et vincit 91, 10. legatos ad imp. mittit 91, 16. Corinthum, Euboeam, Thebas et Corcyram expugnat. 92, 7.
Roma vetus 171, 7. in barbarorum servitutem cadit 218, 19.
Romani vexilla Manuëlis imp. suscipiunt 171, 3.
Rosislaus Tauroscythicae dynasta 235, 3.

S.

Salona 249, 7.
Sanctus Germanus 171, 19.
Sangarius, fluv. 232, 16.
Sanisan frater Sultani Iconiensis 199, 23. 291, 14. 295, 16.
Sacerdos Tranita praeliatur 144, 13.
Sanctaegidianus comes 188, 10.
Sardica 70, 4. 103, 9. 202, 19. 212, 8. 240, 6. 261, 13. 265, 12. 286, 19.
Savus, fluvius 104, 6. 114, 17. 116, 10. 217, 4. 243, 17.
Saxones 131, 1. 286, 14.
Scaramancae virtus bellica 163, 20.
Scardona 249, 6.
Scleri palus 58, 14.
Scythae ad Romanos transeunt 8 18. curribus pro munimentis utuntur 8, 11. Istrum transeunt 93, 1. praedatum eunt Romanorum agros *ibid.* Demnitzicum capiunt 93,19. manus cum Romanis conserunt 95,13. vin-

cuntur et fugiunt 95, 13. auxilio Manuëli veniunt 199, 14.
Sebastohypertati dignitas palatina 102, 21.
Sebenicus civitas capta 249, 4.
Seditio inter Graecos et Venetos Corcyrae 97, 2. 98, 9.
Seleucia 16, 4. 179, 13.
Sellae Manuëlis descriptio 205, 7.
Selybria 265, 4.
Servii a Romanis deficiunt 12, 9. 104, 9.
Servitutis species variae apud Byzantinos 287, 20.
Seseris ab Ioanne imper. expugnatur 19, 22.
Setzenitza 105, 10.
Sibyla 176, 6.
Siculi Graecos praelio navali superant 120, 23. Corcyram obsident 98, 22. Damalim igne vastant 101, 9 classe cum Graecis decernunt, eos vincunt 120, 23. Romanos vincunt et in fugam vertunt *ibid.* Ducam capiunt *ibid.*
Sinopites castris a Manuële praeficitur 56, 3.
Sirmium 10, 14. 222, 6. 226, 9. 247, 15. 270, 2. a Graecis captum 227, 6. ab Hungaris expugnatur 231, 6.
Smele 131, 11.
Solyman Persa 196, 12.
Sophronius patriarch. Alexandrinus 211, 4.
Sotas 95, 19.
Soterichus Panteugenus 177, 17. electus episcopus Antiochenus *ibid.*
Sozopolis 6, 6. 22, 5.
Spalathus civitas capta 249, 5. 263, 5.
Stephanus Hungariae rex 9, 13 bellum init cum Ioanne imp. 10, 8.
Stephanus alter Hungariae rex ad Manuëlem confugit 211, 18. 216, 19. 217, 10. 224, 12. 231, 23. veneno exstinguitur 239, 15.
Stephanus Hungariae rex in Graecos bellum movet 221, 1. cum iis paciscitur 224, 8. Dionysium ducem mittit in Graecos 257, 17. Henrici Austriae ducis filiam uxorem ducit 262, 10. moritur 286, 19.
Stephanus Geizae regis Hungariae filius 132, 20.
Stephanus acoluthus 81, 7.
Stephanus Contostephanus belli dux lapide ictus moritur 97, 1.
Strymon 105, 6.
Subla 298, 6.
Sultanus, dictus Iconii phylarchus 14, 11. 39, 18. deletur et fugatur 40, 13. 101, 22. Graecorum urbes varias expugnat 176, 5. cum Manuële paciscitur 200, 10.
Sycheris nobilis Siculus captus a Graecis 161, 24.
Syria superior 19, 10.

T.

Tamiathus, Aegypti urbs 279, 6.
Tanisman Cappadociae princeps Castamonem expugnat 14, 3. foedus cum Iconii Sultano init 15, 18. 46, 21.
Taran, fluv. 105, 8.
Tarentum 152, 13. 154, 1.
Tarsus obsessa et capta a Manuële 180, 16.
Tatticius 271, 8. 272, 17.
Tauroscythae 94, 12. 115, 16. 235, 4. 236, 19. 242, 17. 250, 1.
Taurus mons 186, 13.
Temessa olim dictum Brundusium 159, 10.
Temises mons 117, 16.
Tenesium 279, 4.
Tenihormus mons 94, 11.
Thebae Boeoticae a Rogerio Siciliae rege expugnatae 92, 12. 119, 5.
Theodora Comnena uxor Henrici ducis Austriae 236, 14.
Theodorus Batatzes Tarsum obsidet 180, 22.
Theodorus Contostephanus 39, 11.
Theodorus Stypiotes caniclei praefectus excaecatur a Manuële 184, 14.
Theodoricus Gothorum princeps rex Italiae non imp. dictus 218, 17.
Theodotus patriarcha Constantinopolitanus 84, 4.
Theophylactus Exubitus 208, 22.
Thomas Cilicenus 180, 10.
Thomas eunuchus 269, 7. 296, 19.
Thomas Ioannis imperat. secretarius 19, 13.
Thomae Antiocheni virtus bellica 159, 19.
Thracesium thema 39, 10.
Thyaris, fluv. 191, 22.
Tigranes Cilicenus Manuëli auxilio venit 199, 9.
Tili 180, 17.
Titelium 217, 4.
Torosus Armeniae princeps 121, 20.

Andronicum Comnenum delet 123, 19. urbes Graecorum varias expugnat 182, 13. Manuëlem convenit 178, 4. a Nuradino vincitur 216, 12. urbes Graecorum capit. 227, 22.
Tragurium 249, 4.
Tranis urbs Italiae capta a Graecis 181, 2.
Trapezus 293, 13.
Triumphus Ioannis imp. in quo imago deiparae currui imposita praecessit 13, 16.
Tripolitani comitis filia Manuëli imp. pacta moritur 208, 20. 209, 12.
Tripolitanus comes captus a Calamano Ciliciae praefecto 216, 8.
Tubae imperatoriae 192, 1.
Turcomanni rapto vivere assueti 208,1
Tyrus 281, 15.
Tzibrelitzeman 47, 2.
Tzicandyles nobilis Byzantinus 77,13.
Tziesthlan Sultanus 207, 2.
Tzycanisterianae exercitationis descriptio 203, 17.

U.

Urbibus condendis magna cura adhibita 160, 18.
Uresis Dalmatarum princeps 113, 10.

V.

Valachi a Romanis oriundi 260, 8.
Veneti sollicitati a Manuële foedus renovant. 228, 19. 230, 23. eius ope Fredericum imp. fugant. 230, 12. auxilium Manuëli contra Hungaros et eundem Fredericum pollicentur 237, 1. in carcerem coniecti a Manuële 280, 14. et a Ioanne 281, 10. eorum mores describuntur 280, 17. eorum regionis situs *ibid.* Alexio imp. militant 280, 25. Euripum, Chium, Lesbum et Rhodum depopulantur 283, 21. 284,21. Anconam obsident 288, 12.
Vescia capta 137, 7.
Vexillum Hungarorum seu Carocium captum a Graecis 274, 2.
Vitae nimius amor virtuti contrarius 55, 13.
Vladislaus Bohemiae rex cum Conrado Hierosolymam pergit 84,9. 223,11.
Vladislaus Tauroscytharum dynasta 236, 19.
Vladislaus Hungariae rex 203, 4.

W.

Wrumi dignitas apud Hungaros 203, 19.

X.

Xenones 190, 17.
Xerus 91, 21.

Z.

Zechi 84, 11. 218, 8. 223, 9. 242, 17. Zechorum princeps a Conrado imp. rex dictus 218, 10. in comitatu Stephani regis Hungariae 222, 10.
Zeugme urbs condita ab Ioanne imp. 10, 13. obsessa a Manuële 241, 6. capta 246, 17.
Zeugminum obsessum a Manuële 114, 8. captum ab eodem 115, 9. ab Hungaris expugnatur 238,18. 241,6.
Zupani dignitas 274, 8.

LIPSIAE,

EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.

CORRIGENDA.

P. 3, 2 lege *ΚΥΡΩι*. 10, 6 *ἡ δέ*, et sic ubicunque vel *ἢ δὲ* vel *ὃ δὲ* impressum est. 10, 11 *Βελέγραδα*. 13, 24 *infra* pro *supra*. 20, 17 *τε καὶ τό*. 28, 1 non excidit *γάρ*. 32, 26 sua. 41, 17 *ὁρᾶν*. 41, 18 dele comma post *ἔχοντες*. 41, 19 scribe *ἐπεὶ δὲ τὸ δέος*. 43, 15 *κατά*. 51, 14 malim *πολλοὺς οὖν*. 52, 3 *μή τις*. 52, 8 rectius *βουλευτέον*. 55, 2 comma pone post *συσκευαζομένοις*. 58, 16 pro *τούτῳ* fort. *τόπῳ*. 59, 23 *γενεάρχην*. 68, 19 post *ἦσαν* comma pone. 69, 6 fort. *οὕτω δὴ εἰρήσθω*. 71, 1 recte legitur *δέ*. 76, 15 *ἠμείβετο*. 78, 11 post *ἀνέπεισας* comma pone. 87, 7 *ἔδνον*. 91, 15 malim *ὁ Λογγιβαρδίας*. 99, 21 post *πολλάκις* excidisse videtur *πολλούς*. 100, 6 fort. *αἱ χθαμαλαί*. 105, 8 post *ἐλθόντες* comma ponendum. 122, 22 *οὐμενοῦν*. 123, 13 possis et *μέλανα*. 123, 14 *ἐγένετο*. 127, 13 recte habet *αὐτῷ*. 128, 13 *Δούκας*. 133, 4 dele comma post *Καντακουζηνόν*. 134, 11 *ἐσχηκότα*. 139, 10 distingue *δείσας ὅπερ ἦν*. 140, 5 scribe potius *ἐπιτειχίσματι*. 155, 10 nil excidit. 160, 16 fort. *τὰ τῆς ἐν σφίσιν*. 171, 8 recte legitur *διαρραγεισῶν*. 182, 17 fort. *ἐμεμηνίκει* vel *ἐμεμήνει*. 183, 5 comma pone post *ἐτύγχανε*. 205, 12 recte habet *λελεύκανται*. 208, 10 *Λατίνα*. 212, 17 dele comma post *Σερβικήν*. 214, 13 fort. *ἐγγελάσαι*, commate post *δομήτορας* deleto: *ac fortasse rideat quispiam si dudum mortuos urbium conditores denuo urbes condere videat.* 215, 6 et 218, 1 *Βελᾶν*. 219, 14 malim *ἑαυτοῦ*. 223, 17 *ἀντεισαγούσης ὅδε*. 230, 7 fort. *ἀποπροσποιεῖσθαι*. 232, 10 *ἐνναετής*. 246, 10 *παραπομπόν*. 248, 2 *μεντᾶν*. 249, 16 fort. *τὸ δέ τι*. 254, 10 *νέων*. 257, 21 fort. *ἐνόουν*. 257, 22 dele comma post *ξυνοῖσον*. 258, 12 *Οὖννοι*. 265, 11 *ἀγαπῷεν, αὐτίκα καὶ πάλιν*. 275, 2 *παλαιτάτας*. 275, 8 fort *καὶ σηράγγων*. 275, 11 fort. *μέσης*. 283, 21 *εὐρίπῳ*. 284, 8 *ἀλαζών*. 290, 15 dele comma post *εἴθιστο*. 298, 16 *ἤ τινα*.

NICEPHORI BRYENNII

COMMENTARII.

RECOGNOVIT

AUGUSTUS MEINEKE.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVI.

PRAEFATIO
AUGUSTI MEINEKII.

Nicephori Bryennii Commentarios qui primus edidit Petrus Possinus, quum Codice uteretur corruptissimo, audacioribus plerumque indulsit coniecturis, quarum quae aliqua veritatis specie blandirentur, in verborum contextu retinendas, ceteras de iniusta, quam occuparant, possessione depellendas putavi. quas ipse periclitatus sum emendationes, nisi omnes veritatis numeros haberent, in margine commemorare satius duxi. celato lectore, si leviora vel manifestos typothetarum errores excipias, nihil mutavi.

Possini paraphrasin latinam, omni sordium genere oppletam, etiam iis locis, ubi suas ille coniecturas sequutus est, intactam reliqui: neque id periti mirabuntur.

Ceterum de siglis, quibus in adnotatione critica usus sum, ne erres, litera V. textum, qualem e Codice suo dedit Possinus, P. autem Possini coniecturas indicare volui.

Scribebam Berolini a. MDCCCXXXV.

SERENISSIMAE DOMINAE

CHRISTINAE ALEXANDRAE

SUECORUM,

GOTTHORUM ET WANDALORUM

R E G I N A E

PETRUS POSSINUS

E SOC. IESU FELICITATEM.

Non solus venio quo benignissime invitare dignata es, ad istam in Tuis nuper Romanis exponi coeptam aedibus locupletissimam et vere regiam bibliothecam tuam, Serenissima Regina. adiungit en se ultro mihi comitem transmarinus advena, homo quantivis pretii; a natura incertum, an a fortuna, an a virtute commendabilior: quem ubi nominavero, statim, scio, admissione dignum hospitioque iudicabis. Nicephorus hic est Bryennius, dignitate Caesar, matrimonio Annae Comnenae coniux, gubernandi usu et sapientia praeclarus, excellens militari fortitudine, pietate ac religione praecipuus; denique vir tantus, ut inter eius illustres dotes et celebratissimas laudes illa paene omnium censeatur infima, quod eruditorum et disertorum sui saeculi princeps est existimatus. huic tali ac tanto veniendi ad maiestatem Tuam duplex causa est. nam et Te claro famae praeconio procul cognitam visere ac venerari coram gestit, reginam regio fastigio maiorem; in qua claritatem natalium longe maximam, atque adeo augustam, ingenii, sapientiae, facundiae dotes exsuperant: et harum rursus ipsarum micantissimis licet luminibus,

christianarum virtutum omnium, atque inprimis heroïcae religionis, speciosius eminentes quidam ac multo splendidiores obstruunt apices. isto, inquam, Tui tanto tamque praeclaro frui spectaculo vult Bryennius. ac praeterea Tuo eiusdem praesentis ac coram cognoscentis arbitrio diremptūrum se sperat domesticam litem, quae dudum ipsum cum lectissima et alioqui carissima committit coniuge. queritur nimirum illa et verbis acribus expostulat *), viri sui nimia modestia contigisse, ut imperii successio post excessum Alexii patris ad Ioannem potius fratrem, licet iuniorem ac post se non solum natam, sed etiam ad imperium designatam genitum, delaberetur; iure, quod ex praerogativa aetatis; spe, quam e matris studio et cognatorum pro se coniurantium voluntate certam habebat, intempestiva mariti philosophia corruptis ac proditis. adversus hanc criminationem vix est ut satis Nicephorum sua virtus tueatur: popularibus vel praeiudiciis vel studiis ambitioni mulieris potius, quam viri moderationi suffragaturis. ac parum abest quin ipsi etiam historici, quos sapientiae causam suscipere decebat, socordiae Bryennium ac stuporis hoc nomine insimulent. ille tamen haud concidens animo, hanc quantumvis difficilem ac desperatam evicturum se causam plane confidit, Te utique arbitra, cuius qui sensus sit futurus in tali controversia, post ea quae mundo dudum applaudenti mira specimina edidisti sapientiae sceptrorum contemptricis, dubitare nemo potest. atque idem hactenus tantum sui meriti conscientia nititur, ut se absolvendum, Te iudice, certum habeat; minime vero ut aspirare ausit ad aequalitatem laudis Tuae. nempe ipse imperium filio a patre legitime traditum violenter intercipere gener temperavit: quam hoc infra decus Tuum, Serenissima Regina! Tu enim regnum amplum et florens multis annis tranquillissime possessum, in summa rerum omnium felicitate et quae inde nascitur populorum benevolentia, sapientissime gubernatum, generosae mentis heroïco proposito sponte abdicasti. magnificum, illustre, ingens et alte supra mediocria recte facta eminens facinus! quod tamen augustius diviniusque res, cuius gratia susceptum est, efficit. agno-

*) Apud Nicetam Choniatem lib. 1.

veras catholicam veritatem; et nebulas haereticae fraudis, toto Septentrione dudum offusas, mentis divinitus illustratae felici perspicacia discusseras. arcebant ne sequerere oblatam lucem infulae ac diademata, tenacissimum vinculorum genus. Tu tamen collecta in Te unam trium Orientalium fide ac pietate regum, Christum olim stellae ductu, Herode frustra ringente, quaerere ausorum, regina trium populorum, perruptis omnibus obstaculis, ad Christi vicarium, haeresi calcata, cucurristi; verae religionis exercendae facultatem haud caro emi rata iactura regnorum. macte rara gloria inusitatissimae virtutis, qua dynastis Borealibus prima post funestam defectionem illarum regionum signum exempli salutaris extulisti. sed haec ampliora sunt quam ut angustiis epistolae arctari debeant. ad Bryennium redeo. qui hunc suum in publicam lucem reditum, atque in Latium transitum, ita demum auspicatum fore intelligens, si benignitate favoris Tui, quasi astri natalis benefico aspectu fortunetur, Te ambit, Tibi supplicat, Tuum patrocinium implorat. suum praeterea (ut est homo gratissimus) remuneratur interpretem: dum eum velut Maiestati Tuae devotissimum clientem, amplitudinisque ac gloriae studiosissimum Tuae, obsequiis admovere vestris et insinuare gratiae conatur; haud sane fucato testimonio, quippe a factis semper solidisque officiis, ubi operae navandae occasio vocaverit, fidem ac experimentum habituro.

ΓΑΛΗΝΟΤΑΤΗι

ΤΩΝ ΣΟΥΕΚΩΝ, ΓΟΤΘΩΝ ΚΑΙ
ΟΥΑΝΔΑΛΩΝ

ΒΑΣΙΛΙΣΣΗι ΧΡΙΣΤΙΝΗι,

ΑΠΟΛΕΙΦΘΕΙΣΗΣ ΔΙΑ ΤΗΝ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ,

ΡΩΜΗΝ ΕΙΣΕΛΘΟΥΣΗι.

Ἐσθλὰ θριαμβεύουσα χαρᾶς μὴ φείδεο Ῥώμη,
αἰσχύνθη δὲ τὰ πρὶν κόσμια πρὸς τὸ νέον·
οὐ γὰρ Ἄρης ἐχθρῶν ἐπινίκια δεινὰ δαμέντων,
οὐδὲ σφαγῆς μερόπων τίμια σκῦλα φέρει.
ἀλλὰ κρατεῖ τὸ σέβας βασιλεύματα λαμπρὰ πατῆσαν,
ἔλλαβεν οὐδὲ μάχη, ἀλλὰ φυγὴ τὸ κράτος·
παρθένε, τῶν προγόνων ὑπερήφανα σκῆπτρα λιποῖσα
σοῖο μὲν ἐξ ἥττης ἄξια σκῆπτρα νέμεις.
κῦδος ἔην βασίλευμα λαβεῖν, μέγα θαῦμ᾽ ἀπολείπειν,
Χριστῖναν δὲ δαμᾶν σὸν μόνον ἔργον ἔην.
ὡς νικῶσα διπλᾶς, ὡς νικηθεῖσα θριάμβοις,
καί σε βιαιοτάτου λείαν ἀγῶνος ἄγεις.
σοί γε κρατοῦσα κράτος, σοὶ δ᾽ ἦσθα πεσοῦσα τροπαῖον,
σῆς τέρας ἦν νίκης, ὄφρα κρατῆς, πεσέειν·
πόσσον ἄρ᾽ ἐκ νίκης κλέος ἦν, εἰ τόσσον ἀφ᾽ ἥττης;
ἀλλά νυν ἐν σαυτῇ πόσσον ἀπ᾽ ἀμφοτέρας;

ΙΩΑΝΝΗΣ ΒΑΠΤΙΣΤΗΣ ΓΙΑΤΤΙΝΟΣ,

ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ.

SERENISSIMAE

SUECORUM, GOTTHORUM ET WANDALORUM

REGINAE CHRISTINAE;

RELICTO OB PIETATEM REGNO,

ROMAM ADEUNTI.

Roma triumphales festivior instrue pompas,
    et novus antiqua certet in urbe decor:
non hic regnorum domitrix Bellona triumphos,
    orbis ab excidio nulla tropaea petit.
arte nova pietas vincit, quia sceptra recusat,
    regnaque non pugnans, sed fugitiva domat.
inclita maiorum, virgo, dum sceptra relinquis,
    sceptra tui victrix nobiliora capis;
subdere regna sibi magnum est, sua linquere maius;
    vincere Christinam non nisi sola potes.
ergo tuum geminas victrix et victa triumphum,
    praedaque victricis duceris ipsa tui:
tute tibi palma es victrix et victa tropaeum,
    et spolium regno maius es ipsa tuo.
quanta est vincentis, si tanta est gloria victae?
    at simul et vinci et vincere quanta fuit?

IOANNES BAPTISTA GIATTINUS,
e Soc. Iesu.

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΡΩΜΗΝ,

ὅτε εἰς αὐτὴν ἐπιδημήσασα εἰσήλασεν ἡ ἐνδοξοτάτη καὶ γαληνοτάτη τῶν Σουέκων Γότθων καὶ Οὐανδάλων βασίλισσα Χριστῖνα.

Ῥῶμα κλέος μερόπων, μακάρων ἕδος, ἥν ῥα φιλήσας
πᾶσι μίαν πόλεσιν θῆκεν ἄνασσαν Ἄρης.
τίς κατέμιξε κόνει τὰ σὰ δώματα; μῶν Γαλατῶν σε
χειρὶ βαρυπτολέμῳ πυρπολέησε μένος;
μῶν ἀπὸ τῶν Καννῶν δριμύπνοος Ἀννιβὰλ ἐλθὼν
Φοινίσσας Φρυγίοις δᾷδας ἀνῆψε δόμοις;
ἤ σε πάροινος ἔπρησεν ἀλάστορος ὕβρις ἄνακτος,
καί σε φλέγουσαν ἴδεν ἡδὺ θέαμα Νέρων;
οὐκ ἄρα γ', ἀλλά νύ σοι κρυερῆς φλόγας ἦγεν ἀπ' ἄρκτου
Γότθος, ἀηττήτοις ἐγκατάφρακτος ὅπλοις.
Γοτθικὰ Ῥωμαίας κατὰ τεύχεα ῥῆξεν ἐπάλξεις,
Γοτθικὸν Αὐσονίας ἔγχος ἔκοψε πύλας.
θυμὸς Ἀλαρίκου, Τοτίλου τ' ἀκατάσχετος ὁρμὴ
τοὺς σοὺς ἑπτὰ τέφρῃ, Ῥῶμα, κάλυψε λόφους.
κλαῦσεν ἰδοῦσα καπνὸν πυρκαιῆς αἶψα τοσαύτης
Πραινέστης ἀπ' ἄκρας, καὶ μετέμηλε, τύχη.
αὐτὰ λογιζομένη πόσον ὕβρισεν, ὠμά περ ἄρκτος
ἔστενε, Ῥωμυλέην τ' ἐξελέησε λύκον.
νῦν δ' ἀνθ' ὧν ἀπὸ σφῶν ἐπεπόνθεσαν, ἑπτὰ Βοῶται
ἑπτ' ὄρεσιν Ῥώμης ἰσ' ἀν' ἄποινα δόσαν,
Χριστίνην ὅτ' ἔπεμψαν, Ἀλαρίκου Τοτίλου τε
ὕβρεσι κἀμπλακίῃς ἀντιτάλαντον ἄκος.
χαῖρε τριῶν βασιλίς, πάντων πόθος ἠδ' ἔρος ἐθνῶν,
ᾗ Χαρίτων ἕπεται πᾶς Ἀρετῶν τε χορός.
δεῦρ' ἴθι, καὶ καλὰ πάντα μετ' εἰρήνης ἀνάγοντι
ἄμμιν Ἀλεξάνδρῳ πιστὰ συνεργὲ πάρει.

ΠΕΤΡΟΣ ΠΟΣΣΙΝΟΣ,
ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ.

AD URBEM ROMAM,

quando in eam adveniens triumphali pompa invecta est illustrissima et serenissima Suecorum, Gotthorum et Wandalorum regina Christina.

Roma beatorum domus inclita, quam dedit unam
omnibus armipotens urbibus esse caput.
quis tua stravit humo fastigia? Gallicus an te
hostili victam torruit igne furor?
an ferus a Cannis tumida ruit Annibal ira
Dardana Phoenissa tecta cremare face?
an Nero nocturnos tibi subdidit ebrius ignes
Troianos ludens in tua busta rogos?
non sane: at gelida flammas tibi Gotthus ab arcto
immisit, populus Marte favente ferox.
Gotthica Romanas fregerunt spicula turres,
Gotthorum Ausonias pertudit hasta fores.
saevus Alaricus, Totilaeque ferocia diri,
arces in cinerem, Roma, dedere tuas.
flevit ad hunc fumum summa Praenestis ab arce
Fortuna, et tantum se nocuisse dolet.
ipsa etiam quamvis glaciali dura rigore
Romuleae damnis ingemit ursa lupae.
ecce iugis septem septeni dona triones
sera, sed illatis aequa malis referunt.
compensantur Alarici Totilaeque ruinae
Christinae adventu; desine, Roma, queri.
salve virgo trium domina, stupor omnium amorque
regnorum, virtus cui comes est et honor.
euge ades, et fessis requiem auxiliumque parante
rebus Alexandro, tu quoque confer opem.

PETRUS POSSINUS,
e Soc. Iesu.

PRAEFATIO
PETRI POSSINI.

Viduae Annae Comnenae amissum et misere deploratum virum Nicephorum Caesarem Bryennium Euripideo velut quodam Herculis miraculo reddimus, dum Alexiadi Caesarissae illius turturinis passim questibus acerba coniugis Caesaris fata lamentanti (quod opus ante annos aliquot luci dedimus) Bryennianos nunc commentarios adiungimus, saepe, multum, et merito Annae ibi laudatos; et nobis Alexianae historiae illustrandae studiosis vel eo nomine desiderabiles, quod ex iis Comnena et scribendi consilium, et argumenti genus, et scriptionis formam ac modum sese hausisse professa non semel est. nec tamen in hac quasi Alcestidis scena invidiose gloriosas mihi sumpserim mirifici Herculis partes: quippe cui potius in fabula tali Admeti persona conveniat alieno beneficio felicis. vivit Tolosae, et utinam diu ac fortunatissime sicut dignus est, vivat, V. C. Antonius Dadinus Altaserra, praerogativa excellentium meritorum extra sortem et comparationum moras iudicio illustrissimae illius Academiae allectus in amplissimum ordinem antecessorum, iuris illic utriusque regius professor. is ex me, quicum amicissime vivebat, cum saepius confabulando cognovisset quanto desiderio tenerer antiquissimi codicis Alexiados Annae Comnenae, quem a Iocobo Cuiacio principe iurisconsultorum ad spem editionis olim traditum viro nobilissimo et eruditissimo Petro Fabro Sanioriano, esse adhuc Tolosae magna opinio erat; sed cuius in manu quave in domo esset, frustra erat eatenus quaesitum. cum, inquam, istius meae curae conscius, et propter amicitiam particeps esset, forte illi contigit, non modo in notitiam eius hominis venire, penes quem is thesaurus asservabatur, sed et tantam ab eo inire gra-

tiam, ut negare ipsi nihil posset. impetrata igitur in paucos dies optatissimi mihi codicis usura cupidissime advolavit ad me ac totum inopinatissimo gaudio perfudit. liber erat e charta lintea perantiquus, et manus transmarinae, quem statim evolvens avidissime in eo reperi libros quindecim Alexiados Annae integros, nec paucis locis ab eo exemplari unde nostra iam tum prodierat editio, diversos. praefatio, quam ex Hoeschelianis excerptis sumpsimus, deerat; sed exhibebat eius loco bene longum opus, *ἀνεπίγραφον, ἀνώνυμον, ἀκέφαλον;* quippe cuius primum folium et operis titulum, et nomen auctoris, et initium prooemii verisimiliter complexum, non comparebat. non plus tamen uno folio deesse, nota secundi numeri primo foliorum quae restabant, praefixa monstrabat. ex quo aliae similiter pagellae ad finem usque spissi codicis, suos invicem haerentes, et perpetua serie sine ullo hiatu continuatos numeros habebant figuris Saracenicis expressos. quaesivi anxie quid illa tandem essent Alexiadis tam verbosa prolegomena. nec diu abfuit quin plane ac certo comperirem, esse ipsos *αὐτόχρημα* commentarios Nicephori Caesaris Bryennii tam propriis et illustribus characteribus ab Anna eius coniuge insignitos, ut agnosci visu primo sine nomenclatoris opera possent. nimirum habemus ex Annae praefatione, Bryennium rogatu Irenes Augustae, matris Annae, scripsisse opus, quo complectebatur primordia Alexii, deinde Augusti; eius scriptionis initium repetitum esse usque ab Romani Diogenis principatu; inde narrationem ad Botaniatis imperantis tempora perductam. quam haec omnia nostro huic unice scripto conveniunt, primum Irene Augusta nuncupata, deinde principium et finem narrationis iis exacte terminis cohibente, quos designat Anna, postremo ubique dotes et virtutes Alexii tunc privati, postea imperatoris, studiosissime celebrante. praeterea quae inesse Bryennianis commentariis affirmat Anna, ea in hisce omnia comparent. id uno alterove exemplo demonstrasse satis sit. lib. 1 p. 9 de causis quae Bryennium seniorem moverint ad imperium affectandum, ita scribit: *τὸ μὲν ὅθεν καὶ ὅπως, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν διηγεῖσθαι· φθάνει γὰρ ἡ τοῦ καίσαρος ξυγγραφὴ τὸ αἴτιον τῆς ἀποστασίας ἐξιστορῆσαι.* hoc est: "huius incepti quae causa quaeve rationes fuerint, mihi non est ne-

cesse diligentius exponere: quoniam istum nobis laborem accuratus ea de re nostri Caesaris commentarius occupavit." haec plane digitum intendunt in librum tertium horum commentariorum. ibi enim a sectione secunda ad decimam fusissime declarantur causae quae Bryennium moverunt ad imperium usurpandum. paulo post Anna eadem de expeditione Alexii in Bryennium, huiusque clade, captivitate, et excaecatione breviter memorans, ait: sibi necesse non videri ea diligentius cuncta persequi. *τὸ γὰρ ἀκριβὲς* (inquit) *τῆς ἱστορίας τὸν βουλόμενον μαθεῖν, ἐς τὸν καίσαρα παραπέμπομεν.* hoc est: "nam fusius et subtilius ista descripta qui nosse cupierint, eos ad Caesarem remittimus." respiciunt ista manifeste lib. 4 horum commentariorum, in quo a num. 2 ad 18 haec tota Bryenniani belli, et Bryennii calamitatis historia distinctissime minutissimeque traditur. libro quoque Alexiadis 10 p. 271 de praelio Isaacii sebastocratoris cum Turcis commisso prope Antiochiam, ita scribit Anna: *ὅπως δὲ τὸ λεπτομερέστερον ἐθέλοντι μανθάνειν, ἔξεται ἀπὸ τῶν τοῦ κλεινοῦ καίσαρος συγγραμμάτων διεντυχεῖν.* "de quo" (nimirum praelio) "qui distinctius scire volet, habet commentarios incliti Caesaris quos consulat." exstat indicatus his verbis locus in nostris hisce Bryennianis commentariis lib. 2 num. 29. Bryennium porro, licet indicium tituli Codici ms. ut dixi, defuerit, esse huius operis auctorem satis clare ostenditur lib. 4 num. 15, ubi Bryennium seniorem illum imperii candidatum commendans scriptor, deprecatur vulgarem invidiam atque exceptionem allegari solitam in fidem eorum qui de rebus propriis ad personas familiasve ipsorum pertinentibus narrant. quo satis significat istum, quem adeo extollit Bryennium, aut patrem, quod habet Zonaras, aut, ut Anna verius affirmat, avum suum fuisse. de quo vide, si lubet, notas nostras ad num. 12 et 13 lib. 4 horum commentariorum.

Per haec ego abunde persuasus, esse istos omnino commentarios Caesaris Bryennii, iis raptim exscribendis, pro angustiis concessi temporis, manum et animum applicui. in quo dulcissimi fratris mei et unanimi *συνεργοῦ* P. Claudii Maltrait auxilio benevolo sum usus. quoties enim ineluctabilis necessitas stylum et tabulas extorquebat, ille succenturiabat vicariam

operam, ne circumscripti ad eius codicis precariam usuram spatii pars nobis ulla dilaberetur otiosa. sic brevi exscripsimus opus illud totum et priusquam exisset praescripta dies, cum fide ac gratiis debitis commodatum archetypum codicem clarissimo et officiosissimo viro reddidi. contigit deinde usus liberior codicis eiusdem, insigni et hoc loco memorari digno beneficio incomparabilis et longe supra vulgarem modum praedicandi viri. Gulielmus etenim Pugetius senatus Tolosani lumen ingens, paucis post illa, quae modo retuli, mensibus convenit me; et isto ipso, quem quasi furtim antea videram, manuscripto libro de famuli assectantis manu sumpto: en hunc, inquit, codicem, quia tibi utilem et desideratum intellexi, mea pecunia redemptum do tibi donoque, ut tuus quam optimo iure sit. tanta vis generosissimae humanitatis in illo ceteris aeque omnibus virtutibus et praeclaris dotibus ad miraculum exculto heroe fuit. cuius hac mire opportuna liberalitate mihi commoditas abundavit conferendae iam editae Alexiadis cum illo manu antiqua descripto eius exemplari; et ex ea collatione non modo lacunas editionis explendi omnes, sed diversas quoque lectiones facile bis mille in libri mei editi ora notandi. atque ut nullam tam benevoli officii gratiam omittam, nec illud celabo: summum illum virum in conscientia meriti tanti tali mecum verecundia egisse, ut cum incidisset illi necessitas quaedam revisendi quem donaverat codicis, non sustinuerit, me tum absente, illum e nostro, ubi reliqueram, Tolosano collegio reposcere, nisi prius me officiosissimis literis rogato, ut eius brevem usuram, postea restituendi, sibi concederem. quare viderint qui post acerbissimum mox secutum illius immortalitate dignissimi viri funus librum istum inter eius *κειμήλια* repertum haereditaria possessione rite occupasse videri volunt, quo iure rem detineant manifeste alienam; quippe legitima donatione inter vivos ac testatissima *τοῦ μακαρίτου* quondam eius domini beneficentia certissime translatam in ius nostrum, de quo utique nihil cedimus.

Verum ut ad nostrum Bryennium redeam, necessario profitendum hic est; fuisse illius et mendis inquinatissimam et lacunis non raris nec parum molestis interruptam in archetypo illo et unico codice scripturam. unde satis sudandum

mihi fuit in vera lectione coniecturis divinanda; plus etiam in vera scriptoris sententia, tolerabili saltem interpretatione declaranda. nihil fere tamen ista necessitate immutatum est, cuius non constet lectori ratio in notis. at quanticumque laboris illud abunde magnum pretium ducimus, quod historiam praeclaram a teste magnam partem oculato, eodemque dignitatis atque auctoritatis summae, adeoque in aetatis illius sapientissimis habito, diserte sincereque conscriptam, nec parvam, ut speramus, Byzantinis Comnenianorum temporum rebus lucem affusuram, in publicum usum edimus.

TESTIMONIA VETERUM
DE
CAESARE NICEPHORO BRYENNIO.

Anna Comnena in praefatione Alexiadis:

Ἐμοὶ ἀνὴρ ἐγένετο κατὰ νόμους συναφθεὶς ὁ καῖσαρ Νικηφόρος, εἰς τὴν τῶν Βρυεννίων σεῖραν ἀναγόμενος, ἀνὴρ καὶ κάλλους ὑπερβολῇ, καὶ συνέσεως ἀκρότητι, καὶ λόγων ἀκριβείᾳ, μακρῷ τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερβάλλων. θαῦμα γὰρ ἄντικρυς καὶ ὁρώμενος καὶ ἀκροώμενος, καὶ τὰ ἑξῆς.

Maritus mihi fuit legitimo ritu coniunctus Nicephorus Caesar, generis seriem ad Bryennios referens, vir et formae praestantia et consummatione prudentiae et perfectione doctrinae longe supra omnes, qui tunc erant, antecellens, miraculum prorsus oculis videntium auribusque auscultantium offerens etc.

Alibi saepe in sua historia eadem Anna Bryennii eiusdem cum summa laude meminit.

Zonaras tomo 3 *Annalium agens de Alexio Augusto post Constantini Porphyrogeniti, cui desponsata Anna eiusdem Alexii primogenita fuerat, ante nuptias mortem, alium sponsum eidem filiae suae dante:*

Νυμφίον ἕτερον ἐπ' αὐτῇ εἰσῳκίσατο τὸν μείζω τῶν υἱῶν Νικηφόρου τοῦ Βρυεννίου· ὃν ὁ λόγος προέφηνε τῇ τυραννίδι ἐπιχειρήσαντα καὶ ἁλόντα καὶ πηρωθέντα τοὺς ὀφθαλμούς. τούτῳ τὴν θυγατέρα ταύτην κατεγγυήσας τετίμηκε τὸν ἄνδρα πανυπερσέβαστον.

Sponsum alterum ei adscivit maximum natu filiorum Nicephori Bryennii, quem superius retulimus in conatu imperii usurpandi captum et excaecatum. hunc, cum ei filiam uxorem daret, titulo panhypersebasti honoravit.

Paulo post idem Zonaras:

Βρυεννίῳ τῷ καίσαρι πολλή τις ἦν ἰσχύς. καὶ δι᾽ ἐκείνου πᾶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις οἰκονομούμενον ἐκπεφώνητο. διὸ καὶ πάντες ἐκείνῳ προσῄεσαν, καὶ δικάζειν αὐτῷ ἐπιτέτραπτο, καὶ βασιλικῶς ἐθεμίστευσεν. ἦν γὰρ καὶ λόγοις προκείμενος ὁ ἀνήρ. . . . οὕτω δ᾽ ὡς εἴρηται τῷ καίσαρι τῶν πραγμάτων συνενεχθέντων διὰ πάσης ἦν γλώττης ᾀδόμενος ὁ ἀνήρ.

Bryennii Caesaris magna erat potentia, ac iam vulgo celebre, illius nutu in regia geri omnia; quare omnes ad eum se conferebant iuris dicundi et pro imperii auctoritate sententias ferendi potestate praeditum. erat autem et ipse studiis doctrinarum deditus. *paulo post:* hoc rerum suarum statu Caesar omnium linguis celebrabatur.

Nicetas Choniates initio lib. 1, *referens conatum Irenes Augustae in promovendo ad successionem imperii genero Bryennio et filio Ioanne ab ea excludendo, sic scribit de eadem Augusta.*

Ἐνιαχοῦ δὲ καὶ λόγου πρόφασιν τὸν Βρυέννιον παρεισφέρουσα παντοίοις αὐτὸν ἐπαίνοις κατέστεφεν, ἅτε εἰπεῖν ἱκανώτατον καὶ οὐκ ἐλάττονα διαπράξασθαι, καὶ μαθημάτων ἐλευθερίων μεταλαχόντα ῥυθμίζειν τὸ ἦθος εἰδότων καὶ πρὸς βασιλείαν ἀδιαλώβητον οὐ βραχέα συναιρομένων τοῖς ἄρχειν μέλλουσιν.

Aliquando etiam Bryennium per occasionem summis laudibus celebrabat, ut et eloquentissimum et rebus gerendis aptissimum et liberalibus artibus, quae animum ad virtutem informent et ad imperium rite gerendum et tuendum maximo adiumento sint, eruditum.

Idem Nicetas, narrata Alexii morte, refert conspirationem multorum, Bryennium, repulso Ioanne Alexii filio, ad imperium evehere studentium:

Τῷ Βρυεννίῳ (inquit) *πάντες προστίθενται καὶ παραχωροῦσι τούτῳ τῆς βασιλείας, ὡς λογικῶν ἐν μεθέξει ὄντι παιδεύσεων καὶ εἶδος τυραννικὸν προφαίνοντι.*

Bryennio se omnes adiunxerunt, eique imperium detulere, ut et liberalibus erudito disciplinis et regia forma conspicuo.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΡΥΕΝΝΙΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΡΥΕΝΝΙΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

ARGUMENTA.

PRAEFAT. Scopus est ostendere Alexium, cum imperium Botaniatae ereptum sibi sumpsit, iure id fecisse. narratur rebellio Botaniatae in Michaëlem Ducam. conatus Alexii in promovendo ad imperium Constantino Duca Michaëlis fratre, et alio Constantino Duca Michaëlis filio. machinationes in Alexium variae. periculis obiectus malo dominantium animo ex his gloriam auget. insidias invidorum occupando imperio praevertit. Constantinum puerum in consortium imperii et spem successionis vocat. cuius impulsu haec scriptio suscepta, quodque eius consilium ac forma.

LIB. I. Manuël Comnenus filios moriens commendat Basilio Augusto. is eos educari optime curat. iis adultis magistratus et uxores dat. maior natu eorum Isaacius imperator fit. transferre imperium in Ioannem fratrem vult. hoc recusante Constantinum Ducam promovet, ipse fit monachus. Constantinus Ducas iuste administrat imperium annis septem. eius mors, itemque Ioannis Comneni quinque filiis, tribus filiabus relictis, quae Michaëli Taronitae, Nicephoro Melisseno, et Constantino Diogenis filio collocantur. Manuëlis et Isaacii prima militia. Alexii mira indoles. Diogenes ad imperium evehitur. initium belli Turcici. origo Turcorum. Saracenorum imperium late patens discordia turbatum. Muchumet Persis, Medis et Abritanis imperans auxilia Turcorum petit. eorum ope vincit Babylonios. sed in Indos movere volens deseritur a Turcis in eum rebellantibus. decem duces contra eos missi fugantur. ipse Muchumetes ab illis praelio vincitur, quo ipse cecidit. Turci evocantur in Persidem. Strangolipes dux eorum fit Sultanus. Patricius Stephanus Mediae praeses Turcos temere lacessens vincitur. Turci Mediam invadunt. Manuël a Chrysosculo Turco capitur, sed eum incitat ad transfugium a Sultano. Manuël moritur. Diogenes expeditione suscepta in Turcos Alexium ad matrem remittit. Diogenes imprudenter bellum administrans, et ab adulatoribus deceptus vincitur a Turcis et capitur. Ioannes Caesar hoc audito fratris filium Michaëlem Ducam ad imperium evehit, Eudocia eius matre in ordinem redacta. Sultanus Diogenem honorifice habitum dimittit liberum. is Amaseam cum exercitu occupat. Andronicus eum acie vincit. Chutatarius Diogenem iuvat. Michaël pacem cum Diogene frustra tentat. Anna Comnenorum mater cum filio in exilium pellitur. Andronicus iterum Diogenem vincit et capit honorificeque tractat. sed is excaecatur Michaëlis iussu, et paulo post moritur.

LIB. II. Comneni revocantur ab exilio. Nicephori in logothetam promotio. eius odium in Caesarem, qui ab aula recedit. Isaacius Comnenus contra Turcos. Urselius cum Francis a castris Romanis recedit. Isaacius a Turcis vincitur et capitur. eruptio Alexii e castris. fuga militum Romanorum. Alexius Theodoti consilio servatus, pecunias parat ad redimendum fratrem. quem iam liberatum Ancyrae reperit. Isaacius cum

Alexio obsidentur in domo rustica a Turcis. sapientia et fortitudo Alexii ea occasione monstratae. duorum Alanorum fortia facinora. reditus in urbem et laudes Alexii. Urselius regiones Romanas incursat. logothetae molitiones in Ioannem Caesarem, quem cogit expeditionem suscipere contra Urselium, a quo circumventus partim transfugio, partim fuga suorum vincitur et capitur una cum Andronico filio graviter saucio. filii duo Andronici dati obsides pro eo fugam tentant, qua unus tantum elabitur. alterius paedagogus in gravissimis supliciis fidem arcani servat. Constantini alterius Caesaris filii subita mors. Ioannes Caesar imperium ambit suadente Urselio. sed ne id occupet impeditur a Turcis a logotheta in auxilium Michaëlis vocatis, a quibus Caesar et Urselius capiuntur. Urselius pretio soluto liberatur. Caesar a Michaële redemptus fit metu monachus. Urselio iterum infestanti terras imperii Palaeologus oppositus vincitur. Alexius contra Urselium missus eum ad inopiam redigit, et ope Turcorum capit, eiusque excaecationem simulat. Amasenorum seditionem sedat. arces ab Urselianis occupatas recipit. Doceano incolumem Urselium ostendit. excipitur a Maurece. Turcos fugat. a naufragio liberatur ope deiparae. benevole excipitur ab imperatore. Urselium benigne tractat. Isaacius dux Antiochiae creatus artificio magno Aemilianum patriarcham Antiochia excludit, et ire Constantinopolim cogit. seditio Antiochenorum in Isaacium ab eo compressa, qui mox a Turcis praelio vincitur et capitur.

LIB. III. Andronicus Caesaris filius moribundus. Occidentales regiones a Slavis, Scythis, Chorobatis et Dioclensibus turbantur. Michaël Bryennium imperii collegam assumere cogitat. impeditur ne faciat a Drungario Constantino. Bryennius Slavos domat, Illyrios acie vincit, mare piratis purgat, fit exosus imperatori obtrectationibus inimicorum, irritatur eo cognito. Basilacius cum fratre Bryennii ab imperatore aversi turbas moliuntur. sicarius Bryennio submissus deprehenditur. Caesar filiam Andronici sui filii Alexio Comneno coniugem offert. ea res licet a multis disturbata, perducitur ad exitum. Bryennius diu reluctatus, tandem imperium usurpat. Patricii Bryennii eius filii audax facinus et felix. Ioannes Curopalata a Bryennio cum exercitu Constantinopolim missus, gratiam et studia civium perdit ob incendium suburbii. Constantinopolis oppugnatur defendente Alexio. Bryenniani obsidionem solvunt et Scythas primum victos sibi adiungunt. Botaniates rebellat, frustra obstante Melisseno. Turcorum in ipsum conductorum insidias vitat, et iis pecunia delinitis Nicaea potitur, ibique acclamatur imperator. Constantinopoli coniuratur in imperatorem. qui Alexii consiliis reiectis imperium abdicat, fit monachus, et metropolita Ephesi. Constantinus eius frater imperio recusato Botaniatae se subiicit. a quo et Alexius recipitur in amicitiam. Botaniates suadente Caesare Mariam Michaëlis viventis coniugem, ipse bigamus et uxorem habens ducit. logotheta ab Urselio proditus deditur Botaniatae, exilio mulctatur et occiditur.

LIB. IV. Botaniates aerarium exhaurit inconsulta prodigentia. legatio ad Bryennium artificiosa et inutilis. expeditio Alexii in Bryennium. anceps praelium in quo, Alexio defectum copiarum virtute ac consilio supplente, Bryennius vincitur et capitur. eius excaecatio. alia Alexii expeditio in Basilacem. qui castra Alexii noctu invadit, et postridie vincitur, fugit, obsidetur, vinctus deditur et excaecatur. Isaacii Comneni reditus Antiochia et gratia apud imperatorem. rebellio Melisseni Nicephori Turcorum auxiliis subnixi. Alexius expeditionem in eum sibi delatam recusat. Ioannes Eunuchus eius loco mittitur. Nicaeam oppugnat. recedere cogitur. periculum exercitus insequentibus Turcis. Georgii Palaeologi ea occasione praestans virtus. eius in Eunuchum beneficia insignia. huius vicissim in eum maleficia immanissima.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

* * * * * *

Ἐκ τῆς ἑῴας καὶ οὗτος ἀποστατεῖ κατ' αὐτοῦ καὶ ὑπερισχύσας P 1 V 1 τῆς βασιλείας ἐπιλαμβάνεται, τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ, καθὼς εἴρηται, στρατηγίας τῶν ἀνατολικῶν ἀμοιβὴν πονηρὰν τῷ ἐγχει- P 2 ρίσαντι ἀντιδούς, κιβδήλων τινῶν ἀνδρῶν καὶ τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν ἀγνοησάντων παντάπασι καὶ μηδὲ πίστιν ὀρθὴν συντηρεῖν μαθόντων, οἷς ταύτην ἐπώφειλον, εἰς ταὐτὸ συνελθόντων γνώμης καὶ συμπνευσάντων, καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἀλογίστως οὕτω τῷ ἐκείνων θελήματι παρακολουθήσαντος. ἀεὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποις B ἡ κακία μᾶλλον ἢ τὸ ἀγαθὸν πλεονεκτεῖν εἴωθε· φιλεῖ δὲ καὶ ἄλλως τὸ πλῆθος ταῖς τοιαύταις χαίρειν μεταβολαῖς. οὕτω τοίνυν ὁ Βοτανειάτης εἰς τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἀνάγεται, ἀνὴρ συνετὸς μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἱκανώτατος τῇ χειρί, γήρᾳ δὲ ἄλλως καὶ χρόνῳ κατειργασμένος, καὶ τὸ περὶ τὴν δεξιότητα πάλαι C καταλύσας φιλότιμον, καὶ μικροῦ πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ ἀφῃρημένος ἐνέργειαν, καὶ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ὕψος μὴ ἐπαρκῶν. τοῦτον

PRAEFATIO.

Ex Orientali limite et hic rebellat contra eum, satisque se confirmatum sentiens imperium usurpat: ingratam vicem Michaëli Augusto rependens praefecturae regionum et copiarum Orientalium, ipsi prius, ut dictum est, non vulgari amoris fiduciaeque pignore delatae. nimirum eo istum factio quaedam abripuit, coitione facta conspirantium pravorum quorumdam capitum: a quibus quae honesti quaeve officii vis sit ac ratio penitus ignaris, frustra exspectes, ut fidem quibus debent praestare ac repraesentare integram in animum unquam inducant suum. accommodavitque se haud aegre cupiditatibus istorum popularis levitas, more suo, ratione ac iure posthabitis, novitati temeritatique se indulgens; ut ingenia esse solent hominum ad scelus haud paulo quam ad fas aequumque proniora. sic Botaniates in imperium evehitur: alias ille quidem prudens habitus manuque promptissimus, tunc tamen velut ex primaevo igne nihil nisi cinis reliquus; ita ille vir acer, ille strenuus in hoc sene languido gelide res cunctas administrante quaerebatur, ut facile constaret has eius, qualescumque fuissent olim, tum certe clavo imperii torquendo nequaquam pares manus esse. quae tamen manus cum

V 2 τοίνυν τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων ἐπιλαβομένου καὶ προτετιμη-
μένου τοῦ φυσικῶς ἐπὶ ταύτην δικαιουμένου (ὁ τοῦ Δούκα Μι-
D χαὴλ οὗτος ἦν ἀδελφός, Κωνσταντῖνος Πορφυρογέννητος) ὁ δη-
λωθεὶς Κομνηνὸς Ἀλέξιος συνιδὼν τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον, ὡς
οὔτε ὁ τῆς βασιλείας δίκαιος κληρονόμος ἐπ' αὐτῇ δεδικαίωται,
P 3 οὔτε μνήμη τις γέγονε τοῦ δικαίου τῆς βασιλείας τοῦ προβεβασι-
λευκότος θείου αὐτοῦ τοῦ Ἰσαακίου Κομνηνοῦ, εἰς ὃν πάντων
συνέδραμον τὰ θελήματα καὶ ὃν πάντες ἑκόντες εἰς τοὺς τῆς
βασιλείας ἀνήγαγον ἄξονας καὶ τούτῳ κυριεύεσθαι εἵλοντο, ὥστε
τινὰ τῶν ἐξ ἐκείνου τὴν τοῦ γένους ἑλκόντων σειρὰν δικαιότερον εἰς
B τοῦτο λογίσασθαι, ἤσχαλλεν, ἐδυσφόρει, παρεζήλου τὸ δίκαιον
ὁρῶν ἀθετούμενον, καὶ οὐκέτι φέρειν εἶχε τὸ συμπεσόν. κἂν γὰρ
καὶ τὸ οἰκεῖον θέλημα συνιστῶντες οἱ τηνικαῦτα παραδυναστεύειν
λαχόντες τὴν μὲν ἀπώλειαν τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ὡς οὐδὲν
C ἐλογίζοντο, τὸ δὲ πρὸς τὴν αὐτῶν μόνην θεραπείαν ἐπελέγοντο, ἀλλ'
ἐκεῖνος τὴν καρδίαν νυττόμενος καὶ τὸ τῆς ψυχῆς δεικνὺς εὐγενὲς
οὐκ ἠνείχετο τοῖς οὕτω διαπραττομένοις ἐφησυχάζειν καὶ τὸν ἐπὶ
τῇ βασιλείᾳ δικαιούμενον καθορᾶν ἑτέρῳ μὴ δικαιουμένῳ ὑποτατ-
D τόμενον. ὅπως μὲν οὖν ὁ Κομνηνὸς τῷ ἀδελφῷ προσηνέχθη τῷ

11. ἤσχαλλεν] Ita P. pro ἤσχαλεν. 19. προσηνέχθη — οἰκείᾳ] P. προσηνέχθη τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα· καὶ αὐτοῦ δὴ τούτου τὸν υἱὸν τῇ οἰκείᾳ.

sceptra principatus arripuissent, sicque praelatus in imperii successione homo privatus alieni generis Ducae fratri Constantino Porphyrogenito fuisset, iuveni, qui consanguinitatis praerogativa naturale ius ad supremam potestatem velut ad familiarem haereditatem afferebat domo: concoquere talium inconvenientiam actorum Comnenus Alexius haud poterat, secum assidue reputans, quam iniquum indignumque esset deiici ex spe proxima designatos ab ipsa natura candidatos summi honoris, et non solum familiae regnantis tot capitibus diademati gestando idoneis numerosae nullam haberi rationem, sed ne mentionem quidem aut respectum esse ullum iuris ad imperandum genti Comnenae competentis ex eo tempore, quo Isaacius Augustus Comnenorum nunc viventium patruus adeptum suffragiis concordibus, nec minori approbatione cunctorum gestum principatum in Ducas ultro transmiserat. ex quo erat consequens, si casus aut tempus incideret, quo genti Ducarum regnum abrogaretur, aditum non dubium Comnenis aperiri caducae maiorum haereditatis repetendae vindicandaeque. his inquam susque deque habitis cum cerneret per fas aequumque spretum passim et abiectum, per iura et legitima omnia violata calcataque libere grassari, palamque exsultare licentiam paucorum improborum, qui temere ad propriam libidinem orbem rei publicae converterant; ringebatur videlicet ac discruciabatur animo. et quamquam qui rerum potiebantur astuti homines utcumque nihil pensi habebant rationes sibi, ac spes privatas detrimento, immo exitio publico conficere, non omittebant honesta tectoria foedis factis obtendere, et cum alios blando sermone delinire magnates, tum Comnenis, a quibus sibi

Δούκᾳ, καὶ τούτου ὑπὸ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει τε καὶ συνάρσει ἐγκα- P 4
θιδρῦσαι τῷ τῆς βασιλείας θρόνῳ ἐσπούδασε, θεὶς αὐτῷ τοῖς
ποσὶ καὶ τὰ φοινικοβαφῆ πέδιλα καὶ ἀπάγων τοῦτον εἰς τὰ βασί-
λεια, καὶ ὅπως τούτων ἐν ταῖς λεωφόροις διερχομένων στόμα ἓν
γεγονότες ὁ δῆμος μὴ θέλειν ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι τρανῶς ἐξε-
βόησαν, καὶ ὅπως καὶ ῥηθὲν παιδίον πρὸς τὸν θροῦν ἰλλιγγιᾶσαν B
καὶ τοῖς τοῦ δήμου λόγοις ἐκδειματωθὲν τὴν ψυχὴν ἐπέσχετο τῆς
τοιαύτης προθέσεως (κατεδυσώπει δὲ καὶ τὸν Κομνηνὸν αὐτῆς
ἀποσχέσθαι καὶ μὴ ἐπὶ πλέον τοῦτον παραβιάζεσθαι) — ταῦτα
καὶ ἐν στόμασι πάντων κεῖται, καὶ ὡμολόγηται παρὰ τοῖς εὖ φρο-
νοῦσι καὶ ὅσοι μὴ τοῦ τῆς λήθης πόματος ἐκπιόντες ἀμνήμονες C
τῶν γενομένων εἰσίν. ὁ δὲ καὶ αὖθις, ὁ Κομνηνός, δευτέραν
ὁδὸν δραμεῖν εἵλετο· καὶ λαβόμενος τοῦ παιδὸς εἰς τὸν Βοτανειά-
την ἄγων καὶ αὐτὸς παραγίνεται καὶ εἰς μνήμην τοῦτον ἄγει τοῦ
φυσικοῦ δικαίου, ὃ δὴ τῷ παιδίῳ τούτῳ κεκλήρωται, καὶ οἰκονο- D

2. *ἐσπούδασε*] V. *ἐσπούδαζε.* 4. *ταῖς*] V. *τοῖς.* 6. *καὶ ῥηθὲν παιδίον*] *ἀναρρηθὲν τὸ παιδίον?* 7. *ἐπέσχετο*] *ἀπέσχετο?* 12. *γενομένων*] V. *γινομένων.* 15. *τούτῳ*] V. *τοῦτο.*

praecipue timebant, fucum facere officiis verborum et simulatione obsequii enixe contendebant; haud tamen circumveniri se acer animus insidiosis sinebat artibus, pungebatque ille semper alte demissus in pectus nobile scrupulus, ac stimulis arcanis admonebat excitabatque fortem virum ne acquiescere tantae rerum confusioni sustineret; flagitiosum latrocinium, quo nihil minus quam imperium orbis terrarum legitimis extortum dominis, servis condonabatur, tacito velut quodam ignavae patientiae suffragio comprobare videretur. quam vero hunc ille animi sui sensum iam tunc non presserit abiecto metu aut dissimulaverit, sed potius prout illum innatae generositatis ingenua fiducia facere docebat, liberrime prae se tulerit: documento esse possunt, quae palam isto ipso articulo temporum ab eo acta sermonibus omnium feruntur, et in confesso apud prudentes sunt, nec nescire quisquam potest gesta in luce meridiana, nisi si quis lethaeum (quod aiunt) poculum hauserit. adiit scilicet tunc Alexius primo Constantinum Michaëlis imperatoris fratrem: deinde Augusti eiusdem filium quoque Constantinum et hunc vocatum adiit; utrique non consilium modo imperii sumendi, sed operam, opes, manum, periculumque propria ad tale coeptum perpetrandum offerens. at cum horum prior spes secutus alias abnueret; alterum certe parvulum rubris indutum calceis per celebres urbis vicos ducere ad palatium auspicaturum ibi regnum voluit, perfecissetque, nisi magno consensu concitata plebs passim alte reclamans nolle se hunc rebus praeesse principem, imbecillo adhuc puero metum maiorem obiecisset. ita ut vertigine quasi quadam attonitus oraret obtestareturque Comnenum, proposito absisteret, neve ulterius invitum se ac reluctantem per vim ad imperium raperet praecipitio peius sibi formidatum. haec coepta cum in hunc modum successu caruissent, non destitit Alexius alia via idem ad propositum grassari. puerum enim Botaniatae coram oblatum ipse praesens sic commendavit, ut liberrime refricaret memoriam iuris ad imperium, quo hic puer naturali nitebatur, utpote legitimus eius haeres. suasitque ut quod facere poterat, sine ullo detrimento dignita-

μικώτερον τῷ παρόντι χρήσασθαι αὐτῷ ὑποτίθεται, καὶ τὸν ἀδελ- V 3 φὸν τοῦ Δούκα ὡς ἀδελφὸν κυρίου αὐτοῦ καὶ βασιλέως εὐνοϊκώτερον ἀγκαλίσασθαι, καὶ βασιλείας μὲν ὄνομα περιθέσθαι τούτῳ, αὐτὸν δὲ τὸν Βοτανειάτην τὰ τῆς βασιλείας ἰθύνειν σκῆπτρα ἕως ἂν τοῖς ζῶσι συντάττοιτο, εἶτα τὸν τῆς βασιλείας κληρονόμον P 5 ἐπιτηδείως ἤδη ἔχοντα πρὸς τὴν ταύτης διακυβέρνησιν ἐγκαταστῆσαι αὐτῇ. ἀλλὰ καὶ τούτου δὴ τοῦ ἐγχειρήματος ἐκπεσὼν ἐκεῖνο τῆς τοιαύτης παρρησίας ἀπώνατο, τὸ ὕποπτος λογισθῆναι τῷ Βοτανειάτῃ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ ἄλλοις μέν, μάλιστα δὲ τοῖν δυοῖν ἐκείνου δούλοιν (Βορίλλιος οὗτος καὶ Γερμανός), ἀργυρωνήτοις ἀνδράσι καὶ ἀγεννέσι καὶ ἀσυνέτοις παντάπασι τοῦ καλοῦ, B οἳ καὶ σκοπὸν παρ' ἑαυτοῖς θέμενοι τὸν Κομνηνὸν ἀπολέσαι καὶ οὕτω συναπολέσαι καὶ τὸν Πορφυρογέννητον τὸν τοῦ Δούκα ἀδελφὸν τοῦ φρουροῦντος αὐτὸν ἀπογυμνωθέντα καὶ εὐχερῆ γενόμενον τοῖς ἐπιβουλεύουσι μὴ ὄντος τοῦ ἀντιληψομένου αὐτοῦ, πρόσταγμα καταπέμπουσιν ὑπερορίαν τοῦ Κομνηνοῦ διακελευόμενον. ἀλλὰ τοῦ τοιούτου προστάγματος εἰς χεῖρας περιελθόντος τῷ C Κομνηνῷ, αὐτὸς αὐτοπροσώπως τὰ περὶ τούτου τῷ βασιλεῖ ἀνήνεγκε. καὶ οὗτος ἅμα τὸ ὑπερβάλλον τῆς τοῦ ἀνδρὸς εὐγενείας τε καὶ φρονήσεως αἰδεσθείς, καὶ πολλῶν καὶ γενναίων αὐτοῦ ἔργων ἀπομνημονεύσας, καὶ πρὸς ταῦτα δυσωπηθείς, καὶ τῶν τῷ προστάγματι συνθεμένων καταμεμψάμενος, εἰς οὐδὲν τὰ τοῦ

10. *Βορίλλιος*] Idem homo infra passim *Βορίλας* appellatur.

tis suae indulgeret spei puerili paene adhuc infantis, successorem sibi eum destinando parandoque. suggessit etiam de fratre Ducae dignum videri sapientia et aequitate Botaniatae amplecti adolescentem, domini olim sui et imperatoris fratrem, peculiari benevolentia atque adeo participatione illum aliqua imperii aspergere, nomine saltem tenus, ea tamen lege ut rem ipsam et veram possessionem administrationemque principatus Botaniates quoad viveret in solidum teneret: successio Ducae filio tunc, ut spes erat, aetate idonea futuro sarta tecta servaretur. verum irritus hic quoque conatus exstitit, illud tantum ex ea loquendi agendique libertate reportante Comneno, ut suspectus cum ipsi Botaniatae, tum amicis ac familiaribus eius fieret, servis praecipue duobus, Borillo Germanoque, capitibus emptitiis planeque illiberalibus ac nullum honesti prorsus aut decori sensum habentibus aut rationem ducentibus viris. ergo his id iam tum pro scopo propositum: perdendum omnino Comnenum, quo deinde unico illo praesidio nudatus Porphyrogenitus Ducae frater facile de medio tolleretur. ab hoc decreto edictum scribunt imperatoris nomine, quo Alexius exulare iubebatur. cuius imperatorii mandati cum exemplum in manus Alexii venisset, solita ille fiducia imperatorem adit deque ea iniuria expostulat. quando Botaniates verecundia instinctus, tam nobilis, sapientis, atque fortis viri, tot iam rebus praeclare gestis inclyti, negavit a se profectum id edictum, falsariisque confictoribus

πράγματος περιέστησε· καὶ ἦν μὲν τότε τὰ τῆς ὑπερορίας ἀργά. ἀλλ' ὁ Βοτανειάτης καὶ αὖθις ὑπὸ τῶν δηλωθέντων αὐτοῦ δούλων περιαγόμενος, παντοίως τῇ τούτων παραθήξει καὶ συνωθήσει πολλάκις παραπλαγεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς διορύξαι διενοεῖτο τοῦ D Κομνηνοῦ. τοῦτο δὲ ἀνερυθριάστως οὕτως ἀγαγεῖν εἰς τέλος οὐκ ἔκρινεν, αὐτὸ τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἀλήθειαν εὐλαβούμενος· ἕτερον δὲ τρόπον κακοῖς ἐσκέπτετο τοῦτον περιβαλεῖν, καὶ ἀφορμὴν ἐζήτει εὐπρόσωπον κακοῖς τὸν ἀναίτιον παραπέμψαι καὶ ἐκ μέσου θέσθαι τῆς ἀληθείας τὸν ἔλεγχον. ἀμέλει καὶ ἡνίκα οἷα δή τις ὑπόθεσις παρεισέπιπτε μεγάλης δεομένη καὶ βουλῆς καὶ χειρὸς P 6 καὶ πόλεμον ἀπαιτοῦσα καὶ γενναίας ἔνδειξιν ψυχῆς καὶ ἀνδρίας καὶ κίνδυνον τῇ ἐγχειρήσει ταύτης ἐπικρεμάμενον, εὐθὺς τοῦ Κομνηνοῦ χρῆσις ἦν ὑπὲρ ἅπαντας, καὶ μόνος τῶν ἁπάντων ὁ Κομνηνὸς τοῖς οὕτω μεγάλοις καὶ κινδυνώδεσιν ἔργοις ἐπιστατήσων προβέβλητο, τοῦτο βουλομένου τοῦ σκέμματος ὥστε ἢ καταπειθῆ γεγονότα τὸν Κομνηνὸν τοῖς ἐπιτεταγμένοις αὐτῷ καὶ γεν- B ναίως καὶ ἀνδρικῶς, καθὼς ἦν ἔθος αὐτῷ, προσβαλόντα τινὶ τῶν τηλικούτων ἔργων καὶ κατὰ ξιφῶν χωρήσαντα μέσων καιρίως πληγῆναι καὶ παρὰ τῷ πολέμῳ πεσεῖν διὰ τὸ μηδὲ δυνάμεσιν ἀναλόγοις ἐφοδιάζεσθαι πρὸς τὸ κείμενον ἔργον, ἢ γοῦν μὴ πειθόμενον, μηδ' οὕτω ποιοῦντα, μηδὲ τοῖς τούτῳ κελευομένοις ὑπείκοντα δικαίως δῆθεν ἐγκληθῆναι καὶ νόμιμον τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν. ἤδη μὲν οὖν οἱ διαληφθέντες ὅ τε Βρυέννιος καὶ ὁ C Βασιλάκης, ἄνδρες τῶν εὖ γεγονότων καὶ ἐπισήμων, μὴ φέρον-

4. πολλάκις] P. delevit. 19. τῷ πολέμῳ] τῶν πολεμίων?

eius multa minatus est, sic illo tum periculo defunctum Alexium dimittens, nec tamen plane securum. cum enim servi non desisterent quotidie sollicitare urgereque Botaniatem, tandem is horum calumniis praestigiisque dementatus eruere oculos Comneno Alexio constituit. non putavit tamen id palam aggrediendum, publicam invidiam in tam manifesta iuris et aequi conculcatione veritus, praesertim cum alia suppeteret haud paulo plausibilior tutiorque ratio perdendi viri fortis per speciem honoris, praeficiendo eum bellis periculosis et difficilibus, nec ei copias idoneas conficiendis iis suppeditando: ex quo alterum erat consequens, aut succubiturum aliquando periculo letaleque vulnus quodam in proelio accepturum sibi non parcentem iuvenem: aut si procurationes demandatas vel suscipere recusaret vel acceptas exsequi negligeret, merito et citra publicam misericordiam velut legitimo supplicio subiiceretur. et erant commodum ad manum expeditionum haud facilium occasiones. qui enim rebus studere novis iam sub Michaële coeperant, Bryennius et Basilaces, nobiles et illustres viri, non ferentes eum, quem paulo ante rebellionis in communem dominum habuissent socium, praereptum

τες μηδὲ οὗτοι τὴν ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου τοῦ Βοτανειάτου
καθίδρυσιν, ἅτε καὶ τοῦτον σὺν ἑαυτοῖς ἀποστάτην κατὰ τοῦ
βασιλέως Μιχαὴλ ἐπιστάμενοι καὶ τοῖς αὐτοῖς συνυπεύθυνον, ἣν
ἔφθασαν ἄρασθαι πρώτως ἀποστασίαν κατὰ τοῦ Μιχαήλ, ταύ-
D την καὶ κατ' αὐτοῦ τετηρήκασιν ἐπὶ σχήματος καὶ μετὰ πλήθους
στρατιωτῶν καὶ οὐκ εὐκαταφρονήτου δυνάμεως αὐτῷ ἀντιπαρα-
τάττονται. καὶ εὐθὺς ὁ Κομνηνὸς ἐπὶ μνήμης τῷ βασιλεῖ κατὰ
τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἀνθοπλίτης καὶ ἀντιστράτηγος στέλλεται,
V 4 τὴν τοῦ μεγάλου δομεστίκου τηνικαῦτα διέπων ἀξίαν. καὶ ἀντι-
καθίσταται τούτοις, καὶ θαρραλεωτάτην μάχην συμβάλλει, καὶ
συρρήγνυται τούτοις οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις εἰς πό-
λεμον αὐτὴν προΐεται τὴν ψυχήν, καὶ τέλος τοὺς ἀντιπάλους
P 7 νικᾷ καὶ λαμπρὸν κατ' αὐτῶν τρόπαιον ἵστησι, καὶ δορυαλώτους
ἑλὼν εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἐπάγει καὶ τῷ βασιλεῖ παραδί-
δωσιν. οἴδασι πάντες ταῦτα, καὶ ἐν χείλεσι πάντων κεῖται τὰ
περὶ τούτων, καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις τῶν εὖ φρονούντων ἠγνόησε
B ταῦτα. ἐπεὶ δὲ τῷ Κομνηνῷ τούτων καὶ ἑτέρων πολλῶν καὶ
μεγάλων ἔργων καὶ ὄντως ἀνδρικῶν καὶ γενναίως τετελεσμένων
οὐδεμία τις ἦν ἀντιμισθία καὶ ἀμοιβὴ ἀλλ' ἢ μόνος ζῆλος οὐκ
ἀγαθὸς καὶ κατ' αὐτοῦ μελέτη καὶ συσκευή, ὅπως ἀποδοθείη
τούτῳ πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ὅπως αὐτὸς μὲν ἐκκοπείη τοὺς
ὀφθαλμοὺς καὶ ἀπόλοιτο, συνεκτριβείη δὲ τούτῳ καὶ ὁ Πορφυ-
C ρογέννητος, οὐκ ἔτι ἐν φορητῷ ταῦτα τίθεται, ἀλλὰ βλέπων ὡς
αὐτῷ μὲν εἰς κακὸν τὰ τοῦ πράγματος διήκει καὶ ὅτι τοῦ θείου

7. βασιλεῖ] **Fort. addendum** γενόμενος.

imperium exercere nunc in ipsos quoque velle, palam recusabant subdi Botaniatae gerereque pergebant res uti sub priori coeperant principe, propriis auspiciis, partesque suas pro se quisque copiis et opibus quam validissime firmabant. contra hos belli dux ab imperatore Alexius deligitur et mittitur tunc magni domestici dignitate ornatus. neque ille recusavit, aut contentioni in mandato exhauriendo, aut dimicationi discriminive pepercit ulli, quin non semel, sed saepius cruentissimis periculosissimisque de proeliis victor, tropaeis positis illos ipsos contra quos moverat duces bello captos, in urbem redux regiam, imperatori reddidit. haec in notitia et praedicatione versantur omnium, nec communis quisque sensus particeps res adeo celebres tam palam tanto splendore gestas ignorare potest. quoniam autem Comneno tot sudorum totque discriminum merces nulla erat admodum alia nisi livor non obscurus et saevae machinationes orbandi eum luminibus atque perdendi tum involvendi ruina eadem Porphyrogenitum: id enim vero non iam ferendum amplius secum constituit Alexius, sed reputans apud se, patruum suum Isaacium Comnenum, qui nuper iure quam optimo regnaverat, imperium ultro

αὐτοῦ τὴν ἑαυτοῦ κληρονομίαν αὐθαιρέτως εἰς ἕτερον παραπέμψαντος * * * *, ἐπειδήπερ οὐδεὶς τῶν κατὰ γένος προσηκόντων τῷ λαχόντι ταύτην προὐβέβλητο, ἕτερος δὲ ἀλλότριος εἰς τὴν ταύτην ἀντεισῆκται κληρονομίαν, ἅμα δὲ καὶ ἑαυτῷ τὸ ἀσφαλὲς D
περιποιούμενος ἵνα μή τι δεινῶν πάθῃ, ὁποῖα πολλὰ κατ' αὐτοῦ προβεβούλευτο, τῆς μεγαλοπόλεως ἀπάρας εἰς Ἀδριανούπολιν ἄπεισι, καὶ τὸ ἐκεῖσε στρατιωτικὸν ἄθροισμα εὑρὼν τῇ μὲν τοῦ Βοτανειάτου βασιλείᾳ ὡς τὰ πολλὰ ἀπεχθανόμενον αὐτῷ δὲ προστιθέμενον καὶ εἰς βασιλέα τοῦτον αἱρούμενον, ἅτε καὶ ὑπ' αὐτῷ στρατάρχῃ πολλὰς ἀνδραγαθίας διαπραξάμενον, καὶ ὁμοῦ καὶ P 8
ἄκοντα τοῦτον πρὸς ἀνάρρησιν βιαζόμενον, δέχεται τὴν τούτων βουλὴν καὶ ἀνακαλεῖται τὴν κληρονομίαν τοῦ θείου αὐτοῦ ἐφ' ᾗ δεδικαίωτο. καὶ δῆθεν μὲν εἰς ἑαυτὸν περιάγει τὰ σκῆπτρα, πλὴν οὐχ ὥστε τὸν Πορφυρογέννητον ἀποστερῆσαι τούτων ἱκανῆς ἤδη καὶ ἀξιόχρεω γενόμενον καταστάσεως. πῶς γάρ; ὃς καὶ πρότερον B
οὐκ ἀνῆκε πάντα κάλων κινῶν ὥστε τῷ ἀδελφοῦ θρόνῳ τοῦτον ἐγκαθιδρῦσαι. διὰ τοῦτο γὰρ εὐθὺς τὴν ἰδίαν θυγατέρα τῷ Πορφυρογεννήτῳ φέρων συνάπτει καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ καὶ συνοικονομεῖν τὰ τῆς βασιλείας ἐπευδοκεῖ, καὶ μὴν καὶ τῆς συνήθους εὐφημίας καὶ ἀναρρήσεως αὐτῷ κοινωνεῖ καὶ τῆς ἐν γράμ- C

1. *παραπέμψαντος*] Indicavi lacunam. 4. *ταύτην*] *τούτου?* an *τοιαύτην?* 5. *δεινῶν*] *δεινόν?* 16. *τοῦτον*] P. *τὸν Κωνσταντῖνον.* 20. *τῆς*] Ita P. pro *τοῖς.*

concessisse Constantino Ducae, quo defuncto, e filiis familiave eius imperare aliquem fas fuit, quod secus evenit. siquidem qui nunc insidebat imperiali solio commune habebat nihil cum gente Ducarum. quamobrem quis non videret vocari Comnenos ad successionem principatus. aliunde vero quod per iuris rationem legitime fieri poterat, propter periculum ab insidiis iniuriisque immanissimis necessario maturandum videbatur: alioqui enim praesens periculum ostendi, ne quae multa contra ipsum clandestinis saepe agitata consiliis norat, successum pernicie ipsius nanciscerentur. sic subducta cogitationum summa ex urbe se regia proripiens Adrianopolim contendit. ibi congregatam reperit magnam copiarum Romanarum partem infensos plerosque Botaniatae, perstudiosos vero sui, quod ipso ductore magnas se res gessisse meminerant. quare illum una voce Augustum acclamant et vel invitum cogunt haereditatem Isaacii patrui exclusione Ducarum in se caducam cernere. acquievit ille tandem, non tamen ut Porphyrogenito iam adultiori pueritia magis imperio maturo ius suum interceptum vellet. quomodo id enim suspicari de eo liceat, qui nullum non, quod aiunt, movisset funem ad efficiendum ut frater Michaëlis Constantinus in regio solio collocaretur: quo sic summa potestas in Ducarum familia maneret, Michaëlis filio nondum maturo gerendis rebus. sane quid de hoc puero cogitaverit Alexius luculenter ostendit, cum sibi natam statim ei filiam despondit, consortemque iam tunc illum principatus et declaravit, et adhibuit, delata ei rubra subscriptione litera-

μασιν ἐρυθρᾶς ὑποσημασίας, προμνηστευόμενος ἐντεῦθεν αὐτῷ τὰ σκῆπτρα καὶ σκοπῶν τέλεον καιροῦ καλοῦντος ἀναγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς βασιλείας θρόνον, ὁπηνίκα καὶ τὴν τοῦ πολλοῦ πλήθους δυνηθείη περὶ αὐτὸν ἀγαθὴν ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι καὶ τὴν προτέραν μῆνιν περιελεῖν. καὶ τάχ' ἂν εἰς ἔργον ἐκβέβηκε τὸ
D οἰκονομούμενον, εἰ μὴ βαρεῖα νόσος πρότερον τῷ Πορφυρογεννήτῳ εἰσφρήσασα, μὴ συγχωροῦσα τούτῳ τῆς τοιαύτης ἐπιβῆναι ἀρχῆς, μετ' οὐ πολὺ τῶν ἐνταῦθα προήρπασεν. ἀλλὰ καὶ ὁπηνίκα Κομνηνὸς Ἀλέξιος βασιλεὺς ἄρτι γεγονὼς ἐπέβαινε τῆς μεγαλοπό-
P 9 V 5 λεως, οὐδὲ τὸν Βοτανειάτην εὕρισκεν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα αὐτῷ ἀντιπίπτοντα καὶ ἀντιπαρατατττόμενον· ἀλλὰ καὶ οὗτος τῷ δικαίῳ ὑπεξιστάμενος ὅπερ ἐκ συγγενείας εἰς τὴν βασιλείαν τῷ Κομνηνῷ προσαρμόττον ἦν, ἀφιλονείκως τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεται, οὐχ ὅπλα αἴρειν ὑπὲρ αὐτῆς ἐθέλων καὶ ἀντιπολεμεῖν, ὅπου τὸ συνειδὸς ἀφ' ἑστίας εἶχεν αὐτὸν καταπολεμοῦν καὶ ἀμφοτέρωθεν πλῆττον, ἔκ τε τῆς περὶ τὴν βασιλείαν ἀλλοτριότητος ἑαυτοῦ καὶ τῆς τοῦ Κο-
B μνηνοῦ Ἀλεξίου περὶ ταύτην γνησιότητος. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κομνηνὸς καὶ οὐχ ἕτερον τρόπον τὴν βασίλειον ἀνακαλεῖται ἀρχήν, δικαίῳ τε δηλαδὴ τῆς πρὸς τὸ Κομνηνὸν γένος ἐξ αἵματος γνησιότητος καὶ τῆς πρὸς τὸ Δουκικὸν ἐξ ἀγχιστείας ἐγγύτητος. ἐκ Δουκῶν γὰρ ἁρμοσάμενος τοῦ βίου τὴν κοινωνὸν εἰς μίαν συμφωνίαν
C ἄμφω τὰ γένη συνῆψε καὶ εἰς ἓν φυτὸν συνεδένδρωσεν· ἅμα δὲ

19. *Κομνηνὸν*] *Κομνηνῶν? Κομνηνικόν?*

rum. quae res illi pignus haud dubium erat plenae atque integrae successionis imperii servatae ipsi, ubi aliquando adolevisset, et invidia popularis, quae gravissima in eius patrem exarserat, vel spatio ipso temporis, vel adhibitis artibus, et apte ad occasiones temperata tractatione refrixisset. perpetrassetque utique quod destinaverat, nisi gravis valetudo in Porphyrogenitum ingruens ineptum illum prius reddidisset multiplici et laborioso principatus negotio gerendo; postea etiam rebus humanis acerba morte praecerptum exemisset. quin etiam cum Alexius Comnenus imperii iam potens urbem regiam invasit, Botaniatem ipsum reclamantem recusantemve non reperit. itaque arma expedire, contra vimque vi repellere conatus non est: sed ius agnoscens, quo manifesto Comnenus ad imperandum nitebatur, obstinare pertinaciam non potuit, deterritus propriae conviciis conscientiae iampridem surdis flagellis everberantis eius animum alteque contestantis, et alienum esse Botaniatem a genere regio et in Alexium Comnenum haereditariam successionem Isaacii patrui recta serie descendere. per hunc modum legitimo ingressu, non rebellione aut vi, Alexius ad principatum venit duplici sibi iure debitum, quod et gente Comnena oriundus et affinitate iunctus familiae Ducarum esset. ducta enim ex Ducarum domo coniuge ambarum iura familiarum miscuit et genealogicarum duarum arborum ramos velut unum in truncum in sese collegit et devinxit: quae res non exiguo ei adiumento ad

ἐπὶ τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον αἰδεσιμώτερον, ὥς φασι. διὰ τοῦτο
καὶ πάντες τήν τε Κομνηνικὴν ἀρχαιογονίαν καὶ Δουκικὴν αἰδού-
μενοι καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν μᾶλλον ἑτέρου τινὸς δι-
καιούμενον, τὸν Κομνηνὸν δηλονότι Ἀλέξιον, ἀσμένως ὑπ' ἐκεί-
νου βασιλεύεσθαι εἵλοντο. εἰ γάρ τις ἀνάρρουν ὥσπερ ἀναδρα- D
μεῖν βούλοιτο, εὑρήσει τὸ τῶν Δουκῶν γένος ὥσπερ ἐκ πρώτης
ἀναβλύσαν τῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φυλῆς, καθότι καὶ ὁ
πρῶτος Δούκας ἐκεῖνος, εἷς ὢν τῶν μετὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταν-
τίνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀπαναστάντων καὶ πρὸς τὴν νεω-
τέραν μετοικησάντων, καθ' αἷμα τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ καὶ
γνησιώτατα προσῳκείωτο. ἐκείνου τε γὰρ ἐξάδελφος ἦν καὶ τὴν
τοῦ δουκὸς Κωνσταντινουπόλεως ἀξίαν παρ' αὐτοῦ ἐγκεχείριστο. P 10
κἀντεῦθεν καὶ πάντες ἐξ αὐτοῦ κατωνομάσθησαν οἱ Δουκώνυμοι.
οὕτως οὖν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τὴν βασιλείαν ἀνακαλεσάμενος καὶ
ὑπ' αὐτῆς τιμηθείς, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ταύτην τιμήσας, οἷς ἄρα B
πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἔργοις εἰργάσατο τροπαίων πληρώσας ἑῴαν
λῆξιν καὶ ἑσπερίαν, καθὼς αὐτὰ δηλοῦσι τὰ πράγματα, πρὸς
αὐτῇ τῆς ζωῆς ἐκδημίᾳ παραπέμπει τὰ σκῆπτρα πρὸς τὸν οἰκεῖον
Ἰωάννην, ὡς ἐξ ἀμφοῖν δικαίοιν πρὸς τὸ κρατεῖν προτιμώμενον,
ὁπότε τῆς Κομνηνικῆς φύλης δηλονότι οὕτω πρὸς τὴν βασιλείαν
κληρωθείσης ὡς προδιείληπται, καὶ ἀπὸ τοῦ Δουκικοῦ βασιλείου C

1. ἐπὶ] Fort. delendum; nisi altius hic vitium latet. 7. φυλῆς] Bekker φύτλης. 9. ἀπαναστάντων] V. ἐπαναστάντων. 20. ὁπότε] ἀπό τε? ibid. φύλης] φυλῆς? an φύτλης? Cfr. v. 7.

adeptionem imperii fuit. antiquissimae siquidem nobilitatis auctoritatem venerabilem apud omnes quamdam obtinebat Ducarum nomen, quae vetustae claritati Comnenae gentis superveniens magnum utique momentum fuit ad inclinandum versus Alexium fortunae supremae ac favoris publici pendulam lancem. si quis enim replicare annales et sursum niti versus origines rerum curet, sic reperiet, Ducarum gentem e Constantini magni domo propagatam. auctor siquidem huius nominis, qui socium se Constantino magno adiunxit e Roma vetere in novam migranti proxima illi consanguinitate admotus fuisse dicitur, utpote patruelis eius, cuius praeter ceteram virtutem commendatione necessitudinis, dignitas ducis Constantinopoleos illi collata est: ex qua in totam familiam Ducarum appellatio hunc usque in diem est propagata. sic imperator Alexius avitum honorem recuperavit, auctus ipse quidem in maius decus adeptione principatus, nihilo autem minus decoris et ornamenti principatum in ipsum refundens multis illis magnisque facinoribus, per quae Orientalem Occiduumque limites tropaeis implevit, ut res ipsae declarant. deinde sub ipsam e vita migrationem sceptra transmittit ad Ioannem duplici ad imperandum iure nixum, utpote qui ortu Comnenus esset, quam ad familiam, ut dictum est, imperium pertinebat, et partem generis trahe-

ῥιζώματος, οὗ καὶ ἡ τούτου μήτηρ ἐξέφυ καρπὸς εὐγενής. καὶ
τίς γὰρ μετὰ τὸν Πορφυρογέννητον ἕτερος τὸν βίον ἀπολιπόντα
εἰς τὸ ἄρχειν μάλιστα δεδικαίωτο; εὔδηλον τοίνυν ὡς ὁ ἐν βασι-
λεῦσιν ἐκεῖνος ἀοίδιμος Ἀλέξιος τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων ἐγ-
D κρατὴς γενόμενος οὐ μόνον οὐκ αἰτιάσεως ἄξιος ἀλλ' ἤδη καὶ
ἐγκωμίων τοῖς εὖ φρονοῦσι κριθήσεται καὶ ὑπόδειγμα καὶ ἀρχέ-
τυπον ἀγαθὸν τοῖς ἐφεξῆς προτεθήσεται, ὡς ἂν καὶ ἕτεροι τοὺς
φυσικοὺς αὐτῶν κυρίους παρευδοκιμουμένους ὁρῶντες καὶ τὸ
προσαρμόσαν αὐτοῖς ἀνέκαθεν δίκαιον ἀφαιρουμένους παραζηλώ-
P 11 σωσιν ἐπὶ τοῖς τὰ ἄδικα πεπονθόσι, καὶ πᾶσαν μὲν εἰσφέρωσι
σπουδὴν ἐπὶ τὴν τούτων ἐκδίκησιν καὶ εἰς τὸ ἀποκαθιστᾶν αὐτοῖς
τὴν αὐτῶν κληρονομίαν εἰς ἀφ' ὧν ἐκπεπτώκασιν, εἰ δὲ τῶν
πραγμάτων ἴσως ἀντιπιπτόντων τοῦτο μὴ δύναιντο, τὸν γοῦν τὴν
βίαν τούτοις ἐπενεγκόντα ἀντιβιάζωνται, καὶ τὸν ἐκδιώξαντα
V 6 B τούτους τῆς οἰκείας κληρονομίας ταύτης ἀποδιώκωσι, μὴ συγχω-
ροῦντες αὐτῷ τῆς οἰκείας κακοτροπίας ἀπόνασθαι, ὡς καὶ ἑτέ-
ρους ἀδικεῖν ἐγχειροῦντας τὸ μὴ ἀπολαῦσαι ὧν ἑτέρους ἀποστε-
ρήσουσιν. οἱ γὰρ μὴ οὕτως τηνικαῦτα φρονήσαντες μηδὲ τῷ
Κομνηνῷ, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν τῷ Δούκᾳ, περὶ τὴν τῆς κληρονο-
C μίας αὐτῶν ἀποκατάστασιν συναράμενοι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὁπωσ-
οῦν τούτοις ἀντιπεσόντες καὶ μὴ ῥίψαντες τὰ ὅπλα καὶ τὸν φύ-

15. ἀποδιώκωσι] ἀνταποδιώκωσι?

ret e Ducarum domo regia, et ipsa, cuius e stirpe mater eius nobilissimus effloruerat surculus. quis enim sane post Constantinum Porphyrogenitum vita defunctum potiori quam Ioannes ad imperandum iure videri praeditus posset? manifestum est igitur celeberrimum illum inter imperatores Alexium imperio sibi vindicando non modo nihil iniquum aut reprehendendum admisisse: verum etiam si quis recte ac prudenter pretium actionibus ponat, eo ipso nomine videri debere laude dignum praecipua, et exemplum praebuisse imitabile posteris ad usum et commune commodum rerum humanarum: imitatus in hoc et ipse praestantes ex priori memoria viros, qui simili vice temporum cernentes naturales suos dominos populari levitate et seditiosorum rebellantium contumacia perculsos excidisse avita possessione principatus, sese vindices generose ac fortiter tulerunt iniuriarum illatarum ipsis, conatumque omnem adhibuerunt ad ulciscendos eorum hostes, et ipsos in haereditatem maiorum, unde fuerant eiecti, restituendos. quodsi negotiis obstantibus id minus possent, vi certe mutua violentia usis inferenda perturbatores aliorum quietos esse non sinerent, nec committerent, ut per ipsorum socordiam incubatores alieni patrimonii tranquillo amplexu praedae suae longe alium quam quo digni erant sceleris sui fructum capere. nec vero illa capessenti Comneno pro sua Ducarumque familia tot se viri tum praestantes consensu tanto aggregassent, nisi eo modo, quem exposuimus, ipsius essent mentem ac destinationem interpretati. alioquin obstituri ei potius, utpote rebelli et in eum, qui natura sibi esset dominus, arma impia sumenti, pro

σει δεσπότην αὐτῶν προσκυνήσαντες, ὑπὲρ οὗ μᾶλλον αἱρεῖν
ὅπλα τούτοις ἐχρῆν, ποίαν οὐκ ἂν τιμωρίαν ὑποσχεῖν ἦσαν δί-
καιοι, ἢ μὴ μόνον μέχρι χρημάτων καὶ πραγμάτων ἀπαρχῆς καὶ
πάσης ἄλλης ζημίας, ἀλλ' αὐτοῦ θανάτου, καὶ τούτου πικροῦ D
καὶ ὀδυνηροῦ; καὶ ἄλλως γὰρ πῶς ἔμελλε τούτους ὁ θεὸς ἀνωτέ-
ρους διατηρῆσαι κακώσεως, καὶ μὴ ἀντιμετρῆσαι τούτοις οἷς
ἀντεμέτρησαν μέτροις; ὡς γὰρ καὶ τοῦ δικαίου τῆς φύσεως ἐκλα-
θόμενοι καὶ ἀσπλαγχνίᾳ τῷ φυσικῷ αὐτῶν κυρίῳ χρησάμενοι,
δικαίως ἂν ἔτυχον καὶ οὗτοι θεόθεν ἀσπλαγχνίας, ἀποτόμως
ποινηλατούμενοι, ὅτι καὶ θεῷ αὐτῷ προσκεκρουκότες ἑάλωσαν. P 12
ὅτι δὲ καὶ μετὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς καὶ θεοῦ ἐπινεύσει ταῦτα
τετέλεσται, ἡ περὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν κατάστασις ἀριδηλό-
τερον παριστᾷ, ἐξ ἐκείνου λαβόντων τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἐπίδοσιν,
καὶ μέχρι καὶ νῦν καθ' ἑκάστην ἐπιδιδόντων, καὶ πρὸς ἕω καὶ πρὸς
δυσμὰς εὐτυχῶς χωρούντων εὐδοκίᾳ θεοῦ καὶ χάριτι, ὡς ἐκ τῶν B
δεξιῶν ἀποτελεσμάτων παραδηλοῦσθαι καὶ τὴν ἀρχὴν δεξιάν.
ἆθλον δὴ τοῦτο μέγιστον ἁπάντων, ὧν ἴσμεν, προτέθεικας ἡμῖν,
ὦ σοφωτάτη μοι φρὴν καὶ διάνοια, τὰς Ἀλεξίου τοῦ μεγάλου
πράξεις συναγαγεῖν ἐπιτάξασα, ὃς ἐν καιροῖς δυσκόλοις τὰς τῶν

3. ἢ] Fort. delendum aut in καὶ mutandum. 7. ἀντεμέτρησαν] αὐτοὶ ἐμέτρησαν? cfr. Evang. Matth. 7, 2. 8. ἀσπλαγχνίᾳ] ἀσπλάγχνως? 11. ἐπινεύσει] Interpres *instinctu*. fortasse igitur legerat in Cod. ἐπιπνεύσει. 13. λαβόντων] Fort. addendum τῶν πραγμάτων. 19. ἐν] V. ὧν.

quo pugnare ipsum, eique accidere supplicem, atque omnibus eumdem officiis prosequi ius fasque fuerat, nisi gravissimis se legum omnium obligare suppliciis mallet, non modo mulctas publicationesque bonorum, sed honorum etiam ac vitae per cruciatus maximos ablationem in tales decernentium. neque porro pro modo suae providentiae distulisset deus, iustas vices sceleratis ausis repraesentato infortunio rependere, nedum ut servare ipsos a tot periculis perque mille infestos casus ad victoriam perducere incolumes, uti fecit, voluisset. qui profecto est solitus naturalis transgressores iuris, in naturales dominos crudelitate impia grassantes, immisericorditer ulcisci atrocibusque mactare suppliciis ac perdere; quippe quos in sese peccare ipsum reputat, quae nefarie in principes attentant. sed nec sine dei numine quodamque instinctu peculiari haec esse perfecta manifestius demonstrat Romani status imperii, proficere in melius hinc orsi, neque hactenus interpellatus adhuc est istius prosperitatis cursus. quis enim non cum laetitia et gratulatione cernit rem Romanam, et in Orientalibus, et in Occiduis regionibus, meliorem in dies ac florentiorem fieri, rebus utique, dei singulari beneficio ad votum fluentibus. quae successuum felicitas insignis, quid aliud quaeso, quam inculpatissimam et caeli favore dignam coeptorum innocentiam manifestat? spissum hoc nobis et contentionis supra omnia, quae novimus maximae opus iniunxisti, o sapientissima mihi mens et intelligentia, colligere atque in unum historiae corpus digerere me iubens acta magni Alexii, qui difficillimis temporibus, habenis imperii sumptis in manus, sic eas guberna-

C Ῥωμαίων ἡγεμονίας παραλαβὼν, ὁπηνίκα τὰ τῶν Ῥωμαίων ἀπηύ-
δησε πράγματα εἰς γῆν καταπεπτωκότα καὶ κινδυνεύοντα διαρρυῆ-
ναι, τέλεον ἀνέστησέ τε καὶ εἰς κλέος ἀνήγαγε μέγιστον. νουνεχείᾳ
γὰρ τὴν ἀνδρίαν συνάψας τῇ συνεχείᾳ τῶν πράξεων οὐκ ἔστιν εἰ-
D πεῖν ὁπόσα ἔστησε τρόπαια τῶν Ῥωμαίων, ὡς εἶναι τὰ πράγμα-
τα ****, τὰ μὲν ἐξεδίωξε, τὰ δὲ ἐδουλώσατο, τὰ δὲ ὑπό-
σπονδα Ῥωμαίοις πεποίηκε. τούτου τοίνυν τὰς πράξεις συναγα-
γεῖν ἐργῶδες ἂν εἴη καὶ τὴν ἡμετέραν δύναμιν ὑπερβαῖνον, καὶ
παρῃτησάμην ἂν τοὖργον, εἰ μή με βίη Ἡρακλείη πρὸς αὐτὸ ἐβιά-
P 13 ζετο, μεγίστων ἀγαθῶν βραχύν τινα πόνον ἀνταλλάξασθαι πείθου-
σα. τί γὰρ ἂν ἄλλο καὶ ἀνταποδοίην αὐτῷ ἐπάξιον πάντων ὧν
ἀνταπέδωκέ μοι, εἰ τὰς πράξεις ἐκείνου σιγῇ παρέλθοιμι ὥστε
λήθης ἀμαυρωθῆναι βυθῷ; εἰ δὲ μὴ πασῶν ἐφικέσθαι δυνηθείη
ὁ λόγος, ἐπισυριττέτω τούτῳ μηδείς. οὔτε γὰρ ἱστορίαν συγγρά-
B φειν προῄρημαι οὔτε πλέκειν ἐκείνῳ ἐγκώμιον· μόλις γὰρ ἂν
πρὸς ταῦτα ἥ τε Θουκυδίδου δεινότης καὶ τὸ Δημοσθένους ἐξήρ-
κεσε μεγαλόφωνον. ἀλλ' ἀφορμήν τινα παρασχεῖν βουλόμενος
τοῖς τὰ ἐκείνου συγγράφειν ἐθέλουσι πρὸς ταυτηνὶ τὴν γραφὴν

5. ὧς — πράγματα] P. ὧν ἀναρίθμητα τάγματα. indicavi lacunam. 8. εἴη] Ita P. pro εἶναι. 12. ἀνταπέδωκε] Nonne ἔδωκε? cfr. p. 15, 7. 15. προῄρημαι] V. προείρημαι. ibid. μόλις] Ita P. pro μάλιστα.

vit, ut cum nihil exspectaretur, nisi ruina Romanae rei proximum in exitii periculum adductae, eam non solum restituerit in integrum, sed in decus etiam maximum evexerit. continenti siquidem actione vitae integrae intexta fortitudini prudentia, non facile numeratu est, quot passim tropaea erexerit de hostibus Romani nominis, quorum innumerabiles exercitus partim fudit fugavitque, partim servituti captos mancipavit, partim foederatos Romanae militiae adiunxit. talis viri res gestas opere uno complecti laboriosum arduumque fuerit meaque facultate utique superius. recusassem itaque negotium, nisi ad id subeundum onus Herculea me vis quaedam adegisset; persuasione ineluctabili exorans a me exiguam, ut vicem tot ipsi ac tantorum bonorum redderem, brevi hoc ad eius voluntatem exantlando labore. quid enim sane aliud retribuam ipsi pro omnibus quae retribuit mihi, si res eius gestas silentio praeteream, committamque cessatione ac negligentia mea, ut illae oblivionis profundo mersae in tenebris delitescant. quodsi exhaurire omnia dicendo copiamque orationis atque ornatum cum dignitate argumenti exaequare nequiverim, ne hoc scriptum propterea meum exsibilandum explodendumque quispiam putet. non enim historiam me sum scribere professus, neque laudationem eius in panegyri suscepi perorandam: ad quae vix gravis subtilisque Thucydidis copia, vix Demosthenis grande illud et ornatu ac magnificentia exaggeratum sufficiat genus. verum id tantum mihi proposui, ut iis, qui facultate atque ingenio parati ad pulcherrimae huius elucubrationem historiae accedere voluerint, breviaria ego quaedam ad indicium et memoriae

ἐξώρμησα. ταύτῃ τοι καὶ ὕλη ἱστορίας ὄνομα ἔστω τῷ λόγῳ. ἀρκτέον οὖν ἡμῖν ἐντεῦθεν.

subsidium his commentariis suggeram, quos propterea materiam historiae appellari volo: sed iam tempus est qualiscumque operis initium hinc ducere.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

1. Μανουὴλ ἐκεῖνον τοῦ πάνυ, ὃς ἐς Κομνηνοὺς ἀναφέρων P 16 τὸ γένος τῶν μεταξὺ συμβάσεων καὶ σπονδῶν τοῦ τε τηνικαῦτα τὰ V 8 Ῥωμαίων σκῆπτρα ἰθύνοντος Βασιλείου καὶ Βάρδα ἐκείνου τοῦ Σκληροῦ, τοῦ ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσι τυραννήσαντος καὶ τὴν ἑῴαν μικροῦ δεῖν ἅπασαν καταστρέψαντος, ἀποδέδεικτο πρέσβυς, τὰ διερρωγότα μέλη τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας συνάψαι πειραθεὶς πρὸς ὁλότητα καὶ μέντοι ἔτι καὶ συνάψας ἐπιστημόνως λίαν καὶ νεανικῶς· Μανουὴλ οὖν τούτῳ γίνονται παῖδες δύο, ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος Ἰσαάκιος, ὁ δὲ νεώτερος Ἰωάννης ἐκέκλητο. κομιδῇ δὲ οὗτοι B νέοι ὄντες ἀμφοῖν, ἐπειδὴ ὁ πατὴρ ἠσθένει καὶ τὴν τοῦ βίου ὑπώπτευε τελευτήν, ἐβουλεύσατο ἄμφω τὼ παῖδε τῷ βασιλεῖ παραθέσθαι. ἐστέρηντο γὰρ καὶ μητρὸς τῆς συγκλήρου τούτου τῷ βίῳ πάλαι θανούσης. τοῦτο δὲ βουλευσάμενος ἄριστα ἐς πέρας τὸ

10. τούτῳ] Fort. τούτου. 11. οὗτοι νέοι ὄντες] P. ἔτι νέοιν ὄντοιν. Lenius corrigas τούτοιν νέοιν ὄντοιν.

LIBER I.

1. Manuēlis illius viri late inclyti e Comnenorum antiqua gente, qui Basilio imperante utilis sequester pacis inter Augustum et Bardam Sclerum illum formidabilem annorum multorum tyrannum, Orientis paene totius vastatorem perversoremque, fuerat, quique prudentia senili cum iuvenili fortitudine iungenda tantum in commune commodum ista legatione ac tractatione profecerat, ut non irrito conatu discerpta membra Romani imperii reiungenda coaptandaque iterum non frustra suscepisse videretur: huius inquam Comneni Manuēlis filii duo fuere, quorum maiori natu nomen Isaacio fuit, iunior Ioannes vocabatur. quos aetatis adhuc infimae pater cernens, quando illum gravis valetudo admonere mortis instantis videbatur, consilium cepit utriusque imperatori commendandi; neque enim saltem illis matrem relinquebat moriens, quae illos curaret, dudum antea mortuam. et rem prudenter deliberatam feliciter exsecutus est. cum enim pueros tutelae ac pa-

βουλευθὲν ἐξήνεγκε, καὶ μέντοι καὶ παρατίθεται τούτους τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ ἐπιεικής τε ὢν καὶ τιμᾶν εἰδὼς τὴν εὐγένειαν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσης ἠξίωσε προμηθείας τοὺς παῖδας. παιδαγωγοὺς γὰρ αὐτοῖς ἐπιστήσας καὶ παιδοτρίβας τοῖς μὲν ῥυθμίζειν τὸ ἦθος τῶν νέων ἐπέταττε, τοῖς δὲ τὰ πολεμικὰ ἐκδιδάσκειν, ὁπλίζεσθαί τε
P 17 εὐφυῶς καὶ τῷ θυρεῷ σκέπεσθαι πρὸς τὰς τῶν ἐναντίων βολάς, καὶ ἔγχος κραδαίνειν καὶ ἱππάζεσθαι δεξιῶς καὶ βέλος ἀφιέναι κατὰ σκοποῦ, καὶ ἵνα τὸ καιριώτατον εἴποιμι, τὰ τακτικὰ μελετᾶν, ἵνα ἔχοιεν εἰδέναι ὅπως τε χρὴ φάλαγγα τάττειν καὶ καταλέγειν λόχους, στρατοπεδεύειν τε ἐπικαίρως καὶ χάρακα πήγνυσθαι καὶ τἆλλα ὅσα δὴ τὰ τακτικὰ ἐκδιδάσκουσι. διατριβὴ δὲ τούτοις ἡ μονὴ τοῦ Στουδίου ἀφώριστο δυοῖν ἕνεκα, τὸ μὲν ἵνα καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπαλείφοιντο τῇ μιμήσει τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν, τὸ δ᾽ ἵνα
B ἔχοιεν εὐχερῶς ἐξιέναι τῆς πόλεως πρὸς θήραν τε ἀπιέναι καὶ τοῖς ὅπλοις γυμνάζεσθαι.

2. Ἐπεὶ δὲ διηλλαξάτην ἄμφω τὴν ἥβην, εὐθὺς ταῖς βασιλικαῖς ἑταιρίαις συγκατελεγήτην· ἔθος γὰρ τοῦτο βασιλεῦσι Ῥωμαίων τοὺς τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν παῖδας καὶ τῶν εὖ γεγονότων τῇ σφῶν αὐτῶν ὑπηρεσίᾳ συγκαταλέγειν. οὔπω συχνὸς παρεῤῥύη καιρός, καὶ αἱ μέγισται τῶν τιμῶν εἶχον αὐτούς, ἐπαρχίαι τε καὶ

trocinio peculiari Basilii commendasset, non facile dictu est, quam benevolo prolixoque animo clemens ille ac sapiens princeps nobilitatem pro eo ac par erat honorare solitus, pupillorum curam educationemque sit amplexus. paedagogos eis statim, et moderatores imposuit optimos, qui et mores adolescentulorum ad decus omne formarent: corporaque tenera pro aetatis captu ad militarium iam tum artium meditationem fingerent. armari eos expedite docentes, galeamque apte induere adversus infestas iaculationes hostium, telum vibrare, equitare perite, collimare iaculo in scopum: et ut praecipuam disciplinae bellicae partem commemorem rationem instruendarum acierum sic habere in promptu, ut quovis loco ac tempore quemvis numerum, qua figura expediret ordinare extemplo possent, callerentque ad unguem quis insidiarum collocandarum modus, quid spectandum in loci delectu ad castrametationem opportuni, castrorum ipsorum quae forma quaeve descriptio sit optima, ceteraque istiusmodi ad scientiam ducendorum exercituum pertinentia. diversorium illis assignatum est in monasterio Studii duabus de causis. primum ut ad virtutem exemplis virorum praestantium informarentur, deinde ut facilem haberent exitum ex urbe, quoties vel venationis vel exercitationis ergo prodire ipsos oporteret.

2. Ubi vero pubertatem ambo attigerunt, statim societatibus Palatinorum adscripti sunt. mos enim hic fuit Romanis imperatoribus, ut virorum praestantium et nobilissimorum quorumque filios honoris causa familiaribus sui ipsorum ministeriis allectos adhiberent. hinc iam brevi tempore maximi certatim honores ultro his deferebantur, provinciarum videlicet administrationes copiarumque bellicarum atque adeo integrorum exercituum praefectu-

φαλαγγαρχίαι καὶ στρατηγίαι. ἐπεὶ δὲ γάμων ἔδει λαμπρῶν τοῖς
οὕτω τὸ γένος περιφανέσι, καὶ τούτων τυγχάνουσι. συζεύγνυται
γὰρ ὁ μὲν Ἰσαάκιος τῇ πρεσβυτέρᾳ τῶν βασιλέως Βουλγάρων Σα- C
μουὴλ θυγατέρων, Αἰκατερίνα ὄνομα, ὁ δὲ Ἰωάννης τῇ τοῦ Χά-
ρωνος Ἀλεξίου, ᾧ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐκ βασιλέως ἐγκεχείριστο V 9
πράγματα, ἀνδρὸς φρενήρους καὶ νουνεχοῦς καὶ τὴν χεῖρα γεν-
ναίου καὶ τὴν ψυχὴν θαρσαλέου, ᾧ καὶ τὸ ἐπώνυμον ἐκ τῆς ἀν-
δρίας κεκλήρωτο· τόν τινα γὰρ τῶν ἐναντίων βαλὼν ἐπεὶ νεκρὸν
ἀποδέδειχε, Χάρων ἐντεῦθεν ἐπωνομάσθη. τούτου τὴν θυγα-
τέρα γήμας ὁ Ἰωάννης Ἄνναν εἰς Δαλασηνοὺς τὸ γένος μητρόθεν
ἀνέλκουσαν τοὺς Ἀδριανοὺς ἐκείνους καὶ τοὺς Θεοφυλάκτους, παί-
δων ἀρίστων ἀπεφάνθη πατήρ. ἐκ δὴ τούτων πέντε μὲν ἄρρε- D
νες, Μανουήλ, Ἰσαάκιος, Ἀλέξιος, Ἀδριανός, Νικηφόρος, τρεῖς
δὲ θήλειαι, Μαρία, Εὐδοκία καὶ Θεοδώρα, αἳ καὶ μέχρι τέλους
αὐτοῦ διεσώθησαν· ἐπὶ τούτοις γὰρ τὸν βίον κατέλυσεν. ἀλλὰ
ταῦτα μὲν ὕστερον. νυνὶ δὲ τῆς ἀκολουθίας ὁ λόγος ἐχέσθω.

3. Προϊόντε γοῦν ἐκ δόξης εἰς δόξαν ἄμφω τὼ ἀδελφὼ
τὴν ὁμόνοιαν μέχρι τέλους ἐτηρησάτην, τοῦ νεωτέρου τῷ πρεσβυ-
τέρῳ ἐν ἅπασι καθυπείκοντος κἀκείνου τῷ νέῳ τὴν προσήκουσαν
τιμὴν ἀπονέμοντος. ὡς δὲ καὶ εἰς τὴν βασίλειον περιωπὴν ἀνή- P 18
χθη Ἰσαάκιος, κουροπαλάτην τὸν ἀδελφὸν τιμήσας ἄρχοντα τῶν

8. τόν τινα] P. οἷόν τινα. fort. τῶν τινα γὰρ ἐναντίων.
15. αὐτοῦ] Cod. αὐτῶν. correxit P.

rae. quoniam vero coniuges adultis iuvenibus quaerendae erant, quae natalium ipsorum illustri nobilitati pari generis claritudine responderent, nupsit Isaacio quidem maxima natu filiarum Samuelis regis Bulgarorum, cui nomen Aecatharinae fuit. Ioanni vero filia Charonis Alexii, cui ab imperatore res Italicae commendatae fuerant, viri consilio iudicioque praestantis, nec minus manu prompti animique ingentis ad quidvis arduum aggrediendum. cui et a fortitudinis specimine nomen obtigit. quoniam enim saepe observatum erat quemcumque is percussisset hostium statim mortuum cadere, Charon is inde cognominatus est. huius Anna filia Ioannes ducta maternum genus a Dalassenis ducente, atque ab Hadrianis et Theophylactis illis inclytis, filiorum ab ea optimorum felix pater est factus, ex quibus quinque mares, Manuël, Isaacius, Alexius, Adrianus, Nicephorus: tres vero feminae, Maria, Eudocia, et Theodora, quae et usque ad eius obitum superfuere, adfueruntque omnes patri morienti. sed haec postea: nunc quae sequuntur ordine reddenda.

3. Proficientes per hunc modum fratres duo et per honorum gradus ad summum continue nitentes concordiam inter se usque ad finem miram tenuerunt, iuniore maiori natu in omnibus obtemperante, illoque vicissim germano suo minori quem oportebat honorem tribuente. ut vero in principale fastigium evectus Isaacius est, curopalatae dignitate ornatum fratrem, du-

τῆς δύσεως στρατευμάτων ἀποδέδειχεν, ὃν πάλαι δομέστικον τῶν σχολῶν ἐκάλουν, νυνὶ δὲ μέγαν καλοῦσι δομέστικον. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἰσαάκιον ὅπως τῶν βασιλείων ἐπελάβετο σκήπτρων καὶ ἐφ᾽ ὅσον καὶ ὅπως ταῦτα διίθυνε, περιττὸν ἂν εἴη λέγειν· ἐξέσται γὰρ τοῖς βουλομένοις ἀναλέγεσθαι ταῦτα ταῖς περὶ τοῦτον ἐντυγχάνοντα ἱστορίαις. ὁ δὲ Ἰωάννης ἐπειδὴ τῆς δύσεως ἄρχειν ἔλαχεν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, μνημεῖον ἄληστον τὰς αὐτοῦ B πράξεις κατέλιπε Θρᾳξί τε καὶ Μακεδόσι καὶ μέντοι καὶ Ἰλλυριοῖς καὶ Βουλγάροις ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις. καὶ οὐκ ἦν ὃς οὐ πεπείρατο τῆς τοῦ ἀνδρὸς καλοκαγαθίας· ἐπιεικὴς γὰρ καὶ μέτριος εἴπερ τις ἄλλος ἀνθρώπων γενόμενος τὴν ἁπάντων εὔνοιαν ἐπεσπάσατο, πρὸς μὲν τὸ εὐεργετεῖν ὀξύτατος ὢν καὶ συντονώτατος, πρὸς δὲ τὸ κολάζειν ἀμβλὺς καὶ δυσκίνητος. τεκμήρια δὲ τῆς τἀνδρὸς ἀρετῆς καὶ ἄλλα μὲν πλεῖστα, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τὸ τὴν βασιλείαν ἀποσκευάσασθαι· ὅπως δέ, προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει.

4. Τρίτον ἔτος ἀνύων ἤδη κατὰ τὴν βασιλείαν ὁ ἀδελφός τε καὶ βασιλεὺς τὸν τῆς Προποντίδος διαπεράσας πορθμὸν ἐν τοῖς C περὶ τὸ Ὀνοράτου πολίχνιον προαστείοις ηὐλίζετο, ἐπὶ θήραν τε συνεχῶς ἐξιὼν καὶ τὸ σῶμα γυμνάζων. ἀλλὰ κατ᾽ οὐδὲν αὐτῷ συνετέλει τὸ γυμνάσιον· νόσῳ γὰρ συνεσχέθη πλευρίτιδι, καὶ τρίτην ἡμέραν ἐγκαρτερήσας, ἐπειδὴ ᾔσθετο ἑαυτοῦ μὴ καλῶς ἔχοντος, εἰς τὸν βασιλικὸν εἰσελθὼν δρόμωνα ἐκομίσθη πρὸς τὰ ἀνά-

15. δηλώσει] V. δηλώσειε. 18. τε] V. δέ.

cem summum Occiduorum exercituum declaravit, quem domesticum scholarum vocabant olim, hodie magnum domesticum appellare mos est. iam quomodo Isaacius imperium arripuerit, quaque ratione et quamdiu gesserit, supervacaneum fuerit exponi a me. licebit enim cognoscere ista volentibus commodius ea petere e publicis quae exstant historiis temporum illorum. Ioannes porro Occiduarum partium cura, uti diximus, suscepta immortale monumentum virtutis suae actis insignibus et laudatissimis apud Thracas, Macedonas, Illyrios et Bulgaros reliquit summis se iuxta infimisque privatis et magistratibus ex aequo probans, neminemque ullius generis aut sortis suae humanitatis aequitatisque expertem sinens. nemo illo facilior, moderatior, amabilior omnibus, quippe ad benefaciendum promptissimus, istoque in studio de quovis bene merendi iuxta diligentissimus et constantissimus, ad puniendum segnis aegreque mobilis. documenta vero virtutis viri cum afferri multa possint, tum nullum illustrius recusatione imperii, de qua mox agam.

4. Tertium in imperio annum agens eius frater Isaacius Augustus, traiecto Propontidis freto, in Onorati oppidi suburbiis diversabatur, venatum continuo exiens corpusque exercens. id quod illi parum profuit. pleuritide siquidem correptus, cum triduo in loco manens morbum frangere tentasset, denique malo victus dromone imperatorio conscenso in palatium deportatus

κτορα. φροντὶς οὖν εἶχεν αὐτὸν εὐθὺς τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύσοντος, καὶ πάντων ὁ ἀδελφὸς προτετίμητο· ᾔδει γὰρ τοῦτον χρηστὸν ὄντα καὶ ἱκανὸν περὶ τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων ἀντίληψιν. εὐθύς τε μετεκέκλητο καὶ λόγων πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἤρχετο παρακλητικῶν. "ἐμὲ μὲν" λέγων "ὦ φίλτατε ἀδελφέ, τὸ πέρας D ἤδη τοῦ βίου καταλαβὸν βιάζεται πρὸς τὴν ἔξοδον, σὲ δὲ χρὴ τῶν κοινῶν ἀντιλαβέσθαι πραγμάτων καὶ τοὺς τῆς βασιλείας οἴακας ἀναδέξασθαι· τοῦτο γὰρ λυσιτελήσειν οἶμαι οὐ τοῖς καθ' αἷμα μόνον ἡμῖν προσήκουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἅπασι. ταινιωθεὶς οὖν τῷ διαδήματι ἕως αὐτὸς ἐμπνέων εἰμὶ τῶν πραγμάτων ἀντιλαβοῦ· πολλοὶ γάρ, ὡς οἶσθα, τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων V 10 ἐποφθαλμίζουσι." τούτων ἀκούσας τῶν λόγων ἐκεῖνος δραμεῖν πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἀντίληψιν ἀνασχάλλων ἦν καὶ ἀναδυόμενος καὶ πάντα παθεῖν ἕτοιμος μᾶλλον ἢ τῶν κοινῶν ἀντιλήψεσθαι. ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως εἶχε προθέσεως, ἡ δ' αὖ ὁμευνέτις αἰσθομένη τῶν λεγομένων βαρέως ἔφερε τὴν παραίτησιν, καὶ παρὰ τῷ ἀνδρὶ P 19 παρακαθίσασα τοιούτοις ἐχρῆτο παρ' αὐτὸν λόγοις, "ἵνα τί" λέγουσα "κύριέ μου, ξίφος ἕλκεις πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ φίλτατα, μήτε τὸ τούτων οἰκτείρων ἄωρον μήτε ἡμῶν κηδόμενος; οὐκ οἶσθα ὡς εἴ τις ἐπιλάβηται ἄλλος τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἐκ ποδῶν ποιῆσαι σπεύσειεν ἅπαν τὸ γένος ἡμῶν, οἰόμενος οὕτως ἐπ' ἀσφαλοῦς ἡδράσθαι αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς; ἵνα τί γοῦν οὕτω μεματαιώμεθα

13. ἀνασχάλλων] Ita P. Cod. ἀνασχάλων. Bekker ἀσχάλλων.

est. ibi sollicitudo eum cepit designandi sibi successoris, quam ad rem facile omnibus fratrem praetulit, quem benignum et cunctis partibus multo maxime idoneum norat gubernationi communium negotiorum. vocatus ergo statim ab imperatore talem ab eo principatus capessendi adhortationem audivit. "mihi quidem, frater carissime, vitae huius exitus non obscure imminet; urgeri enim me in extrema sentio. te vero pro me oportet procurationem suscipere publicarum rerum et imperii clavum in manus sumere: id enim ego expedire iudico, non familiae dumtaxat ac cognationi nostrae, sed communiter omnibus, qui Romanae ditioni subiectae sunt. iam nunc igitur censeo, sumpto diademate, quoad ipse adhuc spiro, administrationem capesse rei publicae; nosti enim quam multi Romano imperio cupiditatis oculos adiiciant." his ille auditis, contraxit animum virtuteque sua involvit se, subiturum quidvis potius mali ac periculi ostendens quam ut rei communis delatam gubernationem admittere sustineret. cuius hoc proposito uxor eius cognito graviter summi honoris iacturam ferens, his fere virum sermonibus aggreditur. "cur obsecro te, domine mi, ensem stringis in te ipsum et communia pignora, neque nobis consulens neque horum immaturae misertus aetatis? non vides omnino fore, ut quicumque Romanum imperium arripiat alius, studio conatuque enitatur omni genus universum delere nostrum, sic se demum sibi suaeque familiae possessionem imperii asserturum autumans. quae haec igitur, malum, stultitia est praecipites abiicere nos nostrosque liberos

ἑαυτοὺς καὶ τὰ φίλτατα εἰς προὖπτον ἐπιρρίπτοντες κίνδυνον; καὶ τὸ πᾶσιν ἱμερτὸν ἀπωθούμεθα τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων; τίς
B ἡ ἐπιβλαβὴς αὕτη φιλοσοφία καὶ ἄκαιρος μετριοφροσύνη; ἀλλ᾽ εἴ τι ἐμοὶ πείθῃ, σπεῦσον ὡς τάχιστα ταῖς συμβουλαῖς πεισθῆναι τοῦ βασιλέως καὶ ἀδελφοῦ, καὶ τῶν πραγμάτων ἐπιλαβοῦ."

5. Ταῦτα καὶ πλείω τούτων εἰποῦσα (ἦν γὰρ δεινή τις καὶ λέγειν καὶ πράττειν) ἐπειδὴ μὴ ἔπειθε, πρὸς ἱκεσίαν ἐτράπετο καὶ τὰς διὰ δακρύων καὶ στεναγμῶν ἐντεύξεις προσέφερεν. ὡς δ᾽ ἄτεγκτον ἑώρα καὶ πρὸς πᾶν σκληρυνόμενον, ἀπογνοῦσα τοῦ πείθειν ἐσίγα, πολλὰ καθ᾽ ἑαυτὴν ἀλγοῦσα καὶ τούτου κατα-
C στεγνάζουσα. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος τὴν βασιλείαν ἀπεσκεύσατο. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν νόσον ὁρῶν ἐπιτείνουσαν, ἐπείπερ ἀπέγνωστο αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν ἀδελφόν, πρὸς τὸν Δοῦκα Κωνσταντῖνον ἀπεῖδεν, ἄνδρα πολλοῖς κομῶντα πλεονεκτήμασιν. εὐθὺς οὖν ἐκάλει καὶ διαλεχθεὶς αὐτῷ περὶ τῶν κοινῶν καὶ τοὺς *** αὐτῷ παραθέμενος τῷ βασιλικῷ ταινιώματι στεφανοῖ, αὐτὸς πρότερον τῆς ἁλουργίδος τὸ ἀγγελικὸν ἀνταλλαξάμενος σχῆμα. ὁ μὲν οὖν πρὸς τὴν τοῦ Στουδίου μονὴν ὑπήγετο. ὁ δέ γε Δούκας τῶν τῆς βασιλείας οἰάκων δραξάμενος εὐθὺς ἔσπευσε πλεονεξίαν μὲν ἀνελεῖν,
D μετριότητα δὲ καὶ δικαιοσύνην εἰσενεγκεῖν. καὶ μέντοι καὶ κα-

10. καταστεγνάζουσα] P. καταστενάζουσα. fort. καταστυγνάζουσα. 11. ἀπεσκεύσατο] P. ἀπεσκευάσατο. fort. ἀπεσκεύασατο. 14. εὐθὺς οὖν ἐκάλει] P. εὐθὺς οὖν Κωνσταντῖνον μετεκάλει. 15. καὶ τοὺς *** αὐτῷ] Probabiliter P. καὶ τοὺς οἴακας τῆς ἀρχῆς αὐτῷ. 16. τῷ βασιλικῷ] P. ἐκεῖνον τῷ βασιλικῷ.

in certissimum periculum potius quam excipere ultro sese offerentem rem unam omnibus desideratissimam, Romanae rei potestatem summam, quaenam isthaec perniciosa male sanaque philosophia? apage istam sis moderationem intempestivam: et si quid mihi credis, fac quam primum, consiliis obsecutus Augusti fratris, ut publicae rei auspiceris regimen."

5. Haec et his plura cum dixisset mulier in dicendo et in agendo vehemens, nec persuasisset tamen, ad supplicationes versa, preces infimas suspiriis crebris largisque fletibus admixtis admovit viro, sicco vultu immotoque animo audienti cuncta; quem illa duritie rigere adversus quosvis impulsus invicta ubi satis sensit, suasionis successu desperato, silentio se ac moerori tradidit, multa virum incusans seque ipsam miserans. sic Ioannes principatum recusavit. imperator autem intendi morbum videns, nec sperans induci fratrem ad imperandum posse, ad Constantinum Ducam vertit oculos, virum multis praeclaris dotibus ornatum. re igitur cum fratre communicata, de huius sententia Constantinum accersitum, diademate summi principatus insigni coronat, sicque illi administrationem attribuit Romanae rei, purpura ipse prius regia in angelicum monachi habitum mutata. quibus actis, Isaacius quidem in Studii monasterium delatus est: Ducas vero regimine imperii arrepto magno statim impetu in id incubuit, ut vi atque avaritia sublatis moderationem iustitiamque induceret in mores usumque saeculi, in quo et

τωρθώθη τοῦτο αὐτῷ. ὁρῶν γὰρ τοὺς πλείστους ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν τετραμμένους ἐπὶ τὸ δικάζειν ἐτράπετο. μὴ λαμβάνων δ' ἐν κρίσει πρόσωπον, κατὰ τὸν προφήτην, μήτε μὴν ἐκκλίνων εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερά, ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ πορευόμενος τοῖς μὲν ἀδικοῦσιν ἐμβριθής τις ἐφαίνετο καὶ δεινὸς τὰ τῆς ἀδικίας ἐκκόπτων ὁρμήματα, τοῖς δ' αὖ ἀδικουμένοις προσφιλής τε καὶ χαριέστατος. καὶ μέντοι οὐδὲ πρὸς τὸν βασιλεύσαντα τοῦτον ἀχάριστος ἐναπέφηνεν· ἐπεὶ γὰρ μετὰ τὴν μονήρους βίου καὶ σχήματος τὴν περι- P 20 βολὴν καὶ πρὸς τὴν τοῦ Στουδίου μονὴν ἐπαγωγὴν τὰ τῆς νόσου ἐρράϊσε καὶ ὑγιὴς ὁ πρὶν θανεῖν προσδοκήσιμος ἀποδέδεικτο, διὰ πάσης ἦγεν ὁ Δούκας τοῦτον τιμῆς κύριόν τε καὶ βασιλέα ἀποκαλῶν καὶ προεδρίας ἀξιῶν, ὁπηνίκα φοιτῶν ἦν πρὸς αὐτόν. ἐφοίτα δὲ συνεχῶς. οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον ἦγε διὰ τιμῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ τούτου συγγενὲς ἅπαν, γυναῖκα καὶ θυγατέρα καὶ ἀδελφὸν καὶ V 11 τοὺς ἄλλους. ἀλλ' ὁ μὲν Κομνηνὸς ἐνιαυτὸν ἐπιβιοὺς μετὰ τὴν τούτου ἀνάρρησιν ἐτελεύτα.

6. Ὁ δέ γε Δούκας ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι τοῖς πᾶσιν ἐννόμως τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων ἰθύνας τὸν βίον καὶ οὗτος κατέλυσε. διαδέ- B χεται δὲ τὴν βασιλείαν ἡ τούτου σύνοικος Εὐδοκία σὺν Μιχαὴλ καὶ Κωνσταντίνῳ τοῖς παισί. βραχὺν δέ τινα χρόνον μετὰ τὸν τοῦ Δούκα θάνατον καὶ ὁ κουροπαλάτης ἐπιβιοὺς παῖδας ὀκτὼ

1. ἐπὶ] V. περί. 7. ἐναπέφηνεν] ὢν πέφηνεν? 19. Μιχαὴλ] P. addit Ἀνδρονίκῳ. 21. ἐπιβιοὺς] Addendum ἐτελεύτησε vel simile quid.

operam navavit. cernens quippe plerosque magna passim licentia per iniurias grassari, iuri dicundo vacandum sibi diligenter statuit, personam in iudicio non accipiens (quod vetat propheta) neque vel ad dexteram vel ad sinistram declinans, sed via gradiens regia iniuriosis quidem severus et austera constantia cupiditatibus iniquorum per vim ac fraudes erumpentibus occursans, iniurias vero patientibus ultro non amicitiam ac benevolentiam solum, sed blanditias paene quasdam tenerrimi affectus indices offerens. nec vero idem non gratissimo se animo adversus imperii decessorem gessit. cum enim is, suscepta instituti monastici professione ac veste, deportatus in Studiense coenobium, ibi praeter spem morbo coepisset relevari, immo ex moribundo prius credito plane iam convaluisse videretur, summo semper honore observatus a Duca cultusque est, dominum illum et imperatorem appellante nec sedere nisi post ipsum sustinente, quoties ad ipsum accederet; accedebat autem frequentissime. neque vero ipsi soli honorem habuit, sed domui quoque eius ac generi universo, uxori, filiae, fratri et aliis. ceterum Comnenus anno exacto post inaugurationem Constantini excessit e vivis.

6. Ducas autem annis septem totis ex iuris ac legum praescripto Romana re administrata e vita et ipse migravit; succedente ipsi eius coniuge Eudocia, cum Michaële Andronico et Constantino filiis. nec multo post Ducae obitum tempore Ioannes quoque Comnenus curopalates naturae debi-

καταλιπών, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, πέντε μὲν ἄῤῥενας τρεῖς
δὲ θηλείας, οὓς ἡ μήτηρ ἅπαντας καλῶς ἀναθρεψαμένη ἀξίους
τοῦ γένους ἀπέδειξεν. ἀλλ' αἱ μὲν δύο τῶν θυγατέρων ἔτι τοῦ
πατρὸς περιόντος ἀνδράσιν ἡρμόσθησαν τῶν εὖ γεγονότων καὶ
πλούτῳ κομώντων, ἡ μὲν πρεσβυτέρα Μαρία τῷ Ταρωνίτῃ Μι-
C χαὴλ, ἡ δὲ μετ' ἐκείνην Εὐδοκία τῷ Μελισσηνῷ Νικηφόρῳ, ἀνδρὶ
νουνεχεῖ τε καὶ θαυμασίῳ, ὃς πατρόθεν ἐς Μορτίους τὸ γένος
ἀνέφερε. τὴν δέ γε ὑστάτην πασῶν Θεοδώραν μετὰ τὸν τοῦ πα-
τρὸς μόρον τῷ τοῦ Διογένους υἱῷ Κωνσταντίνῳ, τοῦ πατρὸς ἤδη
τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέπειν λαχόντος, ἡ μήτηρ συνήρμοσεν
ὕστερον, ἀνδρὶ εὐγενεῖ μὲν καὶ κατὰ χεῖρα γενναίῳ τὸν δέ γε τρό-
πον οὐ πάνυ τι ὄντι ἐπαινετέῳ, ὡς τὰ ὕστερον ἔδειξεν. ἀλλ' οὕτω
μὲν τὰ κατὰ τὰς κόρας συνέβη. * * * * ἔτι τούτου περιόντος
στρατεύειν τε ἤρξατο, καὶ πρὸς μίμησιν τῶν πραχθέων ἑαυτὸν
ἀποξέων ἔσπευδεν ἀποβῆναι τούτων ἐπάξιος. ὁ δὲ μετ' ἐκεῖνον
Ἰσαάκιος τοῖς τἀδελφοῦ κατὰ πόδας εἵπετο ἴχνεσιν. ὁ δ' αὖ
D τρίτος Ἀλέξιος παντοίων ἦν χαρίτων ἀνάπλεως· χάρις γὰρ ἐπήν-
θει τῷ προσώπῳ ὁποίαν οὔ τις ἐν ἄλλῳ ἐθεάσατο πώποτε, καὶ
φαιδρὸς ἦν ἀεὶ καὶ ἀγαθοσύνης ἀνάπλεως. καὶ τί ἄν τις εἴποι
περὶ τούτου ὡς δυνηθῆναι τοὺς λόγους ἐξισῶσαι ταῖς τῶν ἠθῶν
ἀγλαΐαις καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς; παντοδαπὸν ἦν χρῆμα
φυσικῆς τε καὶ προαιρετικῆς κοσμιότητος, καὶ οἷόν τι κάλλιστον

12. ἀλλ' οὕτω — περιόντος] P. ἀλλ' οὕτω μὲν τὰ κατὰ τὰς κόρας. ἀῤῥένων δὲ παίδων ὁ μὲν Μανουὴλ πατρὸς ἔτι περιόντος. satius duxi lacunam indicare. 14. πραχθέων] πατέρων? P. προγόνων.

tum solvit, filiis ut dixi relictis octo, quinque maribus et tribus feminis, quos omnes mater educatione accurata dignos avita nobilitate reddidit. puellarum duae, patre adhuc vivente, collocatae viris nobilibus et locupletibus fuerant. maior quidem natu Maria Taronitae Michaëli, Eudocia vero secundo post hanc genita Melisseno Nicephoro viro prudenti et praeclaro, qui paternum e Mortiis ducebat genus. postrema Theodora post patris mortem matris voluntate nupsit Constantino Diogenis iam imperantis filio, nobili quidem illi manuque prompto, sed moribus non usque adeo laudatis, ut deinde apparuit. hactenus de Ioannis filiabus. filiorum vero Manuël quidem primogenitus, patre adhuc superstite, tolerare militiam iam coeperat, factisque fortibus dignum se maiorum loco ac gloria probare. proxime ab illo natus Isaacius fratris maioris vestigia premebat. tertius autem Alexius lepore ac gratia redundans puer, ore protinus ipso ac vultu efflorescentem ingenuae venustatis suavitatem nunquam in ullo visam praeferebat, fronte semper hilari, renitenti facie, arrisu obtutuque spirantibus nescio quid blandum: exemplar iam tum laudis omnis, cui frustra quivis quantavis fretus facultate parem se commendando speraret fore, adeo variarum in unum dotium et or-

τῷ βίῳ ἀνάθημα ἐκ δυοῖν τοῖν ἐναντίοιν συγκείμενον· ὀξύτατος γὰρ ὢν ξυμπάντων ὧν αὐτοὶ τεθεάμεθα καὶ δραστηριώτατος οὕτω πρᾳοτάτην ἐδείκνυτο τὴν ψυχὴν ὡς μικροῦ δεῖν καὶ ἀκίνητον πρὸς ὀργὴν ἑαυτὸν ἀποφαίνειν. οὔπω δὲ τὴν ἥβην ὑπερβὰς ἐβιάζετο τὴν μητέρα συνεκπέμπειν καὶ αὐτὸν τῷ ἀδελφῷ· ἀμέλει καὶ ξυνεί- P 21 *πετο τούτῳ στρατηγοῦντι καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς πρὸ τῆς τελειότητος ἐδείκνυτο καὶ σάκος φέρων καὶ δόρυ κραδαίνων ὡς ἄριστα, καὶ διὰ γλώττης ἦν ἁπάντων εὐθύς. τὰ μὲν οὖν κατὰ τοῦτον ἀναμεινάτω μικρόν, ὁ λόγος δ᾽ ἐχέσθω τῆς ἀρχῆθεν ἀκολουθίας· οὕτω γὰρ ἂν καθ᾽ εἱρμὸν προβαίνων εἰς τὰς ἑαυτοῦ καταντήσειε πράξεις πρῶτον ἐπιμνησθεὶς καὶ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν. ἤστην δὲ τούτω Ἀδριανός τε καὶ Νικηφόρος, οἷν ἡ μήτηρ κομιδῇ νέοιν ὄντοιν διδασκάλους ἐπιστήσασα τὴν ἐγκύκλιον ἐπέταττεν ἐκπαιδεύεσθαι παίδευσιν.*

7. Ἄρτι δὲ καὶ τοῦ Διογένους Ῥωμανοῦ τῶν τῆς βασιλείας B *οἰάκων ἐπειλημμένου πρῶτος τῶν ἀδελφῶν Μανουὴλ ᾠκείωτο τῷ βασιλεῖ καὶ πρωτοστράτωρ πρὸς αὐτοῦ ἀποδέδεικτο. οὔπω συχνὸς παρεῤῥύη καιρός, καὶ στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῶν ἑῴων ταγμάτων προυβέβλητο. περαιωθεὶς οὖν τὴν Προποντίδα περὶ Γαλάτας ηὐλίζετο, ἤδη τῶν Τούρκων ἀρξαμένων τὰ τῆς ἑῴας ληΐζεσθαι. τίνες δὲ οἱ Τοῦρκοι καὶ ὅθεν γῆς ὡρμημένοι πρότερον*

12. *οἷν*] Cod. *ὧν.* correxit P.

namentorum confluxus rarissimus praedicatione superiorem omni iuvenem fecerat; primum a natura velut ad unguem factum, deinde virtute numeris exactum omnibus, et velut ad specimen officii admirationi propositum aetatis suae, quod res contrarias vulgo creditas, in se conciliaret conflaretque, fervidam actuosamque naturam, et mansuetudinem irasci nesciam. impubis adhuc, extorto vi quadam consensu matris, secutus fratrem exercitum ductantem militare coepit eius auspiciis et specimina fortitudinis praecocis ante legitimam aetatem edere scuto scite gestando hastaque valide ac perite quatienda. quare iam tum in ore atque in praedicatione omnium fuit. sed quae hunc spectant reliqua sustinenda sunt paululum: quoad explicatis iis, quae priora sunt ordine, secundo demum fluxu in consequentia sermo delabatur. atque illud primum de duobus postremis fratribus libandum, Adriano nimirum et Nicephoro, commendatos serio ambos adhuc parvulos a matre fuisse magistris lectissimis, qui ad omnem eos eruditarum artium elegantiam non perfunctorie formarent.

7. Romano Diogeni ad principatum evecto, Manuël Comnenorum natu maximus gratus statim in paucis coepit esse; istiusque pignus gratiae protostratoris dignitatem primum, tum non longo post tempore Orientalium exercituum supremam praefecturam habuit. traiecta igitur Propontide circa Galatiam morabatur, Turcis iam incipientibus Orientales depraedari regiones. quinam autem et unde profecti Turci Romanis se primum finibus admoverint,

V 12 ὁμορεῖν Ῥωμαίοις ἔληγον ὕστερον, ἀναγκαῖον ἄνωθεν διηγήσα- C σθαι. οὗτοι οἰκεῖν μὲν ἔλαχον τὰ προσάρκτια τὰ πέραν Ταναΐδός τε καὶ Βοσπόρου, οὐ πάνυ τε τῶν Καυκασίων ἀπέχοντες ὀρῶν. αὐτόνομον ἔθνος ὂν καὶ γαλακτοφάγον ἀρχῆθεν πολυάνθρωπόν τε καὶ πολεμικώτατον ὑπ' οὐδενὸς δεδούλωται ἔθνους πώποτε. τῆς γοῦν Περσῶν ἀρχῆς εἰς τοὺς τῆς Ἄγαρ διαλυθείσης, καὶ τῆς μὲν Σαρακηνῶν ἐπικρατείας μὴ μόνον Περσίδος καὶ Μηδίας καὶ Βαβυλῶνος καὶ Ἀσσυρίων κυριευούσης, ἀλλ' ἤδη καὶ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης καὶ μέρους οὐκ ἐλαχίστου τῆς Εὐρώπης, ἐπείπερ ἀλλήλων καταστασιάσαντες οἱ ἐξ Ἄγαρ τὴν μεγίστην ἀρχὴν εἰς πολλὰς ἐμερίσαντο ἄλλος ἄλλης κατάρχων, καὶ εἰς ἐμφυλίους πολέμους τὸ D ἔθνος ἐχώρησεν, ἀρχηγὸς Περσίδος καὶ Μήδων καὶ Ἀβριτανῶν καὶ Μηδίας ὑπάρχων τότε Μουχούμετ ὁ τοῦ Ἰαμβραὴλ κατὰ τοὺς χρόνους Βασιλείου τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ πολεμῶν Ἰνδοῖς καὶ Βαβυλωνίοις, ἐπειδὴ πρὸς τὸ κατόπιν ἑώρα χωροῦντα ἑαυτῷ τὰ πράγματα, ἔγνω δεῖν πρὸς τὸν Οὔννων διαπρεσβεύσασθαι ἄρχοντα καὶ ξυμμαχίαν ἐκεῖθεν αἰτήσασθαι. τῆς γοῦν πρεσβείας κατευθυνθείσης αὐτῷ συνέπεμπε τοῖς πρέσβεσι καὶ δῶρα πολυτελῆ. ἐπανῄεσαν γοῦν οἱ πρέσβεις ξυμμάχους φέροντες τρισχιλίους ἀρχηγὸν ἔχοντας Στραγγολίπιν καὶ Μουκάλετ τὸν υἱὸν Μακεήλ, οἳ διαπεραιωσάμενοι τὸν Ἄραξιν κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ γεφυ-

1. ἔληγον] P. ἤρξαντο καὶ πολεμεῖν. 3. πάνυ τε] πάνυ τι? 4. αὐτόνομον] Addendum videtur δέ. 13. καὶ Μηδίας] P. delevit. 20. Στραγγολίπιν] V. Ταγγρολίπην.

deinde bellum in nos moverint necesse arbitror, repetita paulo altius narratione, tradere. patria illorum prima fuit septentrionalis tractus ultra Tanaïn et Bosporum, non longe a montibus Caucasiis. gens fuit propriis ab initio institutis utens, lacte vesci solita, populosissima bellicosissimaque eadem, nec ullius unquam iugum externae potestatis passa. porro imperio Persarum in Agaris posteros translato, auctaque in tantum Saracenorum potentia, ut non modo Persidi, Mediae, Babyloniae, Assyriisque dominarentur, verum iam Aegypto etiam et Africae partique Europae non exiguae imperarent, tantum regnum discordia pessum dedit et in multos minutos discidit principatus, invadentibus pro se potentioribus quibusque inter seditionum tumultus, bellorumque furores civilium, quas urbes quasve provincias quisque concupisset. in iis Muchumet Iambraelis filius, imperatoris Basilii temporibus, Persis, Medis et Abritanis unus imperitans, bellum cum Indis et Babyloniis gerebat, in quo cum fortuna eum deficeret, resque retro illi ferri suae viderentur, optimum factu duxit, legatione ad principem Hunnorum missa, socias illinc in auxilium copias petere: delecti oratores cum donis pretiosissimis brevi rediere votorum compotes, auxiliariorum tria millia ducentes secum sub ducibus duobus, Tangrolipe et Mucaleto filio Maceelis, qui traie-

ρὰν πεπυργωμένην ἑκατέρωθεν οὖσαν ἐς τὴν Περσίδα φοιτῶσι. συμμίξας οὖν ὁ Μουχούμετ τῷ ἑαυτοῦ στρατεύματι τοὺς μισθοφόρους P 22 Τούρκους προσβάλλει τῷ τῶν Ἀρράβων ἄρχοντι Πισσαρίῳ, καὶ ῥᾷον αὐτὸν κατατροποῦται. ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἔσπευσε καὶ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας Ἰνδοὺς μετὰ τῶν ξυμμάχων διαγωνίσασθαι. παραιτουμένων δ' ἐκείνων καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐκλιπαρούντων ἐξαποστέλλειν, ἀνεθείσης σφίσι τῆς ἐν τῇ γεφύρᾳ φυλακῆς τοῦ Ἀρράξιδος, ἐπείπερ ἐκεῖνος ἐνέκειτο καὶ βίαν ἐπενεγκεῖν ἐβουλεύετο, δείσαντες οἱ Τοῦρκοι μὴ πάθοιέν τι δεινὸν πρὸς ἀποστασίαν χωροῦσι. καὶ τὴν Καρβωνῖτιν ἔρημον ὑποδύντες B διὰ τὸ μὴ θαρρεῖν ὀλίγοι πρὸς τοσαύτας ἀντιπαρατάξασθαι μυριάδας, ἐκεῖθεν ἐκδρομὰς ποιούμενοι τὰ τῶν Σαρακηνῶν ἐδῄουν καὶ ἔφθειρον.

8. *Δυσανασχετῶν* δ' ἐπὶ τοῖς γενομένοις ὁ Μουχούμετ, στρατὸν ἀθροίσας ἀμφὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας ἐκπέμπει κατὰ τῶν Τούρκων δέκα στρατηγοὺς αὐτῷ ἐπιστήσας τῶν ἐπ' ἀνδρίᾳ καὶ συνέσει μαρτυρουμένων Σαρακηνῶν. ἄραντες οὖν οὗτοι πρὸς τὴν Καρβωνῖτιν ἠπείγοντο. ἀλλ' εἰσιέναι μὲν τὴν ἔρημον διά τε τὴν τοῦ ὕδατος σπάνιν καὶ τὴν τροφῶν ἔνδειαν ἀλυσιτελὲς εἶναι ᾤοντο, C ἔγγιστα δὲ τοῦ στόματος τῆς ἐρήμου στρατοπεδεύσαντες διεσκο-

1. *πεπυργωμένην*] Cod. *πεπυρωμένην*. correxit P. 3. *Ἀρράβων*] P. *Βαβυλωνίων*. *ibid.* *Πισσαρίῳ*] Pag. 30, 16 *Πισσύριος* scribitur.

cto Araxe per pontem utrimque turribus munitum in Persidem pervenerunt. nec moram fecit Muchumet his recentibus mercede militantium Turcorum auxiliis ad suas veteres copias adiunctis confligendi cum Pissario Babyloniorum principe, quem facile fudit fugavitque. unde victor ad sua reversus parabat expeditionem adversus Indos, hos quoque hostes experta iam virtute Turcorum subacturum se confidens. verum his longiorem militiam detrectantibus remittique in patriam ac pontis super Araxem custodiam ipsis committi flagitantibus, ubi contra incumbens Muchumet non longe abesse videbatur inferenda vi, Turci veriti ne quid acerbum paterentur, palam rebellant: solitudineque insessa Carbonitide, cuius latebris et inaccessa natura locorum paucitatem suam a tanto numerosioribus Muchumetis exercitibus tuerentur, excursionibus illinc crebris in circumpositas Saracenorum erumpebant regiones, rapinis ruinisque cuncta passim foede vastantes.

8. His indignatus Muchumet exercitum viginti ferme millium contra Turcos mittit sub decem ducibus fortitudinis ac prudentiae inter Saracenos notae testataeque. hi profecti Carbonitidem versus cum se admovissent proxime, penetrare in ipsam solitudinem, aquae annonaeque omnis inopia squallentem periculosum rati, ad eius fauces, qua necessarius erat transitus munitis castris securam, ut ipsis videbantur, et sapientem inibant belli ad-

ποῦντο τὰ πρὸς τὸν πόλεμον. ὁ δὲ Στραγγολίπις τὸ βάθος αὐλιζόμενος τῆς ἐρήμου, ἐπείπερ ἔγνω τὴν κατ᾽ αὐτοῦ ἐκστρατείαν, τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ κοινολογησάμενος καὶ ξυμφέρον εἶναι κρίνας νυκτὸς τοῖς Ἀγαρηνοῖς ἐπιθέσθαι καὶ Πέρσαις, ταχυπορίᾳ χρησάμενος ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις ἐπιτίθεται τῇ τρίτῃ νυκτὸς αὐτοῖς ἀφυλάκτως σκηνοῦσι καὶ μηδὲν προσδεχομένοις κακόν, καὶ κατατροποῦται τούτους ῥᾳδίως. ἐντεῦθεν λείας ὅτι πλείστης γενόμενος ἐγκρατὴς καὶ ἁρμάτων καὶ ἵππων κυριεύσας πολλῶν οὐκέτι λοι-
V 13 πὸν περὶ τὴν Καρβωνῖτιν ηὐλίζετο, οὐδὲ λαθραίας ἐποιεῖτο τὰς
D ἐπιθέσεις ὡς φυγὰς καὶ λῃστής, ἀλλὰ φανερῶς τῶν ὑπαίθρων ἀντεποιεῖτο, προσρυϊσκομένων αὐτῷ καὶ τῶν ὅσοι διὰ κακουργίας τότε θάνατον ἐδεδίεσαν, δούλων τε οὐκ ὀλίγων καὶ τῶν χαιρόντων ταῖς ἁρπαγαῖς, ὡς ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ δύναμιν ἀθροισθῆναι μεγίστην περὶ αὐτόν, οὐκ ἐλάττω τῶν πέντε μυριάδων. τὰ μὲν κατ᾽ ἐκεῖνον ἐφέρετο τῇδε· ὁ δὲ Μουχούμετ μὴ ἐνεγκὼν τὰ ξυμβάντα μετρίως τοὺς μὲν δέκα στρατηγοὺς ὑποστρέψαντας ἀπετύφλωσε, τοὺς δὲ τὸν κίνδυνον ἀποδράσαντας στρατιώτας θριαμβεύσειν ἠπείλησε γυναικείας περιβεβλημένους στολάς, αὐτὸς δὲ πρὸς ἀντιπαράταξιν καθωπλίζετο.

P 23 9. Ἀλλ᾽ οἱ μὲν στρατιῶται τὰς ἐκείνου ἐνωτισάμενοι ἀπειλὰς προσχωροῦσι τῷ Στραγγολίπιδι. τοσαύτης οὖν προσγενομένης ἐκείνῳ καὶ τηλικαύτης δυνάμεως, ἀγείρας ἅπαντα τὸν στρα-

1. Στραγγολίπις] V. Σταγγρολίπης. ibid. τὸ βάθος] κατὰ τὸ βάθος? 21. προσγενομένης] V. προσγινομένης.

ministrandi rationem imminentes ex tuto in occasionem rei gerendae. at Strangolipes interiora solitudinis obtinens cognita expeditione contra se suscepta, communicato probatoque suis consilio, nocturnae irruptionis post continuatum biduo iter, tertia demum nocte improvisus Agarenis Persisque metu procul, curaque omni desidentibus intra sua tabernacula superveniens, facile illos vertit in fugam, praedaque inde potitus plurima, curruumque et equorum adeptus copiam, non iam sibi delitescendum in Carbonitide putavit, aut furtivis fugacium latronum more incursionibus grassandum. sed prodire palam obtinereque campum iusto exercitu ausus est, confluentibus ad ipsum undique, qui maleficiorum conscii mortem in suppliciis timebant, aut quos alioqui delectabat rapto vivere, tanto numero ut brevi tempore milites sub signis non pauciores quinquaginta millibus haberet. interim Muchumet moderate non ferens quae contigerant decem ducibus ab infelici expeditione reversis oculos eruit, militesque, qui male pugnaverant, minabatur ignominiose traducturum se muliebribus ad ludibrium stolis indutos. ipse interim armabat instruebatque se ad rem per se cum Strangolipide gerendam.

9. Ceterum qui fuga ex priore proelio servati erant milites, metu ignominiae ac minarum Muchumetis passim ad Strangolipidem transfugiebant, qui fiducia tanti supplementi contractis in unum copiis iam omnibus occupavit

τὸν πρὸς τὸν Μουχούμετ ἠπείγετο, καθολικῇ μάχῃ σπεύδων κρῖναι τὰ πράγματα. ἀλλὰ κἀκεῖνος Σαρακηνοὺς καθοπλίσας καὶ Πέρσας καὶ Καβείρους, καὶ Ἄραβας, καὶ στρατὸν συστησάμενος περί που τὰς πεντήκοντα μυριάδας, φέρων δὲ καὶ πυργοφόρους ἐλέφαντας ἑκατόν, ἔσπευδεν ἀντιμετώπως στῆναι τῷ Στραγγολίπιδι. ὑπαντιάζει γοῦν αὐτῷ κατὰ τὸν λεγόμενον Ἀσπαχᾶν, καὶ B γενομένης μάχης καρτερωτάτης ἔπεσον μὲν ἐξ ἑκατέρων πολλοί, πίπτει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Μουχούμετ, οὔτε τόξῳ βληθεὶς οὔτε δόρατι, ἀλλ' ἐφιππαζόμενος καὶ τὸν οἰκεῖον παραθαρρύνων λαόν, τοῦ ἵππου αὐτῷ ὀλισθήσαντος, σὺν ἐκείνῳ κατενεχθεὶς εἰς γῆν καὶ ἐκτραχηλισθεὶς ἐτεθνήκει. τούτου δὲ καὶ συμπεσόντος τὸ σὺν αὐτῷ τῶν Περσῶν πλῆθος τῷ Στραγγολίπιδι προσεχώρησε, καὶ ὁ Στραγγολίπις ὑπὸ πάντων εὐθὺς βασιλεὺς ἀνηγόρευτο τῆς Περσίδος. ἀναρρηθεὶς δ' ἐκπέμπει καὶ καθαιρεῖ τὴν ἐν τῇ γεφύρᾳ τοῦ Ἀρράξιδος φυλακὴν καὶ τὸ ἔθνος τῶν Τούρκων πρὸς τὴν Περσίδα καλεῖ. ἀνέτου δὲ τῆς ἐς Περσίδα πορείας ἀποδειχθεί- C σης αὐτοῖς καὶ τῆς τοῦ Ἀρράξιδος διαβάσεως, ξυνέθεον παμπληθεί, πλὴν τῶν ὅσοι πόθῳ τῆς ἑαυτῶν πατρίδος ἀντεποιοῦντο. οἳ καὶ καθελόντες Πέρσας τε καὶ Σαρακηνοὺς αὐτοὶ κύριοι τῆς Περσίδος γεγόνασι, σουλτάνον τὸν Στραγγολίπιδα ὀνομάσαντες, ὅπερ σημαίνει παρ' αὐτοῖς βασιλεὺς βασιλέων καὶ παντοκράτωρ. πάσας οὖν τὰς ἀρχὰς τῶν Περσῶν καὶ Σαρακηνῶν ἀφελόμενος

18. πλὴν] Ita P. pro τήν.

ad Muchumetem ultro ipsum invadere, pugnare cum illo iusta acie, totisque viribus et proelio decretorio iacere aleam summae rei certus. sed et ille instructissimo fretus exercitu, quem e Saracenis, Persis, Cabiris, Arabibus conflaverat quingentis capitum millibus constantem, adducens una simul turritos elephantos centum, occurrit contra Strangolipidi magna spe, offenditque illum in loco Aspacha vocato. ubi magnis animis ac viribus proelio conserto cum utrimque multi cecidere, tum inter eos ipse Muchumet, non arcu eminus, non hasta comminus confossus. sed cum alte equo exstans suos hortaretur ad agendum fortiter, eoque prolabente devolutus in terram, cervix ipsi confracta, ereptaque vita est. comperta ducis morte Persarum multitudo reliqua Strangolipidi se dedidit. itaque is unanimi iam consensu omnium rex Persidis acclamatus, statim praesidiariis, qui pontem Araxis custodiebant, ea statione motis gentem Turcorum in Persidem vocavit, libero illis patefacto per Araxis pontem aditu. qua illi facultate cupide usi, gregatim emigrarunt, paucis relictis, quos dulcedo natalis coeli et patriae caritas tenuit. nec vero Persae ac Saraceni adversus passim affluentes Araxe aperto colonias terram aut dignitatem suas obtinere potuerunt, victi spoliatique ab hospitibus, ut plane iam domini Persidis Turci essent, quibus communi gentis decreto placuit Strangolipidem Sultanum appellare, quae vox apud ipsos regem regum et imperatorem sonat. is magistratus praefecturas-

εἰς Τούρκους μετήνεγκε, καὶ τὴν Περσίδα πᾶσαν αὐτοῖς καθυπέταξεν.

10. Ἀλλ' οὕτω μὲν Ῥωμαίων οἱ Τοῦρκοι γεγόνασιν ὅμοροι τὴν Περσῶν ἀρχὴν κατασχόντες. ἀναγκαῖον δ' ἴσως εἰπεῖν
D κἀκ ποίας ὁρμηθέντες αἰτίας Ῥωμαίους πολεμεῖν ἤρξαντο, καίτοι δεδιότες πρότερον τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον καὶ φρίττοντες ἐκ μόνης τῆς φήμης τὰ τῶν προηγησαμένων τριῶν βασιλέων ἀνδραγαθήματα, τοῦ Φωκᾶ Νικηφόρου φημὶ καὶ Ἰωάννου καὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου Βασιλείου· ὑπώπτευον γὰρ ἔτι παρὰ Ῥωμαίοις σώζεσθαι τὴν ἐκείνων ἀρετήν τε καὶ δύναμιν. τοῦ Στραγγολίπιδος, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσε, τὴν Περσῶν ἀναδυσαμένου βασιλείαν καὶ πλούτου πολλοῦ καὶ στρατευμάτων ἐγκρατοῦς γενομένου καὶ τὰ Σαρακηνῶν ταπεινώσαντος, οἱ πρὶν ὁμοροῦντες Πέρσαις καὶ πο-
P 24 λεμοῦντες πρὸς τὸν Μουχούμετ, σπονδὰς πρὸς ἀλλήλους ποιού-
V 14 μενοι πόλεμον ἐμελέτων κατὰ Περσῶν. ἀλλὰ τοῦτο προγνοὺς ἐκεῖνος πρὸς μὲν Πισσύριον τὸν Βαβυλῶνος ἄρχοντα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρετάξατο, διαφόροις μάχαις τοῦτον ἡττήσας καὶ ἀνελὼν κύριος καὶ τῆς Βαβυλωνίων ἐξουσίας ἐγένετο. πρὸς δὲ Καρμεσῆν τὸν τῶν Ἀρράβων ἀρχηγὸν καὶ Κουτλουμοῦν ἐκπέμπει τὸν τοῦ οἰκείου πατραδέλφου υἱόν, χεῖρα βαρεῖαν αὐτῷ δούς· ὃς ἀπελθὼν καὶ τοῖς Ἄρραψι συμβαλὼν ἡττήθη τε καὶ αἴσχιστα ἔφυγεν. ἐπανιὼν δ' ἐκεῖθεν καὶ μέλλων διιέναι διὰ τῆς Μήδων

11. ἀναδυσαμένου] ἀναδησαμένου? 17. διαφόροις] καὶ διαφόροις?

que omnes Persis ereptas Saracenisque Turcos in suos transtulit, Persidemque plane ipsis subiecit universam.

10. Dixi hactenus quo casu in Romani limitis viciniam Turci processerint, Persarum regione sibi subiecta; non minus autem forte fuerit necessarium exponere, qua primum occasione quave causa bellum inferre Romanis coeperint: soliti antea formidare Romanam vim, immo cohorrescere ad famam memoriamque solam trium imperatorum, de quorum facinoribus audierant, Nicephori nimirum Phocae, Ioannis et Porphyrogeniti Basilii. autumabant enim perseverare adhuc et vigere apud Romanos virtutem et potentiam istorum. postquam Strangolipes imperium, uti diximus, adeptus Persicum opumque multarum et exercituum potens res Saracenorum depressit finitimae Persarum gentes, quibus fuerant antea cum Muchumete controversiae, concordia inter se inita bellum in Persas meditabantur. id ille mature sentiens Pissyrium quidem Babyloniorum principem sibi sumpsit ipsi debellandum. quem et congressus variis proeliis vicit et ad extremum interfecit, potentia Babyloniorum universa suum in dominium translata. adversus Carmesen vero ducem Arabum Cutlumum misit patrui sui filium cum manu valida, qui profectus, commisso cum Arabibus proelio victus turpissime fugit. inde revertens transiturus per Medorum terram, proxime Baasum munire

ἔγγιστα τοῦ Βαὰς στρατοπεδεῦσαι ἤθελε. δεδιὼς δὲ Ῥωμαίους ἐγκρατοῦντας τότε Μηδίας πρεσβεύεται πρὸς τὸν τῆς χώρας ἄρ- B χοντα (ἦν δὲ τότε Μηδίας ἄρχων Στέφανος ὁ Κωνσταντίνου τοῦ παραδυναστεύοντος τῷ τότε βασιλεῖ, ὃν καὶ Λεικουδίαν ἐκάλουν, θεῖος), ἀξιῶν συγχωρηθῆναί οἱ τὴν δίοδον καὶ ὑπισχνούμενος ἄψαυστον καὶ ἀσινῆ τὴν χώραν διατηρῆσαι. ὁ δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἐντυχὼν καὶ τὴν παράκλησιν δειλίαν εἶναι ὑποτοπάσας, τὸν ἐγχώριον ἀθροίσας στρατὸν συμβάλλει τοῖς Τούρκοις ἀπειροπόλεμος ὢν ἐμπειροπολέμοις. καὶ μηδέν τι ἄξιον λόγου διαπραξάμενος ἡττᾶται ἅμα τῇ συμβολῇ, καὶ πίπτουσι μὲν συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων, ἑάλω δὲ καὶ αὐτός. ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁ Κουτλουμοῦς γενόμενος C κατὰ τὸν Βρίζιον ἀπεμπολεῖ, αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν σουλτάνον ἐπανελθὼν ἀπολογεῖται μὲν περὶ τῆς στρατείας, ὡς ἐν παρόδῳ δὲ ἀφηγεῖται καὶ τὰ περὶ τῆς Μηδίας, ὡς εἴη μὲν χώρα πάμφορος κατέχεται δὲ ὑπὸ γυναικῶν, τοὺς πολεμήσαντας πρὸς αὐτὸν στρατιώτας ὑπαινιττόμενος. τούτοις τοῖς λόγοις ὁ σουλτάνος ἐπιρρωσθεὶς δύναμιν κατὰ Ῥωμαίων ἐκπέμπει ἀμφὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας, στρατηγὸν ἐπιστήσας αὐτῇ τὸν ἀδελφόπαιδα Ἀσὰν τὸν λεγόμενον Κωφόν, ἐπισκήψας αὐτῷ τὴν ταχίστην ἐφικέσθαι καὶ τὴν Μηδικήν, εἰ μὴ προσχωροίη αὐτῷ, προσκτήσασθαι. ἐκεῖθεν τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου οἱ Τοῦρκοι ἀρξάμενοι διετέλεσαν μέχρι τῆς

2. ἐγκρατοῦντας] Ita scripsi pro ἐκκρατοῦντα. P. κρατοῦντας. 3. ἄρχων Στέφανος ὁ Κωνσταντίνου] P. ἄρχων ὁ πατρίκιος Στέφανος Κωνσταντίνου. Cod. ἄρχων Στέφανος καὶ ὁ Κωνσταντῖνος. 5. θεῖος] P. υἱός.

castra voluit. veritus autem Romanos obtinentes tum Mediam, legatos mittit ad praetorem provinciae. erat is patricius Stephanus Constantini Lichudiae cognominati, qui plurimum apud tunc imperantem poterat, filius. petebat legatio Cutlumi liberum transitum, pollicens innoxium fore. praetor audita supplicatione legatorum ex conscientia debilitatis modestiam esse istam interpretans, copiis provinciae contractis, temere homo imperitissimus rei bellicae, proelium praecipitat cum experientissimis armorum Turcis, et quod erat consentaneum, re pessime gesta victus est, occisis Romanorum plurimis captoque ipso duce, quem Cutlumus, cum Brisium pervenisset, ibi vendidit, reversusque ad Sultanum infelicitatem expeditionis excusavit, ut potuit, obiterque sermoni mentionem intexuit Mediae, quam esse aiebat feracem omnium frugum bonorumque regionem, a mulieribus possessam; militum Romanorum ibi degentium expertam ignaviam oblique perstringens eo verbo. his confirmatus Sultanus, exercitum circiter viginti millium contra Romanos mittit, duce illi praeposito fratris filio Azane, Surdo cognominato, datis illi mandatis adeundae quam primum Mediae, et nisi sponte se dederet, vi subigendae. sic Turci coeperunt pugnare cum Romanis, successuque initiorum illecti deinceps perrexere bello nos petere in hunc usque

D νῦν πολεμοῦντες Ῥωμαίοις. ἀλλ' ἐπανίτω μοι ὁ λόγος πρὸς τὴν
ἀρχῆθεν ἀκολουθίαν.

11. Μανουήλ, ὡς εἴρηται, ὁ κουροπαλάτης στρατηγὸς
αὐτοκράτωρ τῶν ἑῴων ταγμάτων πρὸς τοῦ Διογένους ἀποδειχθείς,
περὶ τὴν Χαλτικὴν διατρίβων ἐφυλάττετο τὰς τῶν Τούρκων ἐπι-
δρομάς. ἐπεὶ δ' ἀπηγγέλη αὐτῷ παρὰ τῶν σκοπῶν ὡς πλῆθος
Τούρκων στρατηγὸν ἔχοντες τὸν Χρυσόσκουλον, ὃς ἐκ σουλτάνων
σειρᾶς ὥρμητο, τῆς δ' ἐξουσίας ἀντεποιεῖτο Περσῶν αὐτῷ προση-
κούσης, ἐπίασι τὰς τοῦ Ἀρμενιακοῦ κωμοπόλεις πορθήσοντες,
τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐχώρει κατὰ τῶν Τούρκων καὶ διεσκεδα-
P 25 σμένοις αὐτοῖς ἐντυχὼν ὡς εἰς προνομὴν ἐξιοῦσι ῥᾳδίως τούτους
ἐτρέψατο. ἔγγιστα δὲ τοῦ στρατοπέδου τῶν Τούρκων ἐν τῷ διώ-
κειν γενόμενος καὶ λόχοις αὐτομάτοις περιπεσὼν καὶ ἐπιπολὺ ἀν-
τισχὼν καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος, ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν καρτερεῖν
ἔτι τῆς Ῥωμαίων φάλαγγος εἰς φυγὴν τραπείσης καὶ διασκεδα-
σθείσης, ὥρμησε καὶ αὐτὸς εἰς φυγήν, κυκλωθεὶς δ' ὑπὸ τῶν
Τούρκων ἁλίσκεται ἅμα τοῖς δυσὶν αὐτοῦ γαμβροῖς, τῷ τε Με-
λισσηνῷ καὶ Ταρωνίτῃ· ἔπεσον δὲ καὶ τῶν λοιπῶν Ῥωμαίων ὀλί-
B γοι. ἀπαχθεὶς οὖν πρὸς τὸν Χρυσόσκουλον δεινὸν ᾤετο μὴ δρᾶ-
V 13 σαί τι τοῦ γένους ἐπάξιον, καὶ μέντοι καὶ δέδρακεν ἔργον ἀξιαφή-
γητον. διαγνοὺς γὰρ ὡς ἀποστάτης ἐστὶ τοῦ σουλτάνου ὁ τοῦτον
νικήσας καὶ τῆς Περσῶν ἐφίεται δυναστείας, δεῖν ᾠήθη ἀποπει-

7. Χρυσόσκουλον] Vide notas P.

diem. sed in gyrum susceptae narrationis ordinisque rerum reducenda nunc mihi oratio est.

11. Manuël, ut dictum est, curopalates, dux summus Orientalium copiarum a Diogene declaratus, circa Chalticam commorans Turcorum excursiones observabat. cum vero ei a speculatoribus indicatum esset, multitudinem Turcorum duce Chrysosculo e genere Sultanorum, principatum Persidis sibi, ut putabat, debitum ambiente, irruere in vicos limitis Armeniaci, animo eos vastandi, assumptis copiis contra Turcos vadit, quos et dispersos, utpote praedabundos offendens facile in fugam vertit. hinc cum fugaces usque ad proximam viciniam castrorum Turcicorum cupidius insequeretur, coorientibus in eum Turcis e locis antea occupatis, quae tunc usum insidiarum arte positarum ipsis praebuerunt, diu fortiter pugnans restitit. sed cum versa in fugam dissipataque phalange Romana, obsistere ipse unus amplius non posset, necessario et sero fugiens conclusus captusque a Turcis est cum duobus sororum suarum viris, Melisseno et Taronita. ceciderunt et reliquorum Romanorum pauci. abductus igitur ad Chrysosculum grave putabat, si non aliquid genere dignum efficeret suo, effecitque plane dignum in primis narratu facinus. cognito enim victorem suum defecisse a Sultano, et spe ambitiosa principatum Persarum versare animo, experiri hominem de-

ϱαν ποιήσασθαι τοῦτον. καὶ πϱοσελθὼν αὐτῷ καταμόνας καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετάζων, ἐπείπεϱ ἔγνω τὸν ἄνδϱα ἐν φόβῳ πολλῷ καθεστῶτα (ἠπόϱει γὰϱ ὡς πϱὸς τὸν σουλτάνον ἀξιομάχου δυνάμεως) ἠπίων ἥπτετο λόγων πϱὸς αὐτόν, καὶ δὴ μαλάξας τὸ τούτου σκληϱόγνωμον δϱαστικωτέϱων ἐχϱῆτο λόγων φαϱμάκοις πϱὸς τὴν δευτέϱαν ἀπόπειϱαν. τὰ δὲ ἦν ὡς ἐπείπεϱ τῆς βασιλείας ἐϱᾷ Πεϱσῶν καὶ πϱὸς τὸν κϱατοῦντα ταύτην ἀδυνατεῖ παϱατάξα- C σθαι ἅτε σπανίζων ἀξιολόγου δυνάμεως, οὐκ ἄν ποτ' αὐτῷ τὰ κατὰ σκοπὸν ἀποβαίη, εἰ μὴ πϱὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων αὐτομολήσειε κἀκεῖνον ξύμμαχον σχοίη καὶ πϱὸς τὸ πϱοκείμενον συνεϱγόν. ὁ δὲ ξυμβούλῳ τε ἅμα τούτῳ καὶ ὁδηγῷ χϱησάμενος ἅμ' αὐτῷ ταχέως τὴν βασιλίδα κατέλαβε, καὶ ὁ τοῖς ὅπλοις κϱατήσας ἑάλω λόγων δεινότητι. τοῦτο τὸ ἔϱγον εἰς μέγα κλέος τὸν κουϱοπαλάτην ἀνήγαγεν· καὶ γὰϱ ἦν ὄντως ἀξιεπαίνετον. φιλοφϱόνως οὖν καὶ ἄμφω ὁ βασιλεὺς ὑπεδέξατο καὶ δωϱεαῖς μεγάλαις τετίμηκεν.

12. Ἦϱος δὲ ἀϱχομένου κατὰ τῶν Τούϱκων ἐστϱάτευσεν D ἐπαγόμενος ξὺν αὐτῷ τὸν Χϱυσόσκουλον. γενομένου δὲ τούτου κατὰ τὴν Βιθυνίαν ὁ κουϱοπαλάτης ὠταλγίᾳ συσχεθεὶς τετελεύτηκε, μέγα πένθος τῷ βασιλεῖ καταλιπών· μάλα γὰϱ ἐφίλει τὸν ἄνδϱα. ὁ δὲ Χϱυσόσκουλος μικϱοῦ δεῖν καὶ συναπῆλθεν αὐτῷ. οὕτως ὑπὸ τοῦ πάθους νενίκητο, ὡς πϱοέσθαι βούλεσθαι καὶ αὐτὴν

22. οὕτως] Fort. add. γοῦν. *ibid.* αὐτὴν] αὐτός?

crevit; secretique opportunitate colloquii, introspecta eius mente, ubi timore illum urgeri magno deprehendit, quod se copiis Sultani mox contra se moturi sentiret imparem, blandis eum demulcere verbis aggressus est: sicque mollita primo illo delinimento duritie barbari, efficacioris velut medicaminis profuturam sic parato secundam hanc quamdam compositionem admovet, ait illi, quandoquidem imperium Persarum affectans, idoneas ad eius insessorem debellandum non haberet copias, nunquam voti compotem futurum, nisi ad Romanum imperatorem transfugiens, eum sibi adiungeret socium ad bellum Persicum. his ille auditis, utilis consilii auctorem, viae quoque ducem sibi esse voluit, statim cum illo Constantinopolim profectus. sic qui armis vicerat, arte verborum victus vicissim et captus est. magnam eo facto gloriam suo peperit nomini curopalates: et erat sane laude dignum insigni facinus. utrumque porro imperator benevolentissime exceptum muneribus magnis honoravit.

12. Inde sub veris initium expeditionem in Turcos suscepit, ducens cum ipso Chrysosculum. cum vero pervenisset in Bithyniam curopalates, dolore aurium correptus interiit, magnum luctum imperatori relinquens; multum enim amabat virum. Chrysosculus vero parum abfuit quin cum eo moreretur, tanta casum impatientia perturbationis ferens, ut superesse

τὴν ζωήν. ἀλλ᾽ οὕτω μὲν οὗτοι, ἡ δὲ τοῦ κουροπαλάτου μήτηρ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων διατρίβουσα, ἐπεὶ περὶ τῆς νόσου τοῦ υἱοῦ ἐπέπυστο, ὡς δεινή τις καὶ δυσαπάλλακτος αὕτη ὑποτοπάσασα, διαπεραιωθεῖσα ταχέως τὴν Βιθυνῶν καταλαμβάνει μητρόπολιν. P 26 μαθοῦσα δ᾽ ὅτι πρὸς τὸ κάκιον προχωροίη τῷ παιδὶ τὰ τῆς νόσου, τὸ ὄρος ὑπερβᾶσα ὅπερ ἐγχωρίως Ἀζαλᾶς ὠνόμασται, εὗρε τοῦτον περὶ τὰς ὑπωρείας τούτου ἔν τινι φροντιστηρίῳ ἐπ᾽ ὀνόματι τῆς θεομήτορος (Ἄλυπος ὄνομα τῇ μονῇ) πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγόμενον. βοῆς δ᾽ ἐπὶ τῇ ταύτης εἰσελεύσει γενομένης τοῖς περὶ τὸν κουροπαλάτην, ἐπείπερ ἑώρακεν οὗτος τὴν μητέρα φοιτήσασαν, ἐξήλατό τε σπουδαίως τῆς κλίνης, καὶ ταύτην περιπλακεὶς κατησπάζετο, μηδέν τι φθέγξασθαι δυνηθεὶς ἕτερον, μόνον δὲ αἰτησάμενος ταύτην κοινῆς ἄμφω ἀξιωθῆναι ταφῆς. ὁ μὲν οὖν αὖθις B ἀνακλιθεὶς τετελευτήκει μετὰ βραχύ. ἡ δὲ γενναία μήτηρ καὶ μεγαλόψυχος τὴν ὀφειλομένην ὁσίαν ἀποπληρώσασα τῷ υἱῷ καὶ τοσοῦτον πενθήσασα ὅσον εἰκὸς τὴν τοιοῦτον παῖδα ἀποβαλοῦσαν στρατιώτην τε ἅμα καὶ στρατηγόν, βραχύ τι τοῦ πάθους ἑαυτὴν ἀνενεγκοῦσα τὸν κλεινὸν ἐκπέμπει Ἀλέξιον συστρατευσόμενον τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ τῇ μητρὶ συνταξάμενος καὶ δακρύων κρουνοὺς ἀφιεὶς ἐπὶ δυσὶν ἐμερίζετο πάθεσι, σπλάγχνῳ τε μητρικῷ καὶ στρατείας ἐπιθυμίᾳ. καὶ γὰρ ἦν εἴπερ τις ἄλλος φιλοπόλεμός τε

2. τῇ βασιλίδι] P. ἐν τῇ βασιλίδι. 5. προχωροίη] V. προσχωροίη. 11. ἐξήλατο] V. ἐνήλλατο. fort. tamen scripsit ἀνήλατο quod est p. 46 D. 12. αἰτησάμενος] Ita P. pro αἰτιασάμενος.

amico se negaret velle: at curopalatae mater in urbe diversans regia, ubi trepido perculsa nuntio est de filii morbo, quem gravem et non facile curabilem suspicata est, traiecto statim freto Bithyniorum in urbem primariam se confert. ubi cum didicisset intendi morbum, peiusque habere filium, monte superato, quem indigenae Azalam nominant, eum offendit in quodam monasterio dei matri consecrato, cui Alypus nomen est, in declivitate montis sito, ibi inquam offendit filium mater extremum iam spiritum trahentem. clamore autem ad adventum matronae a circumstantibus sublato, excitatus aeger, ubi venientem ad se matrem vidit, vincente morbum affectu exsiluit e strato, amplexusque et osculatus parentem est, pauca tamen verba eniti valens, quibus a matre postulabat curare ut illa dignaretur sese una cum illa communi ambos sepultura condi. sub haec iterum reclinatus paulo post obiit. generosa vero ac magnanima mater iustis rite persolutis filio, luctuque ac lamentatione perfuncta, tantis quantis prosequi eam fas et par fuit talem filium tali tempore amissum militem simul et ducem, a moerore paulisper se revocans, inclytum Alexium ab se dimittit comitem expeditionis imperatori futurum. at ille matri valedicto, non sine uberibus lacrimis duobus hinc inde affectibus distrahebatur, materna videlicet caritate et iuvenili ardore militandi: neque enim erat ullus, cui vel pietate in matrem vel generoso

καὶ φιλομήτωρ. ἀπάρας οὖν ἐκεῖθεν τῆς πρὸς τὸν βασιλέα φερούσης ἥπτετο, καὶ δὴ φθάνει τοῦτον περὶ τὸ Δορύλαιον σκη- C νοῦντα καὶ τὸν στρατὸν συναγείραντα. ὁ δὲ τοῦτον ἰδὼν καὶ ἐν ἀναμνήσει τοῦ πάθους γενόμενος δακρύειν τε ἤρξατο καὶ περὶ τῆς V 16 ἐκείνου μητρὸς ἐπυνθάνετο. καὶ τέλος βιάζεται τοῦτον πρὸς τὴν μητέρα παλινοστῆσαι, τοῦτο φράσας ὡς οὐ καλόν ἐστι ταύτην ἐπὶ τοσούτῳ μεγέθει πάθους καταλιπεῖν ἀπαράκλητον, τῷ πάθει πάθος προσθέντας τῷ ἐκείνου θανάτῳ τὴν σὴν ἐπὶ μακρὸν ἀποδημίαν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλεύς. ὁ δ' ἐπειρᾶτο προσμένειν καὶ ξυνέπεσθαί οἱ κατὰ βαρβάρων στρατεύοντι. ἀλλὰ ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα οὐκ ἔπειθε· καὶ ἄκοντα γὰρ τοῦτον ἐπαναζεῦξαι D πρὸς τὴν μητέρα παρεσκεύασεν. ὁ μὲν οὖν ἀπῄει, ὁ δὲ βασιλεὺς πρόσω χωρῶν τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις συνήθροιζε καὶ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτῷ ἐξηρτύετο.

13. Γενόμενος δὲ περὶ τὴν Καππαδοκῶν τοὺς ἀρίστους ἅμα τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἐκκλησίαν ἐκάλει καὶ βουλὴν περὶ τοῦ πολέμου προὐτίθει, πυνθανόμενος δὲ εἰ χρὴ τὴν ἐπὶ Περσίδος ἐλαύνειν κἀκεῖσε τοῖς Τούρκοις συμπλέκεσθαι, ἢ μένοντα ἐπὶ τῆς ἰδίας τὴν ἐκείνων ἔλευσιν ἀναμένειν· ἠγγέλλετο γὰρ ἤδη καὶ ὁ σουλτάνος ἐξελθεῖν τῆς Περσίδος καὶ σχολῇ καὶ βάδην κατὰ Ῥωμαίων P 27 χωρεῖν. τοῖς μὲν οὖν ἐδόκει ὅσοι θρασύτερόν πως διέκειντο καὶ κολακικώτερον, μὴ μένειν, ἀλλ' ἀπιέναι καὶ συμπλέκεσθαι τῷ

2. Δορύλαιον] V. Δορύλεον. 3. συναγείραντα] V. συνέγειραντα. 14. αὐτῷ] P. αὐτάς. 17. δὲ] Fort. delendum.

bellicarum rerum studio cederet. inde igitur profectus ad imperatorem reperit eum congregato iam exercitu stativa circa Dorylaeum habentem, qui Alexio viso admonitus illo conspectu de casu Manuēlis, non tenuit lacrimas, et uti mater haberet percontatus est. ac tandem omnino imperat ad matrem ipsum reverti, praefatus aequum non esse illam in tali moerore consolationis expertem omnis relinquere: immo novo dolore a me ipso cumulatam, inquit, si morti maioris filii tuam ego in longinquam abductionem adiunxero. talia dicente Augusto excepit, instititque contra Comnenus multis orans, manere ut per eum in exercitu sibi et sequi ducentem ipsum adversus barbaros liceret. sed nihil dimovere imperatorem de sententia potuit. itaque quamlibet invitus reluctansque regredi ad matrem, praeciso principis iussu compulsus itineri se dedit domum versus: Augusto ulterius movente, et tum cogere Romanas undique copias, tum eas ad bellum instruere pergente.

13. Quo itinere cum in Cappadociam promovisset, praecipuis ducum convocatis de summa belli consultat, rogans ecquid praestaret irrumpere intra fines Persidis, ibique pugnare cum Turcis; an manentem intra limitem ditionis propriae ipsorum adventum exspectare. nuntiabatur enim Sultanum egredi iam e Perside, ac lento gressu in Romanos movere. ibi ferociores quique, quibusque assentari principi solemne erat, negare desidendum illic esse, sed vadendum occursandumque Sultano, et cum eo proeliandum in

σουλτάνῳ εἰσιόντι ἐν Βατάνοις τῆς Μηδίας. τῷ μαγίστρῳ δὲ Ἰωσὴφ τῷ Τραχανειώτῃ κατάρχοντι τότε ταγμάτων πολλῶν, καὶ τῷ δουκὶ πάσης δύσεως Νικηφόρῳ τῷ Βρυεννίῳ παντάπασιν ἐδόκει τὰ τοιαῦτα βουλεύματα σφάλλεσθαι, καὶ ἐξελιπάρουν τὸν βασιλέα, εἰ οἷόν τε εἴη, προσμένειν καὶ τοὺς πολεμίους ἕλκειν πρὸς ἑαυτὸν τὰς πέριξ πόλεις κατοχυρώσαντα καὶ τὰς πεδιάδας B ἐμπρήσαντα, ὥστε σπανίζειν τοῖς πολεμίοις τὰ ἐπιτήδεια· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, κἂν γοῦν καταλαβεῖν τὴν Θεοδοσίου πόλιν κἀκεῖσε στρατοπεδεύσαντα προσμένειν τοὺς πολεμίους, ὥστ᾽ ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων τὸν σουλτάνον ἀναγκασθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις συμπλέκεσθαι ἔνθα Ῥωμαίους ξυμβαλεῖν πρὸς πόλεμον συμφέρον ἐστίν. ἀλλ᾽ ἐδόκουν παρὰ κωφῷ ᾄδειν, καὶ τὰ τῶν κολάκων ἐνίκα. καὶ δέον ἀνδράσι τὴν οἰκείαν ἀρετὴν παραστήσασιν ὑπακούειν, ὁ δὲ τοῖς κόλαξι μᾶλλον προσεῖχεν ἢ τοῖς ὀρθὰ συμβουλεύουσιν, ἐπηρμένος τοῖς προλαβοῦσι τροπαίοις καὶ μέγα ἐπὶ τούτοις φρονῶν. καὶ γὰρ τό τε Μέμπετ φρούριον εἷλε καὶ Τούρκων ἀποσπάσι προνομευόντων ἐντυχὼν ἐτρέψατό τε τούτους καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ ἐζώγρησε. τούτοις οὖν ἐπαιρόμενος καὶ C θαρρήσας πέρα τοῦ δέοντος ἅτε καὶ πλείονα τῶν προτέρων ἐπαγόμενος ξυμμαχίαν καὶ δύναμιν, ἄρας ξὺν παντὶ τῷ στρατεύματι τὴν εὐθὺ Περσίδος ἤλαυνε καὶ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἐχώρει.

14. Γενομένῳ δὲ τούτῳ περὶ τὸ Μαζίκερτον ὁ Βασιλάκιος ὑπηντίαζε στρατὸν ἐπαγόμενος οὐκ ὀλίγον ἐκ Συρίας καὶ Ἀρ-

15. προλαβοῦσι] Cod. συμβαλλοῦσι. correxit P.

Batana Mediae parante ingredi. contra magistro Ioseph Trachaniotae magnae tunc parti copiarum praefecto, et duci totius Occidentis Nicephoro Bryennio, plane videbatur praeceps id errorique innixum consilium esse: rogabantque imperatorem ut, si posset, haereret in loco hostesque ad se eliceret, munitis interim civitatibus Romanae ditionis per circuitum, agrisque incensis ac vastatis, ne suppetere inde hostibus necessaria possent. sin movere inde certus esset, occuparet Theodosiopolin ibique castris positis hostes exspectaret. hinc enim fore ut inopia commeatuum Sultanus cogeretur pugnare cum Romanis loco ipsis ad victoriae spem commodiore: sed haec surdo canebantur. vicit adulatio, et turgens inani gaudio princeps, quod arcem Mempet dictam modo ceperat, et manus Turcorum praedantium caesis multis, paucis captis, fugaverat, sibi persuasit neminem unquam antea Romanum principem tanto in Persas tamque instructo civium sociorumve exercitu movisse. spebus inde magis magnis quam veris aut utilibus inflatus recta in Persidem universas copias perrexit ducere.

14. Hinc progresso usque Mazicertum Basilacius occurrit copias non paucas e Syria ducens atque Armenia. erat is ferox manuque fortis, prae-

μενίας, ὃς ῥωμαλέος μὲν ὢν καὶ τὴν χεῖρα γενναῖος θρασὺς δὲ ἄλλως καὶ δυσκάθεκτος ταῖς ὁρμαῖς, καὶ τὸν βασιλέα κολακεύειν βουλόμενος οὐδὲν ὑγιὲς ἐρωτώμενος ἀπεφθέγξατο. τοῦ γὰρ βεστάρχου Λέοντος τοῦ Διαβατηνοῦ γράμματα τῷ βασιλεῖ πεπομφότος, ὡς ὁ σουλτάνος φησὶ τὴν ἐκστρατείαν πυθόμενος καὶ δείσας τὴν δύναμιν, τὴν Περσίδα καταλιπὼν ἄπεισι φεύγων εἰς Βαβυλῶνα. D *τούτοις ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις ἀναπεισθείς, διχῇ τὸ στράτευμα διελὼν τὴν μὲν τῶν δυνάμεων αὐτόθι κατεῖχε, τὴν δὲ πρὸς τὸ Χλέατ ἐξαποστέλλει, στρατηγὸν ἐπιστήσας αὐτοῖς τὸν μέγιστον Ἰωσὴφ τὸν Τραχανειώτην, ἄνδρα δεινὸν ἐν στρατιωτικοῖς* V 17 *βουλεύμασί τε καὶ στρατηγήμασιν, ἀπρόθυμον δὲ τότε παντάπασιν ὄντα καὶ τῷ βασιλεῖ παραινοῦντα εἴσω τὰς δυνάμεις ἁπάσας κατέχειν καὶ μὴ μερίζειν τὸ στράτευμα, ἀγχοῦ τῶν ἐναντίων στρατοπεδευόντων. ὃς ὡς ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε, τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν πρὸς τὸ Χλέατ ἠπείγετο. πόλις δὲ τὸ Χλέατ ὑπὸ τοὺς Τούρκους τελοῦσα, καὶ φρουρὰν ἔχον ἀποχρῶσαν ἔνδοθεν Τούρκων.* P 28 *ἀλλ' οὔπω τρίτης διελθούσης ἡμέρας τοῖς ἐπὶ χόρτου συλλογὴν ἐξιοῦσιν ἐπιτίθενται Τοῦρκοι καί τινας μὲν ἀναιροῦσιν ἐνίους δὲ καὶ ζωγροῦσι. τοῦ ξυμβάντος γοῦν ἀπαγγελθέντος τῷ βασιλεῖ εὐθὺς ὁ Βασιλάκης μετεκέκλητο καὶ περὶ τῶν Τούρκων ἐπολυπραγμονεῖτο, τίνες τε εἶεν οἱ τὰς ἐπιθέσεις ποιούμενοι καὶ ὅθεν γῆς ἥκοντες. ὁ δὲ τῇ συνήθει θρασύτητι καὶ πάλιν χρη-*

1. *ῥωμαλέος*] Ita P. pro *Ῥωμαῖος*. 2. *καὶ τὸν βασιλέα*] *καὶ* fort. delendum. 10. *δεινὸν ἐν*] *δεινὸν μέν?*

cipitique irrevocabiliter impetu ruere solitus, quamcumque in partem incubuerat. qui quod tunc assentari Augusto libebat interrogatus, nihil sani respondit. interrogabatur autem de eo, quod vestarches Leo Diabatenus modo imperatori scripserat: Sultanum audito eius adventu desperantem rebus suis Perside relicta fugere Babylonem. quae imperator a Leone scripta a Basilacio voce firmata pro indubitatis habens bifariam divisit copias; partem ibi detinuit secum, aliam versus Chleat misit, duce ipsi praeposito maximo Iosepho Trachaniota, viro acri tum in consultationibus, tum in exsecutionibus bellicis, sed tunc quod iubebatur invitissime agenti. suadebat siquidem omnibus modis imperatori contineret simul intra limitem universas secum copias. quae enim sineret ratio in tanta castrorum hostilium vicinia exercitum longe mittere? sed haec saepe frustra causatum necesse ad extremum fuit obsequi, et cum sibi commissa exercitus parte in Chleat tendere. Chleat civitas est subiecta Turcis praesidio eorum idoneo insessa. nondum tertia hinc dies effluxerat, cum in nostros pabulatores irruentes Turci quosdam caedunt, alios capiunt. nuntiata re imperatori, vocatur extemplo Basilacius, qui curiose inquisitus de Turcis, qui essent undeque erumperent in istas incursiones, solita confidentia respondit, proximum eo-

σάμενος τοὺς ἐκ τοῦ Χλέατ ἥκειν ἐφ' ἁρπαγῇ διενίστατο. ἔλαθεν οὖν οὕτω τὸν βασιλέα ἡ τοῦ σουλτάνου ἔφοδος οὐ μακρὰν τοῦ στρατοπέδου ὄντος καὶ τὰ τοῦ πολέμου εὖ διατιθεμένου. B βουλόμενος γὰρ τὸν βασιλέα ἐπαγαγεῖν εἰς τὰ ἔμπροσθεν καὶ ἐντὸς ἀρκύων ποιήσασθαι, προδρόμους ἐξέπεμπεν, οἳ προέτρεχόν τε τοῖς ἵπποις περὶ τὸν τῶν Ῥωμαίων χάρακα, καὶ αὖθις ἀνθυπενόστουν ὥσπερ δρασμὸν ποιούμενοι. καὶ τοῦτο πολλάκις ποιοῦντες ἐνίους τῶν στρατηγῶν συνηρπάκασιν, ὧν ὁ πρῶτος ὁ Βασιλάκης ἦν. σπεύδων γὰρ οὗτος τὸν βασιλέα πληροφορῆσαι ὡς οὐκ ἐκ τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος εἶεν οἱ τὰς ἐκδρομὰς ποιούμενοι, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνοικούντων τῷ Χλέατ, ᾔτει συγχωρηθῆναί οἱ τοῦ χάρακος ἐξελθεῖν, καὶ τὸν ἀκινάκην σπασάμενος καὶ μυω- C πίσας τὸν ἵππον ἀσυντάκτως ἐχώρει κατὰ τῶν πολεμίων. καὶ οἱ περὶ αὐτὸν εἵποντο οὐ κατὰ τάξιν ἀλλ' ὥσπερ ἔτυχεν ἕκαστος. ἀμέλει καὶ τὴν ἄτακτον τούτων φορὰν οἱ πολέμιοι θεασάμενοι προσεποιήσαντο φεύγειν. ἐπεὶ δὲ πόρρω τοῦ χάρακος εἶδον αὐτοὺς ἐξελάσαντας, τοὺς χαλινοὺς ὑποστρέψαντες καὶ διεσκεδασμένοις αὐτοῖς προσβαλόντες νικῶσιν αὐτοὺς κατὰ κράτος. καὶ πίπτουσι μὲν πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν, ὡς μικροῦ δεῖν μηδ' ἄγγελον ὃ δὴ λέγεται διασωθῆναι τῆς συμφορᾶς, ἑάλω δὲ καὶ ὁ Βασιλάκης.

15. Ἐπεὶ δ' ἀπηγγέλη τῷ βασιλεῖ ὡς ὁ Βασιλάκης ἀσυντάκτως τοῦ χάρακος ἐξελθὼν κατὰ τῶν πολεμίων ἐλαύνει, τὸν

12. μυωπίσας] V. μυωπήσας.

rum praesidium esse urbem Chleat, inde hos sine dubio venisse, qui nostris occurrissent. adeo in profunda et supina ignoratione desidebat imperator viciniae Sultani, cuius castra copiis ipsius omnibus plena, optimeque ad rem gerendam parata in proximo erant. cum autem is cuperet paulo adhuc ulterius imperatorem intra suas insidias elicere, parvas missitabat cursorum manus, qui apparentes circa Romana castra statim fugerent, quod saepe facientibus instantes in fuga Romani quidam duces capti sunt, quorum primus fuit Basilaces. facere enim plenam fidem is imperatori studens dicti sui, quo affirmaverat excursiones istas Turcorum non a Sultani castris, sed ab urbe Chleat esse, petiit permitti sibi egressum e castris, strictoque acinace, et calcaribus equo adactis, sine ullo ordine in hostes currit, suis pari confusione sequentibus. Turci hac observata diligentia, quamquam sperandi causam offerri videbant, non timendi, tamen pavore simulato fugae se dederunt. ubi autem longe iam a castris suis distare palantes Romanos intellexere, versis impigre habenis in eos equitant, facileque dispersos vincunt. caeduntur multi militum, adeo, ut quod aiunt, ne nuntius quidem superesset cladis. Basilaces vero captus est.

15. Cuius incompositus egressus simul nuntiatus imperatori fuerat, vocato is duce Occidentis Bryennio laevo tum cornu praefecto, prodire sta-

δοῦκα πάσης δύσεως μετακαλεσάμενος τὸν Βρυέννιον τοῦ ἀριστεροῦ τηνικαῦτα κατάρχοντα κέρατος, ἐκπέμπει τοῦτον μετὰ τῆς D οἰκείας δυνάμεως ἀπιέναι τὴν ταχίστην κελεύσας, ὥς εἴ τι δεινὸν ἐπισυμβαίη τῷ Βασιλάκῃ ἐπαμύνηται τούτῳ καὶ τῆς ἐκτροπῆς ἐπαμύνηται· ἤδη γὰρ ἐν αἰσθήσει γενέσθαι ἤρξατο τοῦ κακοῦ. ὁ μὲν οὖν ἀπῄει καὶ τὰς δυνάμεις ἐξῆγε τοῦ χάρακος ἐξιών. οὐδένα οὖν ἑώρα φίλων ἢ πολεμίων σπεύδων ἐπὶ τὰ πρόσω παραχωροῦντα ἤρξατο δὲ ὁρᾶν περὶ γηλόφους πολεμίους συνεστηκότας. βραχὺ δὲ προϊὼν καὶ νεκροῖς ἐνέτυχε σώμασι καὶ ἠπόρει τί ποτ' ἂν ὁ Βασιλάκης γέγονεν. ἐντυχὼν δὲ στρατιώτῃ ἔτι ἐμπνέοντι ἐπυνθάνετο ποῦ ποτ' ἂν εἴη ὁ Βασιλάκης, καὶ τί τὸ περὶ αὐτοὺς ὁρώμενον. ὁ μὲν ἀπήγγελε σύμπαντα, οἱ Τοῦρκοι δὲ πανταχόθεν P 29 συνέθεον καὶ κυκλοῦν ἐπειρῶντο τὴν φάλαγγα. αἰσθόμενος τοῦτο ὁ δοὺξ παρεκάλει τοὺς στρατιώτας ἄνδρας ἀγαθοὺς ὀφθῆναι, καὶ μηδέν τι δρᾶσαι τῶν ἀγενῶν καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀνάξιον γενναιότητος. στρέψας οὖν τὴν φάλαγγα ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον συντεταγμένως ἐχώρει, τῶν ἐπιόντων μηδένα λόγον ποιούμενος. ὡς δ' ἔγγιστα τοῦ χάρακος γέγονε, μέρος ἀναλαβὼν τῆς φάλαγγος V 18 καὶ τοὺς ἄλλους προσμένειν κελεύσας ἐξαίφνης κατὰ τῶν ἐπιόντων ἐπήλασε καὶ ῥαδίως τούτους ἐτρέψατο. ἐπεὶ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑώρα B συνθέοντας παμπληθεί, πάντας ἀναλαβὼν ὑπέστρεψε πρὸς τὴν

2. κατάρχοντα] V. κατάρχοντος. 5. ἐπαμύνηται]? 6. χάρακος — ὁρᾶν] Fortasse: χάρακος. ἐξιὼν δ' οὐδένα μὲν ἑώρα φίλων ἢ πολεμίων, σπεύδων δ' ἐπὶ τὰ πρόσω ἤρξατο ἤδη ὁρᾶν — restat corruptum παραχωροῦντα, quod in παρὰ χῶρον mutavit P. 12. ὁρώμενον] δρώμενον? 15. ἀνάξιον] ἀναξίων?

tim eum iubet cum copiis, quae ipsi suberant, vel Basilacio, si opus foret, succursurum, vel alioqui excursiones importunas ulturum repressurumve. iam enim sensum aliquem mali ac periculi sui concipere imperator coeperat. fecit Bryennius quod iubebatur, cohortesque vallo educens aliquantumque progrediens, neminem aut amicorum aut hostium per campum vidit: exstantes procul tantum e quibusdam tumulis Turcos procul conspicit. paulo vero ulterius progressus cadavera caesorum reperit. cumque esset anxius quid Basilacio contigisset, forte in adhuc spirantem incidens militem, ubi esset Basilacius, et quae esset haec strages quam cerneret ab eo doctus, rediit Augusto nuntiatum cuncta. at Turci circum accurrebant undique, circuireque phalangem conabantur, id quod sentiens dux adhortatus milites fortiter agere, neque committere, ut a Romana virtute degenerare viderentur, versa phalangis fronte in castra instructo agmine ferri coepit certo gradu, nulla circum tumultuantium habita Turcorum ratione. ut autem ad viciniam proximam castrorum provectus est, subsistere in loco iussa phalangis parte, ipse subito cum ceteris in sequentes irruens facile illos vertit. ut vero coire Turcos reliquos festinareque in suorum auxilium maximo numero vidit, resumptis suis omnibus, phalangem repetebat: quando ab instantibus

φάλαγγα. ἐπιθεμένων δ' αὐτῷ τῶν Τούρκων καὶ κυκλωσάντων, δόρατι μὲν ἐτρώθη κατὰ τῶν στέρνων, βέλεσι δὲ δυσὶ κατὰ τῶν μεταφρένων. ἡρωϊκῶς δ' ἀγωνισάμενος πρὸς τὴν φάλαγγα διασέσωστο καὶ ξὺν αὐτῇ κατέλαβε τὸ στρατόπεδον. ἀπελθὼν δὲ πρὸς βασιλέα καὶ τὰ ξυμβάντα διηγησάμενος ἐκελεύσθη πρὸς τῇ σκηνῇ γενέσθαι καὶ θεραπεύειν τὰ τραύματα.

C 16. Καὶ τότε μὲν ἔμεινε παρὰ τῇ σκηνῇ· ἡμέρας δ' ἤδη διαγελώσης καὶ τοῦ ἡλίου ὁρίζοντα ὑπερβαίνοντος αὖθις μετεκαλεῖτο παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος. ὁ δ' ἀπῄει τῶν τραυμάτων καταφρονήσας. ὡς δὲ βουλὴ προετέθη ἢ πολεμεῖν ἢ εἴσω τὰς δυνάμεις κατέχειν, τοῖς μὲν ἐδόκει συνετῶς ἄγαν εἴσω μένειν τοῦ χάρακος καὶ τὰς δυνάμεις ἐκ τοῦ Χλέατ μεταπέμπεσθαι, τοῖς δὲ κόλαξι τἀναντία, εἰ μὲν καὶ οὕτω φρονοῦσιν, οὐκ ἔχω λέγειν. τέως δ' ἔδοξε, καὶ αὖθις ἐνίκα τὰ χερείονα. ἐξάγειν οὖν τὰς δυνάμεις ἐγένετο. οἱ δέ γε Τοῦρκοι κραταιότεροι αὖθις καὶ μετὰ πλείονος ἐπήρχοντο τῆς χειρός. καὶ δὴ προσβάλλουσι τούτῳ, D καὶ μάχης συστάσης πίπτουσι μὲν τῶν Τούρκων συχνοί, πίπτουσι δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων πλεῖστοι. ἐτρώθη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Βρυέννιος πολλαχοῦ τοῦ σώματος, ἀλλὰ δεινὸς ὢν περὶ τὰ στρατηγικὰ τὸ πλεῖστον τῆς φάλαγγος ἀσινὲς διεσώσατο. ὁρῶν δ' ἐπιόντας τοὺς Τούρκους ὁ βασιλεὺς ἐξῆγε καὶ αὐτὸς τὰς δυνάμεις ὡς ἐπὶ πόλεμον καὶ παρετάττετο πρὸ τοῦ χάρακος. ἡγεῖτο δὲ τοῦ μὲν δε-

9. τραυμάτων] Ita P. pro στρατευμάτων.

Turcis circumventus, vulnus in pectore accepit hastae cuspide, in aversa quoque parte corporis telis intus duobus. sic heroico certamine defunctus phalangi se suosque salvos adiunxit, cumque illa in castra reversus nihil prius habuit, quam adire imperatorem, cui narratis quae contigerant, ab eo iussus est in tabernaculo suo quiescere ac vulnera curare.

16. Quod tunc quidem ille fecit. posterae vero diei orto iam sole vocatus ab imperatore non excusavit, quod merito poterat, dolorem vulnerum: sed in consilio praesto adfuit, ubi deliberatione proposita, prodeundumne in aciem et pugnandum foret, an continendae intra vallum copiae? sapientibus quidem optimum factu videbatur manere in castris et temere dimissas versus Chleat copias curriculo inde accersi. adulatorum autem, an sic re vera sapientium, an contra mentem propriam compertae voluntati principis servientium, incertum, contraria praevaluit sententia: pessimumque consilium captum est educendi ad praelium exercitus. nec defuere Turci instructiori pleniorique ex adverso irruentes acie, confligitur. Turcorum multi, Romanorum plerique cadunt. Bryennius multis corporis locis alia nova vulnera accepit, dum partes agit boni ducis in illo periculo et praesenti, quo valebat plurimum in praeliis, consilio phalangis magnam partem illaesam servat. porro imperator venientes contra videns Turcos, educit et ipse copias velut ad praelium, aciemque pro vallo instruit. praeerat dextro cornu

ξιοῦ κέρατος ὁ Ἀλυάττης, ἀνὴρ Καππαδόκης καὶ συνήθης τῷ βασιλεῖ, τοῦ δ' εὐωνύμου αὐτὸς ὁ Βρυέννιος, τὸ δὲ μέσον τῆς φάλαγγος εἶχεν ὁ βασιλεύς. οὐραγεῖν δὲ ἐτέτακτο ὁ τοῦ καίσαρος υἱὸς ὁ πρόεδρος Ἀνδρόνικος τάς τε τῶν ἑταίρων τάξεις ἔχων καὶ τὰς τῶν ἀρχόντων, ἀνὴρ καὶ γένους λαμπροῦ καὶ πᾶσι κομῶν P 30
τοῖς καλοῖς· φρονήσει γὰρ τῶν ἡλίκων ἁπάντων ὑπέρτερος, καὶ ἀνδρικώτατος εἴπερ τις ἄλλος, καὶ ταῖς στρατηγικαῖς ἐντραφεὶς μελέταις, οὐ πάνυ δὲ φιλίως ἔχων πρὸς βασιλέα.

17. Οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸν βασιλέα βλέποντες παρατάττοντα τὸν στρατὸν οὐ κατὰ φάλαγγας οὐδὲ κατὰ λόχους (οὐδὲ γὰρ ἐβούλοντο Ῥωμαίοις εἰς χεῖρας ἐλθεῖν) ἡσύχασαν. ἀλλ' ὁ μὲν σουλτάνος πόρρω που ἱστάμενος τὰ πρὸς πόλεμον διετάττετο, ἀνδρὶ δέ τινι ἐκτομίᾳ τὰ μέγιστα παρ' αὐτῷ δυναμένῳ, Ταράγγης τούτῳ B
τὸ ὄνομα, τὰς πλείστας δυνάμεις παραδοὺς κύριον τοῦ πολέμου τοῦτον ἀπέδειξεν. ὁ δὲ εἰς πολλὰ μέρη τὸ στράτευμα διελὼν προλοχισμούς τε ἐποίει καὶ ἐνέδρας συνίστα, καὶ περιιέναι τὰς τάξεις Ῥωμαίων ἐπέταττε καὶ τοῖς τοξεύμασι χρῆσθαι πάντοθεν. οἱ δὲ V 19
Ῥωμαῖοι τῶν ἵππων αὐτῶν βαλλομένων ἠναγκάζοντο ἕπεσθαι. καὶ δὴ εἵποντο φεύγειν δοκούντων ἐκείνων. εἰς δὲ τοὺς λόχους καὶ τὰς ἐνέδρας περιπίπτοντες μεγάλως ἐβλάπτοντο. τοῦ βασιλέως δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων βουλομένου κίνδυνον ἀναδέξασθαι βάδην C

Alyattes, vir Cappadox, familiaris imperatoris; sinistro ipse Bryennius; mediam aciem ipse regebat imperator; postremi agminis cura commendata est Caesaris filio praesidi Andronico, sociorum ordines et principum habenti, iuveni utique, cui ad splendorem generis cumulus accedebat laudum omnium. nam et prudentia aequales facile omnes anteibat, et fortitudinis gloria cedebat nemini, experientia quoque rei bellicae insignis: quippe militarium artium functionumque meditationibus innutritus. sed parum idem benevole affectus erga imperatorem erat.

17. Ceterum Turci cum imperatorem cernerent in unum aciei corpus totum exercitum digerere, nec in partes manusque varias alias in hostem excursuras, alias in insidiis subsessuras tribuere, quieverunt ipsi, quoniam non constituerant id quod imperatorem parare videbant, decretorii praelii aleam iacere. at Sultanus longiuscule hinc distans cetera rei gerendae opportuna dispensabat eunucho cuidam valde apud ipsum gratioso, Tarangae nomine, plerisque attributis copiis et summa eius belli commendata. hic autem multas in partes exercitu diviso, manus alias in viciniora hosti loca promovet, alias retro idoneis stationibus sublocat, omnibusque imperat ambire circumque venire Romanos conentur, nec pugnam admoveri ad manus sinant, verum longe sagittas undique iaculentur. ad ea Romani cum vulnerari sagittis equos suos cernerent, hostem procul statim sequi cogebantur. tunc vero simulata fuga Turci nostros in paratas insidias trahebant, a quibus male mulctabantur, mactabanturque. porro imperatore obfirmante tamen animum in proposito acie certandi: ac propterea lento secum gradu Roma-

ἑπομένου καὶ προσδοκῶντος φάλαγγα Τούρκων εὑρεῖν καὶ αὐτῇ συρραγῆναι καὶ οὕτω κριθῆναι τὰ τοῦ πολέμου, οἱ Τοῦρκοι πανταχόθεν διεσκεδάννυντο. ὑποστρέψαντες δὲ μετὰ ῥύμης σφοδρᾶς καὶ κραυγῆς ἐπελθόντες Ῥωμαίοις τρέπουσι τὸ δεξιὸν κέρας. εὐθὺς δ' ἀνεχώρουν καὶ οἱ περὶ τὴν οὐραγίαν, καὶ τὸν βασιλέα οἱ Τοῦρκοι κυκλώσαντες ἔβαλλον πάντοθεν. ὁρμήσαντος δὲ τοῦ εὐωνύμου κέρατος ἐπαρήγειν οἱ Τοῦρκοι ἐκώλυον· κατὰ νώτου γὰρ
D οὗτοι γενόμενοι καὶ τοῦτον κυκλώσαντες φυγεῖν κατηνάγκασαν. ὁ δὲ βασιλεὺς παντάπασιν ἔρημος ἀποληφθεὶς βοηθείας τὸ ξίφος ἐγύμνωσεν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τοὺς δὲ καὶ φυγεῖν κατηνάγκασε. κυκλωθεὶς δ' ὑπὸ τῶν πολεμίων τοῦ πλήθους τὴν χεῖρα τιτρώσκεται καὶ γνωσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ὅστις ἐστὶ κύκλῳ περιστοιχίζεται πάντοθεν. καὶ τοξεύεται μὲν ὁ ἵππος αὐτοῦ καὶ ὀλισθήσας πίπτει, συγκαταβάλλει δὲ καὶ τὸν ἐπιβάτην.
P 31 καὶ τοῦτον τὸν τρόπον δορυάλωτος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων γίνεται καὶ πρὸς τὸν σουλτάνον ἀποκομίζεται δέσμιος, οὐκ οἶδ' οἷστισι λόγοις τοῦτο τῆς θείας προνοίας οἰκονομησάσης. ἑάλω δὲ καὶ λοιπῶν μοῖρα τῶν ἀρχόντων οὐκ ὀλίγη. τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν μαχαίρας ἔργον γεγόνασιν, οἱ δὲ διεσώθησαν. ἑάλω δὲ καὶ τό τε στρατόπεδον ἅπαν καὶ ἡ σκηνὴ ἡ βασίλειος καὶ τὰ χρήματα καὶ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τὰ κάλλιστα, ἐν οἷς καὶ ὁ πολυθρύλλητος μάργαρος ἦν, ὃν ὀρφανὸν κατωνόμαζον. οἱ δ' ἐκ τῆς μά-

18. λοιπῶν μοῖρα] λοιπῶν delendum videtur.

num ordinibus instructis exercitum versus hostes promovente. si forte structam pariter aciem illorum offendere alicubi posset, primum quidem agmina illa varia Turcorum artificiosa fuga dissipabantur. mox subito collecti magno tumultu vocibusque inconditis irruentes in Romanos, dextrum cornu in fugam vertunt. eo periculi articulo postremum agmen recessit. sicque nudata a tergo Romana acie circumventus omni iam ex parte imperator sagittarum undique nimbis obruebatur. nec laboranti aciei mediae laevum cornu ferre auxilium potuit: revocarunt enim id conantes circumfusi, ac pone lacessentes hostes tanta vi, ut circumventum quoque ipsum cornu laevum fuga passim effusa dilabi compulerint. hic deprehensus imperator, omnique destitutus auxilii spe, stricto ense in hostes ruit, multosque occidit, multos in fugam vertit; donec conclusus undique addensante sese multitudine hostium in manu vulneraretur. tum agnitus quis esset, maiorique ideo circum obsessus, atque omni simul ex parte appetitus impetu, primum deiicitur in terram, equo ipsius sagitta percusso, ac sessorem in communem secum ruinam trahente, deinde facile iam captus imperator vinctusque ad Sultanum ductus est, divina providentia occultis de causis tam inopinatum tamque acerbum permittente casum. capta quoque pars magna est ducum aliorum, ceteris aut caesis aut fuga servatis. castra etiam universa et ipsum Augustale pecuniaeque et insignium imperatoriorum speciosissima quaeque; in quibus et margaritum

χῆς διασωθέντες ἄλλος ἀλλαχοῦ διεσπάρησαν, τὴν ἰδίαν ἕκαστος καταλαβεῖν σπεύδοντες.

18. Οὐ πολλαὶ δ' ἡμέραι διεληλύθεισαν, καὶ τῶν δια- B δράντων τὸν πόλεμον ἄγγελός τις προλαβὼν τὸ δεινὸν ἐν τῇ πόλει ἀπήγγελε, καὶ αὖθις ἄλλος καὶ ἐπὶ τούτοις τρίτος καὶ τέταρτος, σαφὲς μὲν οὐδὲν ἀπαγγέλλειν ἔχοντες, αὐτὸ δὲ μόνον τὸ δεινὸν ἐξηγούμενοι καὶ ἄλλος ἄλλως διερμηνεύοντες· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν τὸν βασιλέα τεθνηκέναι κατήγγελον, οἱ δὲ ἑαλωκέναι, οἱ δὲ τετρωμένον τοῦτον ἰδεῖν καὶ κατὰ γῆς ἐρριμμένον, οἱ δὲ δέσμιον ἀπαγόμενον εἰς τὸ τῶν ἐναντίων στρατόπεδον. ἐπὶ συμβούλοις οὖν τῇ βασιλίδι τὰ πράγματα, καὶ ὁ καῖσαρ εὐθὺς μετεκέκλητο C περὶ Βιθυνίαν διάγων καὶ σχολάζων κυνηγεσίοις διὰ τὸ ὕποπτον εἶναι τῷ βασιλεῖ. μήπω δὲ τούτου καταλαβόντος ἡ βασιλὶς διηρώτα τί ποτε ἄρα χρὴ πράττειν. ἔδοξεν οὖν πᾶσιν ἐκεῖνον μὲν τέως ἐᾶσαι εἴτε ἑάλω εἴτε τέθνηκεν, ἑαυτῇ δὲ καὶ τοῖς παισὶ κρατύνεσθαι τὴν ἀρχήν. ἔτι δὲ μετεώρου ὄντος τοῦ πράγματος γίνεται κοινωνὸς ὁ καῖσαρ. ὁ δὲ τήν τε κοινοπραγίαν ἀσπάζεται, καὶ συμπράττειν ἀμφότερα ὅσα τῇ βασιλείᾳ προσήκει πράγματα τήν τε V μητέρα καὶ τὸν πρεσβύτερον τῶν υἱῶν ἀποφαίνεται, καὶ τὸν μὲν D

6. αὐτὸ] V. αὐτοί. 7. ἄλλως] P. ἄλλον. 18. ἀμφότερα] ἀμφοτέρους?

illud decantatum fuit, quod orphanum nominabant. qui vero cladi superfuere, alio alii dispersi sunt domum pro se quisque festinantes.

18. Non multi dies inde fluxerant, cum eorum, qui ex praelio fugerant, unus aliquis Constantinopolim perlatus, acerbi nuntii primus auctor fidem vix fecit, quam subinde alter tertiusque et quartus adstruere perrexerunt. horum varia quidem, nec explicata erat oratio, quae quisque diversa viderat, senseratque videlicet referentium, et in uno convenientium indicio magnae acceptae cladis, sed singulorum dicta conferentibus allucebat infortunii series, seque relatores diversi mutuo interpretari, nec aegre in unam concordem conspirare narrationem videbantur: dum alius exempli causa occisum imperatorem aiebat, alius captum, alter sese illum vidisse vulneratum humoque abiectum. postremo alii oculato testimonio affirmabant coram spectasse praesentes sese cum imperator in castra hostium ab ipsis victoribus abduceretur. gravem haec imperatrici obtulere consultandi causam. arcessitur extemplo e Bithynia Caesar, quod imperatori suspectus esset, venationibus illic indulgens, qui dum est adhuc in itinere, ad urbem Augusta convocato coetu procerum quaerebat quid opus facto esset. omnium concors fuit sententia, minus in praesentia videri de imperatore satagendum, nec anxie investigandum mortuusne is esset an tantum captivus: illud curandum unice ac sollicite agendum Augustae, ut sibi filiisque quam optime imperium firmaret. hac adhuc pendente deliberatione adest Caesar, et quid sentiat rogatus, consilium asserendi communiter matri filioque principatus incunctanter laudat, magnopereque auctor est, ut Eudocia cum Michaële primogenito princeps acclamaretur, ita ut Michaël quidem parentem suam Augu-

ὡς τεκοῦσαν σεβάζεσθαι, τὴν δὲ κοινὴν μετὰ τοῦ παιδὸς τὴν τῶν ὅλων ποιεῖσθαι οἰκονομίαν. οὕτω μὲν καὶ τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ ἐδόκει, καὶ ξυνετίθετο τῷ τοῦ θείου σκοπῷ. ἀλλ' οἱ τῶν κοινῶν κατατρυφᾶν πραγμάτων βουλόμενοι καὶ κέρδους ἕνεκα τοῦ σφετέρου τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν πραγματεύεσθαι, τὴν μὲν εἰς μοναρχίαν ἠρέθιζον, τὸν δ' ὁπλίζειν ἔσπευδον κατὰ τῆς μητρός.

P 32 19. Ἀλλ' οὔπω τούτου κατευνασθέντος τοῦ κύματος ἕτερον ἠγείρετο καὶ ἐπωρύετο. ὁ γὰρ Περσῶν ἀρχηγὸς ἐπειδὴ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων δορυάλωτον ἐθεάσατο οὐκ ἐπήρθη τῷ κατορθώματι, συνεστάλη δὲ μᾶλλον τῷ εὐτυχήματι καὶ μετριάζει τῇ νίκῃ τοσοῦτον ὅσον οὐδεὶς ἐνενόησε. παραμυθεῖται τὸν ἑαλωκότα, κοινωνεῖ τραπέζης, λύει αὐτῷ τῶν δεσμωτῶν οὓς ἐβούλετο, τελευταῖον καὶ αὐτὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἐλευθεροῖ. καὶ σύμβολα κήδους πεποιηκὼς καὶ ὑποσχέσεις παρ' ἐκείνου λαβὼν ἐνωμότους
B οὐκ ἀναξίας Ῥωμαίων (ἐβούλετο γὰρ ὁ βασιλεὺς μᾶλλον τεθνάναι ἢ ἀναξίας συμβιβάσεις ποιεῖσθαι τῆς ἑαυτοῦ γενναιότητος), αὖθις ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἐκπέμπει ἀρχὴν μεθ' ὅσης ἂν εἴποι τις προπομπῆς καὶ δορυφορίας. ὅπερ δὴ ἀρχέκακον ἐγεγόνει καὶ πολλῶν συμφορῶν αἰτιώτατον. τυχὼν γὰρ ὁ βασιλεὺς παραδόξως ὧνπερ οὐκ ἤλπιζεν, ἀπραγματεύτως ᾠήθη τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων λή-

4. κέρδους] Ita P. pro κέρδη. 15. Ῥωμαίων] P. addit ἀρχῆς.

stam appellet. ipsa vero communi opera consilioque cum filio rem publicam administret. acquievit patrui consilio Michaël, resque in eam rationem composita est, quamtumvis obturbarent quaestus causa proprii, qui fortunam publicam ad privatorum emolumentorum lucrosos usus derivare se sperabant posse, si potestas suprema tota in uno resideret capite. horum enim quidam Eudociam incitabant ad imperium sibi uni vindicandum: aliis e contrario Michaëlem adversus matrem armantibus.

19. Nondum hic fluctus resederat, cum alius exaestuavit vehementior. etenim Persarum princeps ubi Romanorum imperatorem captivum suum vidit, non est elatus in insolentiam successu tanto, sed quasi tempus se nactum ratus virtutis ostendendae propriae, quando tantum a fortuna extolleretur, moderatius quam omnino quisquam sperare potuisset, victoria usus est. consolatus enim humanissime captivum communi secum adhibuit mensae, aliosque Romanorum, quos et quam multos imperator voluit, ad eius arbitrium dimisit liberos. denique ipsum quoque libertati reddidit, solemni prius amicitiae foedere conscriptis sibi rite tabulis devinctum, exactisque ab eo iuris interpositione iurandi promissionibus nequaquam indignis Romana maiestate. nam si alias postulasset, paratus erat imperator mori potius, quam inhonestum consciscere quidquam, aut ad conditiones descendere, vel nomine Romano, vel propria generositate minus dignas. tum eum ad imperium suum remisit comitatu satellitioque instructum quam ornatissimo ac magnificentissimo. quae res initium occasioque magnorum malorum fuit. nactus enim imperator facilius omnino quam sperare potuisset unquam libertatem pristinam, existimavit nullo se negotio recuperaturum imperii Romani potestatem, quam

ψεσθαι αὖθις, καὶ ὥσπερ αὐτάγγελος τοῦ μετὰ τοῦτο μέγιστον ἐκείνου ἀτύχημα εὐτυχήματος τῇ βασιλίδι καθίστατο, γράμμασι τῆς ἰδίας χειρὸς ἃ συμβεβήκει τούτῳ σημειωσάμενος. θόρυβος C οὖν καὶ συνδρομὴ εὐθὺς περὶ τὰ βασίλεια, τῶν μὲν θαυμαζόντων τὸ γεγονός, τῶν δὲ ἀπιστούντων τῷ πράγματι. μετέωρος δὲ ἦν καὶ ἡ βασιλὶς σκεπτομένη τί ποτ' ἂν δράσειε, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν εὔνουν συγκαλουμένη παρεσκεύαζε σκέμματα.

20. **** δείσας γὰρ περὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῖν ἀδελφοπαίδοιν μὴ καὶ πάθοιεν δεινὸν τοῦ Διογένους αὖθις κατασχόντος τὴν βασιλείαν, τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν φύλακας εὐθὺς οἰκειοῦται. τοῦτο D δὲ τὸ γένος ὥρμητο ἐκ τῆς βαρβάρου χώρας τῆς πλησίον ὠκεανοῦ, πιστὸν δὲ βασιλεῦσι Ῥωμαίων ἀρχῆθεν, ἀσπιδηφόρον ξύμπαν καὶ πέλεκύν τινα ἐπὶ ὤμων φέρον. δίχα οὖν αὐτοὺς διελὼν τοῖς μὲν ἐκέλευσε τοῖς υἱέσιν ἕπεσθαι καὶ τὰ κελευσθέντα πληροῦν, τοῖς δὲ ξυνέπεσθαί οἱ καὶ ὁδηγῷ τούτῳ χρῆσθαι πρὸς τὴν μελετωμένην ἐγχείρησιν. ἀλλ' οἱ μὲν περὶ τὸν κλεινὸν Ἀνδρόνικόν τε καὶ Κωνσταντῖνον (οὕτω γὰρ ὠνομάζοντο ἄμφω τὼ παῖδε τοῦ καίσαρος) περιστάντες τὸν βασιλέα καὶ χορὸν περὶ αὐτὸν ἑλίξαντες, ἀθρόον ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα τῶν ἀνακτόρων ἀνάγουσιν, ἡγουμένων τῶν παί- P 33 δων τοῦ καίσαρος καὶ αὐτοκράτορα τὸν Μιχαὴλ ἀναγορευόντων. οἱ δὲ περὶ τὸν καίσαρα κτυπήσαντες τὰς ἀσπίδας ἀθρόοι καὶ βαρ- V 21

1. τοῦτο μέγιστον ἐκείνου] Malim τὸ μέγιστον ἐκεῖνο. 8. δείσας] Lacunam indicavit P. 9. μὴ καὶ] μή καί τι?

habuerat prius. ergo ipse nuntius prosperitatis suae litteras ad imperatricem dat manu scriptas propria, quibus quanta repente felicitas nupero infortunio successisset indicavit. tumultus hinc statim et concursus in palatium fieri, aliorum quidem mirantium quod evenerat, aliorum quod narrabatur non credentium. ipsa imperatrix anceps animi consiliique inops, convocatis quos sibi studere compererat, anxie deliberabat quid sibi esset agendum, nec perplexae rationis expediebat exitum.

20. At Caesar non deliberationibus ducendis, sed actionibus repraesentandis rem obtineri certius ratus, veritusque ne Diogene resumente imperium, tum suorum, tum fratris filiorum status periclitaretur, custodes aulae regiae more iam inolito adhiberi solitos fidei olim erga imperatores probatae milites sibi adiungit. est hoc genus e barbara longe insula profectum Oceano vicina. clipeus illis solemne gestamen cum securi de humeris pendente. horum agmen totum bifariam partitus, alios quidem iussit filiis suis obsequi, quoque ducerent ire, ac quae iuberent facere; alios ipse sibi ducendos sumpsit, quo expedire iudicaret ad cogitatam vim. et Andronicus quidem Constantinusque (sic filii Caesaris ambo vocabantur) circumdatum imperatorem choro velut quodam festine provehunt in superiorem palatii partem, ibique praeeuntibus acclamationi filiis Caesaris, Michaël imperator salutatur. qui vero cum ipso erant Caesare, pulsantes scuta magno motu

βαρικὸν ἀλαλάξαντες τάς τε ῥομφαίας πρὸς ἀλλήλων συντρίψαντές τε καὶ συγκροτήσαντες περὶ τὴν βασιλίδος ἐχώρουν σκηνήν. ἡ δὲ τοῦ θορύβου καὶ τῆς κραυγῆς αἰσθομένη οὐδὲ καθεκτὴ ἔτι ἦν, ἀλλὰ τῆς κεφαλῆς περιελομένη τὸ κάλυμμα ἐπί τι οἴκημα ἄδυτον ἐμφερὲς σπηλαίῳ ἐξώρμα. καὶ ἡ μὲν ἐδεδύκει τῷ φωλεῷ, οἱ δὲ περιειστήκεισαν τὸ στόμιον ἀλαλάζοντες καὶ φόβον μέγιστον αὐτῇ ἐπισείοντες. καὶ μικροῦ ἂν ἐτεθνήκει, εἰ μὴ ὁ καῖσαρ εἰσδὺς τὸ πολὺ τοῦ φόβου αὐτῇ διελύσατο. ξυνεβούλευε γοῦν ἀπιέ-
B ναι τῶν ἀνακτόρων αὐτήν, μὴ καὶ πάθῃ τι τῶν ἀνηκέστων πρὸς τῶν φυλάκων. ἡ δὲ ἐπείθετό τε καὶ κατῄει ὡς ἐπὶ θάλασσαν, καὶ εἰς τὸν δρόμωνα τὸν βασιλικὸν εἰσελθοῦσα ἀπῄει ἔνθα οἰκεῖν κατακέκριτο, εἰς ὅπερ αὕτη δηλαδὴ τοῦ Στενοῦ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τέμενος τῇ θεοτόκῳ ἱδρύσατο. οὔπω συχνὸς παρερρύη καιρός, καὶ δεύτερον κατ᾽ αὐτῆς δόγμα γίνεται εἰς τὴν μοναδικὴν αὐτὴν μετατεθῆναι ζωήν. καὶ αὐτίκα δὴ καὶ τοῦτο τετέλεστο. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὴν βασιλίδα εἰς τοῦτο συντέτακται.

21. Διογένης δ᾽ ὁ βασιλεὺς τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολυθεὶς
C δεινὸν ἡγεῖτο εἰ μὴ αὖθις τῆς ἀρχῆς ἐπιλάβοιτο. καὶ δὴ πέμπων εἰς τὰς ἁπανταχοῦ πόλεις καὶ χώρας στρατεύματά τε συνήθροιζε καὶ χρήματα εἰσεπράττετο. ἤδη δὲ πλήθους αὐτῷ συνερρυηκότος στρατηγικῆς φάλαγγος τὸ διὰ πάσης γλώττης βοώμενον πόλισμα, φημὶ δὲ τὴν Ἀμάσειαν, μετὰ παντὸς τοῦ στρατοπέδου καταλαμ-

7. μικροῦ] V. μικρόν.

vocemque barbaricam cum flictu romphaearum aliorumque armorum invicem de industria collisorum terrifice miscentes ad Augustae tabernaculum se conferunt. illa tumultu strepituque audito incredibiliter consternata est, nec teneri potuit quin tegmine capitis detracto in obscurum gurgustium speluncae non absimile sese trepide abderet, ubi delitescenti milites obsidentes aditum loci ululatu incondito tantum terroris incussere, parum ut a morte ex metu nimio abfutura videretur, nisi Caesar ingressus magnam ei formidinis partem demeret: qui ei auctor fuit exeundi palatio, ne quid acerbum indignumve a militibus eius custodibus pateretur. acquiescens eius consilio Augusta descendit mare versus et regium dromonem ingressa eo se contulit, ubi definita ipsi habitatio erat. nempe in templum, quod ipsa deiparae condiderat, Steni sive angustiarum dictum, quod ad freti fauces prope mare situm esset. neque illic tamen diu esse ipsi quietae licuit; brevi enim alterum decretum exstitit, quo iubebatur transire in professionem vitae monasticae, quod et continuo exsecutioni mandatum est. in hunc modum de imperatrice statuere placuit novi regiminis moderatoribus.

ἀποδόσθαι τιμῆς χρυσίου χιλιάδων συχνῶν ἠκηκόει. τούτων
ἐκεῖνος ἀκούσας τῶν λόγων ἀπήλλακτό τε τῆς πολλῆς ἀθυμίας,
καὶ πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἔσπευδεν ἐφ' ᾧ τὸ χρυσίον
P 46 ἀναλαβεῖν καὶ τὸν ἀδελφὸν πρίασθαι. ἡμέραις οὖν ὀλίγαις τοῦτο
συναγαγὼν ἀπῄει ὡς ἐπὶ Ἄγκυραν, καὶ σπεύδων ταχέως καταλα-
βεῖν τό τε πλεῖστον τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας τὸ πᾶν ἤλαυνε.
περὶ ἑσπέραν δὲ βαθεῖαν φθάσας εἰς τὴν Ἄγκυραν καὶ τὰς τῆς
πόλεως πύλας εὑρὼν κεκλεισμένας ἐζήτει ταύτας ἀνοιχθῆναί οἱ.
οἱ δ' ἐντὸς τοῦ ἄστεος δεδιότες μή πως ὑπ' ἐχθρῶν ἐνεδρεύοιντο
διὰ τὸ μὴ πάνυ τι πόρρω τοὺς Τούρκους ἔτι στρατοπεδεύειν ἀπή-

1. *Ἄγκυραν*] V. hic et aliis locis *Ἄγγυρα*, quod fortasse ferendum erat in huius aetatis scriptoribus. *ibid.* *ἔφθη*] V. *ἔφη*. 2. *εἰς ὃ*] V. *εἰς τό*.

fecit, directo itinere Ancyram versus, ubi se fratrem reperturum falso delusus indicio sperabat, quod ei quidam e praelio fuga servatus de fratre percontanti affirmasset evasisse illum manus insequentium Turcorum salvum atque incolumem perlatum in quodquam oppidulum quod etiam designabat. ex quo eum Ancyram se recepturum Alexius non dubitans in istam urbem velut ad complexum fratris festinabat. sed eunti falsitas indicii demonstrata est certisque documentis persuasum captum esse fratrem, cuius sensum infortunii acerbiorem etiam error praecedens spei frustra conceptae reddebat. itaque moerorem ille quidem et animo concepit magnum et lacrimis veris suspiriisque testatus est. non tamen iter necessarium luctu interrupit aut retardavit.

8. Perlatus ergo Ancyram dimisit statim quoquo versum qui explorarent de fratre certa referrentque, e quibus cum comperisset barbaros eius detentores paratos esse liberationem eius multis aureorum millibus vendere, respirare coepit ad talem nuntium, et ad oblatam recuperandi cari capitis facultatem magna moeroris ex ipsius iactura orti parte levatus curriculo se contulit in urbem regiam pecunias inde sumpturus, quibus fratrem redimeret. paucis inde diebus negotio confecto cum Ancyram festinaret diemque ac noctem continuato itinere fessus, clausis iam urbis portis, quippe nocte concubia pervenisset, sublato clamore poscebat aperiri sibi ianuas. id facere verentibus custodibus, quod in vicinia Turcorum castra non procul illinc habentium periculose id tali hora fieri videretur

τουν οἵτινες εἶεν εἰπεῖν. καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀλέξιον εὐθὺς ὅστις εἴη ἀνεδίδασκον. κἀντεῦθεν συνέβη τι ἡδονὴν παρέχον τοῖς φιλα- B κροάμοσιν, οὐκ ἐκείνοις τότε μόνον ἀλλὰ καὶ νῦν. ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ Κομνηνὸς ἀπῄει Ἀλέξιος τὴν τιμὴν ἄξων τῷ ἀδελφῷ, δείσας ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος μὴ πόρρω τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων γενόμενος δυσχερέστερον τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγείη, πρὸς τὰς κύκλῳ διεπέμπετο πόλεις καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἀνεδίδασκεν ὡς ἁλῴη καὶ ὡς βούλοιντο τιμῆς αὐτὸν ἀποδιδόναι οἱ βάρβαροι, ἠξίου τε τῆς τιμῆς κομίζειν ὁπόσον ἕκαστος δύναιτο πρὸ τοῦ πόρρω τοὺς βαρβάρους τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων γενέσθαι, καὶ ὑπισχνεῖτο πάντα σὺν τόκῳ C ἀποδοῦναι σφίσι τὰ κομισθησόμενα. πολλοὶ γοῦν τῶν εὐπόρων χρυσίον πεπόμφασιν αὐτῷ, καὶ τὸ μὲν ἀπέδοτο τοῦ τιμήματος, τοῦ λοιποῦ δὲ χάριν ὁμήρους καταλιπὼν τῶν δεσμῶν ἀπολέλυτο καὶ τὴν τῶν Γαλατῶν μητρόπολιν κατέλαβεν Ἄγκυραν. ξυνέπεσε γοῦν ἄμφω τὼ ἀδελφὼ εἰς μίαν ἡμέραν τὴν πόλιν καταλαβεῖν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν προφθάσας ἐπί τινος οἰκήματος τῶν πυλῶν ὄντος ἄνωθεν ἀνεπαύετο, τὰς πύλας κλείσας καὶ τὰς κλεῖς κατέχων αὐτός. ὡς δ᾽ ἠκηκόει τοῦ ἀδελφοῦ φωνοῦντος ἔξωθεν, ἀνήλατό D τε τῆς κλίνης καὶ τὰς κλεῖς λαβὼν ἐπὶ τὰς πύλας ἔθεεν. ἀνοίξας οὖν εἰσῆγε πάντας ἔνδον τῆς πόλεως. ὁ δὲ θαυμασιώτατος Ἀλέξιος αὐτὸν ἀπροσδοκήτως θεασάμενος (οὔπω γὰρ πέπυστο περὶ

18. ἀνήλατο] V. ἀνήλλατο.

ac percontantibus vicissim, quinam demum essent qui talia peterent? proclamatum ab Alexii comitatu est adesse ipsum, quam vocem iucundissimam praesentibus effecit casus tum quidam hodie quoque non sine voluptate memorandus. nimirum interim dum confecturus pretium fraternae redemptionis excurrerat in urbem Alexius, Isaacium captivum res suas reputantem cura subiit vitandum si qua posset sibi esse, ne antequam de liberatione sua transactum esset quippiam longius a Romanae ditionis finibus recederent barbari; tunc enim difficilius negotium fore. missis igitur in vicinas civitates nuntiis, cum sese captum et detentores pecuniam pro suo capite pacisci paratos docuisset postulassetque, ut quantum quisque amicorum posset conferre pecuniae ad sui liberationem ne gravarentur priusquam longius a Romano limite abscederent barbari, sancte pollicens cuncta ipsis cito cum usura reponenda, ad eam invitationem locupletibus multis auri magnam vim mittentibus, pretii quod petebant Turci partem numeravit, pro parte reliqua datis obsidibus cavit, sicque liber abire permissus Ancyram eandem ipsam Galatarum metropolim eadem illa commodum se die contulit, qua reducem Constantinopoli Alexium eodem pervenisse iam diximus. ceterum Isaacius prius ingressus in quodam domicilio supra portas sito conquiescebat obseratis portis, quarum ipse claves asservabat. ut autem vocem fratris exterius clamantis audivit, exsiliit e strato clavibusque sumptis ad portas accurrit apertisque iis omnes introduxit in civitatem. at praeclarus Alexius ipsum inopinatissime cernens (nihil enim adhuc de illius liberatione audierat) desi-

αὐτοῦ) κατεπήδησέ τε τοῦ ἵππου καὶ περιπλακεὶς κατησπάζετο. θυμηδίας οὖν ὅτι πλείστης πλησθέντες ἀνῄεσαν ὡς ἐπὶ τὸ δωμάτιον. καὶ ὁ μὲν ἐδείπνει ἄσιτος ὢν τὸ παράπαν, ὁ δὲ ἃ πάθοι κατὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπήγγειλε. καὶ ἦν ὁ δεῖπνος ἐκείνοις μετὰ ἡδονῆς καὶ δακρύων.

9. Τρισὶν οὖν ἡμέραις ἀναπαύσαντες ἑαυτούς τε καὶ τὰ ὑποζύγια, ἐπεὶ περὶ τῶν Τούρκων ἐπύθοντο ὡς πόρρω γένοιντο
P 47 τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων, ἄραντες ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἐπορεύοντο. περαιωθέντες δὲ τὸν Σαγγάριον τὴν Νικομήδους καταλαβεῖν ἠπείγοντο. διιοῦσι δὲ τούτοις τὸ χωρίον ὃ Δέκτη καλεῖται, τῶν συνήθων τις ὑπηντίαζε καὶ παρεκάλει παρὰ τῇ οἰκίᾳ τούτου γενέσθαι καὶ ἑαυτοὺς βραχύ τι διαναπαῦσαι. εἴ-
V 32 ξαντες οὖν ταῖς τοῦ ἀνδρὸς παρακλήσεσιν ἀπῄεσαν, καὶ τῶν ἵππων ἀποβάντες ἀνῄεσαν ἐπὶ τὸ δωμάτιον. καὶ οἱ μὲν ἀνεπαύοντο, ὁ δ' ἑστιάτωρ τὸ δεῖπνον ηὐτρέπιζε μάλα ἀσμένως, ὅτι τοιούτους
B ὑπεδέξατο δαιτυμόνας. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ξυνέβη Τούρκους περί που διακοσίους κατιέναι ἐπὶ προνομῇ, οἳ καὶ διώδευον τὴν ὁδὸν ἐπὶ τὰ πρόσω σπεύδοντες καὶ μηδένα λόγον τῶν κατὰ πάροδον Ῥωμαίων ποιούμενοι. ἀγρώτης δέ τις ἀροτριῶν αὐτοὺς θεασάμενος καὶ οἠθεὶς τοῦ μέρους εἶναι τῶν προκληθέντων, ἐφώνει καὶ αὐτοὺς ἐκάλει καὶ τὸν μέγαν δομέστικον ἐπιδεικνύειν ἐπηγγέλλετο. οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενοι ἐπειδήπερ ἐμάνθανον ξὺν
C ὀλίγοις τοῦτον ἐπιξενίζεσθαι, ἐξελάσαντες τὴν οἰκίαν τε ἐκύκλουν

luit ex equo complexuque atque osculo salutavit fratrem, quando incredibili uterque perfusi gaudio in id, quod dixi coenaculum ascenderunt, ubi coenante Alexio, qui nihil adhuc eo die gustaverat, Isaacius quae passus esset in captivitate narrabat. itaque non sine dulcibus utrimque lacrimis transacta coena est.

9. Hinc triduo curandis hominum iumentorumque corporibus dato, ubi audiere recessisse Turcos procul a Romanis finibus, coepto ipsi Constantinopolim versus itinere cum post traiectum Sangarium Nicomediam peterent, ecce praetereuntibus illis oppidum non magnum Decten vocatum occurrit vir olim notus pro familiaritate rogans, domum ut ad suam in proximo sitam diverterent modicum illic quieturi. victi precibus omissisque equis in cubiculo superiori quiescebant, hospite interim occupato in parando prandio plurimumque sibi gratulante, quod tales apud se convivas cerneret. verum interea forte contigit ducentos Turcos praedandi causa vagantes illac descendere, qui cum innoxie transirent ulteriusque omnino animos ac spes intenderent, rusticus eos arator conspicatus ac sibi persuadens esse illos e comitatu Comnenorum, quos modo transeuntes viderat, magna compellatis voce dixit sese iis ostensurum ubi esset magnus domesticus. illi ad hominem coeuntes ubi ex ipso cognoverunt exceptum domesticum hospitio cum paucis in domum ipsis ostensam, eam statim obsederunt undique omnesque exitus

καὶ τὰς διεξόδους ἐτήρουν. πορθεῖν δὲ ταύτην οὐκ ἐπεχείρουν δεδιότες τοὺς ἔσωθεν. ὡς δ' ἐγνώσθη τὰ συμβάντα τοῖς ἔσωθεν, οἱ μὲν τούτων ἦσαν ἐν ὅπλοις εὐθὺς ὅσοι γενναιότατοι καὶ ἀλκιμώτατοι, οἱ δὲ πρὸς δρασμὸν ἐχώρουν ἅτε πλῆθος ὄντες σύμμικτον καὶ θητικὸν τὸ πλεῖον, τοῖς δὲ ἐδόκει βέλτιον, οἳ καὶ μεγέθει σωμάτων τῶν ἄλλων διέφερον καὶ μεγάλως ηὔχουν ἐπὶ στρατόν, μηδαμῶς εἰς χεῖρας ἰέναι τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ τὰ ὅπλα ῥίψαντας αὐτομολῆσαι τοὺς βαρβάρους, ὅρκια λαβόντας ἐκεῖθεν ὥστε μὴ θανεῖν. θροῦς οὖν ἐπὶ τῷ λόγῳ ἤρθη πολύς, τῶν μὲν D
ἐπαινούντων τὸ δόγμα τῶν δ' ἀμφιβόλως ἐχόντων. ὁ δὲ γενναῖος Ἀλέξιος κατασιγάσας τὸν θόρυβον τοιῶνδε πρὸς αὐτοὺς ἤρχετο λόγων.

10. "Ἐμοὶ μέν, ὦ ἄνδρες, τὸ μηδ' ὅλως ἀποπειρᾶσθαι τῶν πολεμίων, ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν προδοῦναι καὶ προῦπτον κίνδυνον πρὸς τὸ δειλίας ἔγκλημα φέρειν καὶ πάσης εὐηθείας δοκεῖ εἶναι μεστόν. οἶμαι γὰρ μὴ ὅτι γε Ῥωμαίους ἄνδρας τῶν εὖ γεγονότων τοῦτο δρᾶσαί ποτε, ἀλλ' οὐδὲ γυναῖκας εὐγενεῖς τε καὶ σώφρονας. πρὸς γὰρ τὸ δεινὰ παθεῖν καὶ τὸν ἔλεον τῶν ἀνθρώπων ἀφ' ἡμῶν ἀποκλείσομεν καὶ τῶν εἰς τὸ μέλλον ἐγκωμίων ἀποτευξόμεθα, ἃ τοῖς γενναίως ἀγωνισαμένοις καὶ ἀξίως τῆς σφῶν εὐγενείας *** θανόντες ἐλεοῦνται μὲν παρ' ἰδιωτῶν, ἐπαι- P 48

8. τοὺς] πρὸς τούς? 18. τὸ] τῷ? 21. εὐγενείας] Indicavi lacunam.

praesidiis munierunt: vi aperta abstinuere tantisper, quod acres obsessorum impetus si palam oppugnarentur erupturos metuerent. ut vero intellectum periculum intus est repente quibus animi et vires ad arma concurrunt. pleraque autem imbellis mixta e mercenariis turba circumspiciebat fugam. quibusdam etiam alioqui praevalentibus et vasto corpore multa sese in exercitu fortitudinis ostentatione iactare solitis ignavissimum consilium placebat, nequaquam aientibus tentandam sibi videri pugnae cum Turcis aleam, sed abiectis armis deditionem faciendam fide incolumitatis prius ab obsidentibus accepta. ad eam vocem murmur ortum est varium quorumdam laudantium sententiam aliorum inter utrumque dubitantium. at generosus Alexius tumultu ad breve silentium sedato hanc orationem exorsus est.

10. "Mihi quidem, o viri, nos visu solo debellatos hostium nec vim expertos ullam ultro in voluntariam servitutem ac praesens periculum nos coniicere praeter vituperationem ignaviae stultitiae quoque inconsultissimae videtur plenissimum. existimo enim, non dicam Romanos ullos viros ingenuis ortos natalibus numquam quid simile fecisse, sed ne mulieres quidem nobiles et pudicas id facturas umquam. in eo quippe id agimus, ut in servilibus cruciatibus reliquisque captivitatis malis nullum nobis solatium vel a misericordia vel a laude ac praedicatione hominum faciamus reliquum. enimvero qui nobili exantlato certamine fortuna belli adversa succumbunt, gene-

νοῦνται δὲ παρὰ σοφῶν, μακαρίζονται δὲ παρὰ πάντων. οἱ δὲ
σφᾶς αὐτοὺς προδόντες εἰς δουλείαν ἢ κίνδυνον πάσης συγγνώμης
πόρρω τυγχάνουσι, ταλανίζονται δὲ παρὰ πάντων τῆς ἀθλιότητος.
ἀλλ᾽ ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι δέον σκοπεῖν, τοῦτο δὴ τὸ
τοῦ λόγου. εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, ὅσοις μὲν ὅπλα ἀγχέμαχα
πρόσεστι λαβόντες ταῦτα πρὸς τῇ ἐξόδῳ στῶμεν, ὅσοις δὲ τόξα
B καὶ βέλη ἐπὶ τοὺς ὀρόφους ἀνίτωσαν. τὸ δὲ θητικὸν ἅπαν καὶ
ἀπόλεμον, καὶ ὅσοι πολεμικοὶ μέν εἰσιν ἵππων δ᾽ ἀποροῦσι καὶ
ἐφ᾽ ἡμιόνων ὀχοῦνται, στήτωσαν ἡμῶν ὄπισθεν. εἶτα οἱ μὲν
ἄνωθεν τὰ βέλη πεμπέτωσαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, αὐτοὶ δὲ τὰς
πύλας ἀναπετάσαντες χωρῶμεν κατ᾽ αὐτῶν σφοδροτάτῃ ῥύμῃ τῶν
ἵππων. ἐπειδὰν δ᾽ ἐκεῖνοι φεύγοντες πόρρω τῶν διεξόδων γένων-
ται, οἵ τε ἄνωθεν ὄντες καταβάντες καὶ ἱππασάμενοι ἐξίτωσαν
καὶ τὸ λοιπὸν συνεπέσθωσαν πλῆθος. ἀπέστωσαν δὲ τῆς ὁδοῦ ἐν
V 33 τάξει φάλαγγος καθιστάμενοι. πλὴν ἅπασιν ἔστω σκοπὸς εἷς μὴ
C διαλῦσαι τὴν τάξιν μηδὲ διασκεδασθῆναι. ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἡμεῖς
κατὰ τῶν πολεμίων χωρῶμεν, οἱδ᾽ ἀπίτωσαν βάδην, ἐπειδὰν δ᾽
οἱ πολέμιοι καθ᾽ ἡμῶν ἐξορμήσωσιν, ἑστηκέτωσαν. ἐγγὺς δὲ
ὄντων τῶν στενωπῶν, ἐπειδὰν ἐν αὐταῖς γενώμεθα πάντες, τῶν
ἵππων ἀποβησώμεθα. καὶ πείθομαι μὴ ἂν τοὺς πολεμίους κατα-
τολμῆσαι πλησίον ἡμῶν γενέσθαι."

3. δὲ] Hoc addidi. 5. πείθεσθε] Ita P. pro πείθεσθαι. 13. ἐξίτωσαν] V. ἐξιέτωσαν. 14. ἀπέστωσαν] Bekker ἀπτέσθωσαν. 17. ἀπίτωσαν] V. ἀπιέτωσαν.

rositatis suae fructum illum referunt, ut commiseratione ab indoctis, laude a sapientibus digni iudicentur, felices vero praedicentur ab omnibus. at qui se ipsos ignave dedunt in servitutem aut periculum omnis sibi veniae spem praecidunt, illaudatique ac miseri publica ignominia traducuntur. videndum igitur nobis quoque fuerit, prout esse in ore honestorum hominum solet, ut aut honeste vivamus aut honeste moriamur. si quid igitur mihi creditis, quibus hastae ac gladii ad manum sunt, iis arreptis ad ianuam stemus; qui arcubus sagittisque sunt instructi tectum conscendant. imbellis vero turba rusticorum aut famulorum, quique alioqui militares equis carent mulis conscensis retro nobis adstent. tum qui tectum inscenderint tela inde in hostes mittant. nos autem valvis patefactis in ipsos irruamus quam incitatissimo equorum impetu. postquam autem illi fugientes longe a via qua nobis hinc urbem versus eundum est recesserint, descendant e tecto iaculatores iumentisque conscensis prodeant cetera multitudine sequente. intervalla porro inter se ordinemque in via servent, prout opus est ad phalangis tuendam figuram. cunctisque maximae id curae sit ne culpa cuiusquam solvi ordines dissiparique ac dispergi aciem contingat. sed interim dum nos in hostes irruimus, procedant illi pedetentim. ubi vero vicissim hostes in nos impetum fecerint, stent in vestigio. cum vero ad arctas viarum fauces accesserimus, pariter omnes exscendemus equis: et polliceri ausim nequaquam ausuros hostes admovere se nobis propius."

11. *Ταῦτ᾽ εἶπε καὶ πάντες ἐπείθοντο. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοὺς ὀρόφους ἀνῄεσαν καὶ τὰ βέλη προέπεμπον, οἱ δὲ τὰς πύλας ἀνεπετάννυον καὶ σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ κατὰ τῶν πολεμίων ἐπῄεσαν. οἱ οὖν πολέμιοι τῷ αἰφνιδίῳ καταπλαγέντες ἀλκῆς ἐπελάθοντο καὶ* D *πρὸς φυγὴν ἐτράποντο. ἀδείας οὖν δραξάμενοι οἱ ἐντὸς ἅπαντες ἐξῄεσάν τε καὶ τῆς ὁδοῦ ἥπτοντο, εἰς τάξιν μὲν δὴ φάλαγγος καθιστάμενοι, ταχυτέραν δὲ ἢ ἐχρῆν τὴν πορείαν ποιούμενοι. ἀλλ᾽ οἱ βάρβαροι πόῤῥω τοῦ κινδύνου γενόμενοι ἀλκῆς τε αὖθις ἐμέμνηντο καὶ προὔπεμπον ἀλλήλους ὑποστρέφειν τε καὶ κατὰ τῶν διωκτῶν χωρεῖν, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι ἑώρων οὐ πλείους ἢ εἴκοσι ὄντας. ὑποστρέφοντες οὖν κυκλοῦν αὐτοὺς ἔσπευδον. οἱ δὲ προτροπάδην φεύγοντές τε καὶ ἀπιόντες, ἐπεὶ ἐγγὺς τῶν ἰδίων ἐγένοντο, ἐπῄεσαν αὖθις σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ, καὶ οἱ βάρβαροι ἔφευγον. αὖθις οὗτοι ὑπέστρεφον. καὶ οὕτω μέχρι πολλοῦ ἀλλήλων* P 49 *ἀπεπειρῶντο. ἀλλ᾽ οἱ Τοῦρκοι πάντας ὀλίγους ὁρῶντες, σφᾶς δὲ πολλαπλασίους (ἦν γὰρ καὶ τὸ εἰς φάλαγγος τάξιν καθιστάμενον ἐνδέον ἱππέων πεντήκοντα), τούτους ἀφέντες κατ᾽ ἐκείνων ἐχώρουν, καὶ βαρβαρικὸν ἀλαλάξαντες ἐξήλαυνόν τε καὶ τοξεύμασιν ἔβαλλον. δείσαντες οὖν τὴν τάξιν διαλύειν εἶξάν τε καὶ πρὸς φυγὴν ἐξώρμων ἤδη, καὶ πάντως ἀπώλοντο ἂν εἰ μὴ ταχέως ἄμφω τὼ ἀδελφὼ ξὺν ὀλίγοις καταδραμόντες ἐβοήθουν*

5. *ἐντὸς*] Ita P. pro *ἐκτός*. 12. *ἀπιόντες*] V. *ἐπιόντες*. 15. *πάντας*] *πάνυ?* 16. *τὸ εἰς*] V. *εἰς τό*. 19. *διαλύειν*] P. *διέλυον*.

11. Haec dixit et probavit. omnibus singulisque pro se quoque ad partes sibi descriptas euntibus, alii tecto conscenso inde iaculabantur, alii portis patefactis ingenti vi contra hostes ferebantur, qui eo gemino subito admoto perculsi metu ferocia omissa in fugam versi sunt. unde audacia sumpta qui erant intus exierunt universi viamque inierunt in formam phalangis militariter instructi, nisi quod festinantius incedebant paulo, quam disciplinae ac periculi usus poscebat. ceterum in tutum subducti barbari fugam incusabant suam mutuoque se adhortati ut insecutores suos vicissim insequerentur feruntur in nostros rursus, et quod eos non plures viginti esse videbant, circumvenire atque omni ex parte claudere conabantur. illi concitato cursu fuga versus suorum phalangem inita simul eo pervenerant collecta rursus manu versisque animose frontibus in Turcos ibant, fugiebantque mox barbari, quoad suis et ipsi mixti rursum cedentes urgerent nostros. per has sequendi fugiendique vices cum multum esset spatii confectum Turci aestimato diligentius totius nostrorum agminis numero, cum se longe plures esse animadvertissent (nam turba illa quae phalangis exhibebat speciem quinquaginta equitum summam non explebat), omissis iis contra quos ne quidquam hactenus velitati erant, in phalangem ipsam magno impetu magnisque clamoribus ac densa sagittarum immissione feruntur. hic nostri servandi ordinis cura metu omissa, cedebant iam haud dubie in fugamque cum certa omnium pernicie vergebant, nisi celeriter ambo fratres cum paucis accurrentes oppor-

ὅλῃ χειρὶ καὶ τοὺς πρὸς φυγὴν τραπέντας ἀνεκαλοῦντο, στῆναι
B κελεύοντες εἰ μὴ βούλοιντο καταλειφθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀβοήθητοι.

12. Τότε τοίνυν ξυνέβη καὶ γενέσθαι τι θαυμάσιον. ἀνὴρ γάρ τις μέγας καὶ ἰσχυρὸς τοῖς ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκτομίαις ὁρώμενος ἐθαυμάζετο. ἐπειδὰν γὰρ ὁρῷεν αὐτόν, ἐφώνει ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὡς ἄρα τις ὑποσταίη πολεμίων ἀλκὴν τοιοῦδε ἀνδρός· θέᾳ γὰρ μόνῃ καὶ βρυχήματι φεύξονται ἅπαντες. τοῦτον συνέβη τότε παρεῖναι μετὰ τῶν εἰς τὴν φάλαγγος τάξιν καθισταμένων, ὁπηνίκα κατ' ἐκείνων οἱ Τοῦρκοι ἐξώρμησαν. εἰς φυγὴν οὖν
C ἁπάντων ὁρμησάντων, ἐπεὶ οὗτος μέγας τε ἦν καὶ θώρακα περιεβέβλητο, ἀγανακτεῖν ἐπενόει τὸν ἵππον καὶ μόνος τῶν ἄλλων ὄπισθεν περιλέλειπτο. ὡς γοῦν αὖθις οἱ Τοῦρκοι ἐπήεσαν καὶ οἱ περὶ τὸν Ἰσαάκιον καὶ τὸν κλεινὸν Ἀλέξιον βοηθεῖν ἐπεχείρουν, αὐτὸς ἐξ ὀνόματος τὸν κλεινὸν ἐκάλει Ἀλέξιον καὶ βοηθεῖν παρεκάλει. ὁ δ' εὐθέως ὑποστρέψας καὶ τοὺς ἐπιτυχόντας διώξας
V 34 τοῦ κινδύνου τοῦτον ἐρρύσατο, διδάξας αὐτόν τε καὶ τοὺς τοῦτον θαυμάζοντας ὡς ἄρα οὐ μέγεθος σώματος οὐδὲ ῥώμη δυνάμεως
D οὐδὲ φωνῆς τραχύτης καὶ βάρος τὸν ἄριστον στρατιώτην δεικνύουσιν, ἀλλὰ ψυχῆς γενναιότης καὶ ἡ πρὸς τὰ δεινὰ καρτερία. ἀλλ' ὁ μὲν τοῦτον διέσωσεν, Ἀλανὸς δέ τις τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων

4. τοῖς] Fort. delendum. 6. ἄρα τις] ἄρ' οὔτις? an ἆρά τις — ἀνδρός. 11. ἐπενόει] Bekker ἐποίει.

tunissimo praesto auxilio fuissent iamque inclinatos in fugam revocassent ac stare in loco nisi condonari furori hostium indefensi vellent iussissent.

12. Porro tunc contigit mirabile quippiam. vir enim erat staturae proceritate congruente crassitie membrorum, robore insuper artuum ac lacertorum inter exsectos palatinos spectari ac suspici solitus adeo quidem, ut visu primo intuentes percelleret subigeretque admiratione victos dicere ad proximum quemque: quis enim vero tam animo constans tam viribus invictus hostis huius contra ruentis sustinere vim unquam poterit! solo enim, ut videtur conterriti eius aspectu, vocis etiamsi forte accedente tonitru plane attoniti consternabuntur in fugam omnes. hunc contigit adesse tunc in illo numero phalangis quamdam speciem referentium, cum in eos irruerunt Turci. versis ergo cunctis in fugam, hic praeter molem corporis lorica gravis equum adeo fatigaverat, ut is aliquo intervallo post omnes alios pone relictus sequeretur. id Turci conspicati circumvenire seiunctum a sociis contendebant, Isaacio Alexioque auxiliari contra conantibus. nec ipse periclitans sibi defuit, quin inclytum Alexium confesso palam metu invocans sui ut misereretur, oraret. qui statim conversus hostibus qui se primi dederunt obvios fugere illico compulsis, hominem periculo exemit documento ad eum eiusque admiratores memorabili, nec magnitudine corporis, nec asperitate, ac gravitate vocis contineri virtutem militis strenui sed generositate animi et forti tolerantia rerum acerbarum. hic quidem sic ab Alexio servatus est. Alanus

τῷ γενναίῳ Ἰσαακίῳ, Ἀραβάτης τὸ ὄνομα, τὴν ὁρμὴν ὅτι πλείστην θεασάμενος τῶν βαρβάρων καὶ ὡς μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης ἐπῄεσαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ὅτι μόνοι διακινδυνεύουσι σὺν ὀλίγοις, δείσας μή τι τῶν ἀνηκέστων τούτων συμβαίη τινί, τὸν ἑταῖρον ᾧ Χασκάρης ὄνομα ὑπὸ τῷ Κομνηνῷ Ἀλεξίῳ ταττόμενον παρεκάλει ξὺν αὐτῷ γενέσθαι, καὶ ἄμφω τῶν ἵππων ἀποβῆναι καὶ τοξεύειν P 50 ἐπὶ τοὺς πολεμίους. αἰσχρὸν γὰρ ἔφησεν εἰ Ἀλανῶν ἐνταῦθα παρόντων παρακινδυνεύουσιν ἄνδρες εὐγενεῖς τε καὶ ἄριστοι· ὄνειδος γὰρ ἂν οὕτω ἅπαν ἕξει τὸ γένος τῶν Ἀλανῶν. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος ἔφη, ὁ δὲ τὴν βουλὴν ἀπεπέμπετο ὡς οὐ συνετὴν μᾶλλον ἢ τολμηράν· αὐτούς τε γὰρ κινδυνεῦσαι οὕτω δράσαντας κἀκείνους μηδέν τι ἐκ τούτου προσεφευρεῖν τοῦ ὀνήσασθαι, ἅτε ὁμαλοῦ ὄντος τοῦ τόπου καὶ πεδινοῦ. "ἀλλ' εἴ τί μοι πείθῃ," φησίν, "ἐπεὶ ἐγγύς που τῶν στενωπῶν ἤδη γεγόναμεν, ἐπειδὰν ἐκεῖσε φθάσωμεν, ἀποβησώμεθα τῶν ἵππων καὶ γενναίως ἀγωνίσασθαι σπεύσωμεν, καὶ οὕτω τό τε γένος τιμήσομεν καὶ τοὺς δεσπότας ὀνήσομεν." B

13. Ταῦτα ὁ Χασκάρης ἔλεγεν. ὁ δὲ Ἀραβάτης βαρβαρικῶς εἰς αὐτὸν ἐξυβρίσας εὐθὺς τοῦ ἵππου ἀπέβη, καὶ τῇ μάστιγι τοῦτον πλήξας ὥστε ἕπεσθαι τοῖς ἀπιοῦσιν, αὐτὸς ἤμυνεν ἐν τῇ πεδιάδι. οἱ δὲ Τοῦρκοι τῷ παραδόξῳ τῆς θέας καταπλαγέντες ἠπόρουν ὅ τι καὶ εἴη τὸ δρώμενον. βραχὺ γοῦν βέλος εἶχεν ἐν τῇ χειρί. τὸν γοῦν πρώτως ἐπιόντα βάλλει κατὰ τῶν στέρνων

autem quidam ex familiaribus Isaacii, Arabates dictus, vehementem et pertinacem impetum barbarorum cernens, cui vix maiori numero tolerabili duo soli cum oppido paucis Comneni fratres obsisterent, veritus ne quis casus acerbior alterutri eorum incideret, socium, cui Chascares nomen fuit, sub Comneno Alexio merentem rogavit, adesse ut sibi vellet, omissisque ambo equis in hostes iacularentur. turpe siquidem, aiebat, fuerit eius nobilitatis et fortitudinis viros Alanis hic praesentibus periclitari. neque in nos solum verum et in universam Alanorum gentem ac famam id dedecus redundabit. sic Arabate locuto, refutavit consilium Chascares ut et audax nimium et parum prudens. nam et se ipsos praesentissimum adituros discrimen si hoc facerent, et tamen iis quos servatum irent nihil profuturos. quippe cum in aequa patentique planitie, ut tum erant, positis peditibus adversus equites iaculari haud esset consultum. sed si quid mihi credis, ait, quando non longe ab illis quas cernis viae angustiis distamus, eo simul pervenerimus, exscendemus ex equis fortiterque pugnabimus, ac sic, et honori gentis et saluti dominorum simul consulemus.

13. Talia Chascares. at Arabates barbarico cum convicio reiiciens raptim equo desiliit, et ubi flagelli verbere contemptim admonuisset Chascarem, iret si vellet cum fugientibus, ipse pugnare ex plano iaculando coepit. perculit inopinata species Turcos, ut aliquando haererent ignari quid res esset. stante Arabate ac breve telum manu tenente, quo audacter usus in

C τῷ ὀϊστῷ καὶ εὐθὺς τοῦτον καταβάλλει τοῦ ἵππου. ἀφεὶς δέ τις
βέλος βάλλει τούτου τὴν δεξιάν· ὁ δ᾽ ἐκεῖθεν τὸ βέλος ἑλκύσας
αὐτῷ τούτῳ τὸν βάρβαρον, καθάπερ ὁ Βρασίδας πάλαι, ἠμύ-
νατο. οἱ γοῦν βάρβαροι δείσαντες αὐτοῦ τὸ γενναῖον βραχύ τι
τούτου διέστησαν. ὁ δ᾽ ἀδείας λαβόμενος ἐπί τι δωμάτιον ἀνέ-
βαινε κἀκεῖθεν αὐτοὺς τοῖς τοξεύμασιν ἔβαλλε, καὶ τοὺς λοιποὺς
εἶχον ἤδη τὰ στενωπὰ τῶν χωρίων. καταλιπόντες οὖν ἐκεῖνον οἱ
βάρβαροι μετὰ σφοδροτάτης ῥύμης ἐκείνοις ἐπῄεσαν. ὁ δὲ Κο-
μνηνὸς Ἀλέξιος ὑποστρέψας ξὺν ὀλίγοις τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν πρῶτος
ἕνα τούτων κατέβαλε. καὶ ὁ Χασκάρης, οὗ πρῶτον ὁ λόγος ἐμνή-
D σθη, κατὰ τῶν μεταφρένων ἔτρωσεν ἕτερον. φόβῳ οὖν μεγάλῳ
συσχεθέντες, ἀφέντες αὐτοὺς ἀνεχώρουν. οἱ δὲ ὀλίγον βαδίσαν-
τες, ἀποβάντες τῶν ἵππων ἐν ὀχυρῷ χωρίῳ ἐσκήνουν. νυκτὸς δ᾽
ἐπιγενομένης καὶ ὁ πρὶν ἀποβὰς τοῦ ἵππου Ἀλανὸς πρὸς αὐτοὺς
κατελάμβανε. καὶ πάντες ὁμοῦ διεσώθησαν, μήθ᾽ ἁλόντος μήτε
θανόντος τινός. οἱ δὲ σωθέντες ἅπαντες σωτῆρα καὶ κηδεμόνα
τὸν καλὸν ἐπευφήμουν Ἀλέξιον. ἐκ τῆσδε οὖν τεταρταῖοι τὴν βα-
P 51 σιλίδα καταλαβόντες τὰ συμβάντα πάντα τοῖς ἐν τῇ πόλει ἀπήγγει-
λαν καὶ ὡς πάντων σωτὴρ γένοιτο ὁ χρυσοῦς νεανίας Ἀλέξιος. καὶ
V 35 ἐπειδὰν περιῄει, συνέθεον ἅπαντες σκιρτῶντες ὥσπερ ἐπὶ τοῖς
τούτου πλεονεκτήμασι.

20. περιῄει] περιίοι?

primum equitem irruentem contra eum pectore transfixum ex equo deiicit. hic aliquis Alani dexteram iaculo traiicit. at ille extractum e vulnere telum in auctorem reiicit et barbarum iaculatorem sua ipsius cuspide, ut Brasidas olim, generose ultus est. his experimentis perspecta viri fortitudine paulum ab eo recesserunt. at is opportunitate oblata secure usus in domunculam forte proximam conscendit et inde loco superior certiori iaculatione Turcos infestabat. alii iam interim in angustias evaserant, quare Turci hoc omisso, impetu vehementi in eos irruerunt. sed Comnenus Alexius obverso in eos vultu cum familiarium paucis primus ex iis unum deiecit, et Chascares, cuius modo meminimus, fugientis alterius terga confixit. hinc magno concepto metu dimissis ipsis Turci recedebant. nostri vero aliquantum progressi desilientes ex equis in loco natura munito tabernaculum figunt. eoque iam nocte ingruente qui exscenderat equo Alanus sese salvus recepit. sicque omnes pariter servati sunt, nullo neque capto neque occiso, salutis universi ac singuli propriae auctorem ac provisorem conclamantes generosum Alexium. inde quarta die in urbem regiam pervenientes quae contigerant per civitatem vulgarunt gratulationem insperatae liberationis suae cum summis aurei iuvenis Alexii laudibus miscentes, cui eam in solidum tribuebant. unde factum ut, cum ipse mox se videndum praebuit, concurrerent passim omnes exsultatione mira, nec expleri tuendo et applaudendo possent tanta erant admiratione capti heroïcae indolis eximiarumque adolescentis optimi dotum.

14. Ταῦτα μὲν τοῦτον ἐπράχθη τὸν τρόπον· ὁ δὲ Οὐρσέλιος ἀδείας λαβόμενος περιῄει τὰς μεταξὺ Γαλατίας καὶ Λυκαονίας κώμας καὶ πόλεις, καὶ τὰς μὲν ἐπόρθει, τὰς δὲ πειθοῖ ἑαυτῷ παρίστα, ἐκ δὲ τῶν χρήματα εἰσεπράττετο. καὶ πολὺς ἦν ἤδη καὶ τὴν ὁρμὴν ἀκατάσχετος. ἄρτι δὲ τοῦ χειμῶνος λήξαντος καὶ ὁ καῖσαρ ἐκ τῆς Ἀσίας εἰσῄει πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ τῷ βασιλεῖ συνεδρεύων ὡμίλει τε πρεπόντως καὶ τὰ κοινὰ συνδιῴκει. καὶ B ἐπειδὰν δικάσειε, τὰς ψήφους ἐκεῖνος ἀπέφηνε τῆς βασιλέως ἀπειρίας τὸ ἐνδέον ἀναπληρῶν. ἀλλ' οὐκ ἤρεσκε τοῦτο τῷ λογοθέτῃ. ταύτῃ τοι καὶ πάντα τρόπον ἐπενοεῖτο καὶ πάντα κάλων ἐκίνει ὅπως τοῦτον θᾶττον ἀποσκευάσηται. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν εὐχερὲς αὐτῷ τὸ βούλημα, μετὰ τῶν φίλων συνδιεσκέπτετο, τὸν καιρὸν δ' ὁρῶν ἔτι τριβόμενον διεπρίετο· ἐβούλετο γὰρ τοῦ ἐξ ἐκείνου δέους ἀπαλλαγῆναι καὶ οὕτω τῆς βασιλέως ἀβελτηρίας κατατρυφᾶν ἀδεῶς. ἀπορήσας δὲ πάντοθεν βουλὴν βουλεύεται οὐ συνετὴν μᾶλλον ἢ βαθεῖαν καὶ πονηράν. ὑπεισέρχεται αὖθις τὴν βα- C σιλέως ἁπλότητα, καὶ πείθει τοῦτον τὸν θεῖον ἀποσκευάσασθαι καίσαρα, καὶ τὸν τρόπον αὐτὸν ὑποτίθησι πεῖσαι τοῦτον στρατεῦσαι κατὰ τοῦ Οὐρσελίου. τί τὸ ἐντεῦθεν; πείθεται τοῖς τούτου λόγοις ὁ βασιλεύς, μετακαλεῖται τὸν θεῖον, τὸ ἀπόρρητον καταγγέλλει βραχείᾳ καὶ διακεκομμένῃ φωνῇ· οὕτω γὰρ ὁμιλεῖν εἰώθει βραδύγλωσσος ὤν. ὁ δὲ τὸν τρόπον μὴ ἀγνοήσας, εἰδὼς

14. Haec quidem in hunc modum acta sunt. at Urselius fiducia sumpta infestabat, quae inter Galatiam et Lycaoniam sitae urbes ac pagos, has quidem vi vastans, alias suasionibus in deditionem trahens, nonnullas certa pecunia pacisci secum metu cladis ac rapinarum cogens. crescebatque successibus, ut iam tolerari ac teneri vis eius amplius nequiret. porro sub finem hiemis Caesar ex Asia in aulam imperatoriam rediit et imperatori assidens utiliter aderat optima quaeque suadens ad rectam rei publicae gubernationem: ac ubi causas cognosceret, sententiam ipse suggerebat defectum principis iuris ignari supplens. verum hoc logothetae non placebat. quare omnem funem omnem lapidem movebat ad eum quacumque ratione quam primum inde amovendum. quoniam autem solus ipse per se modum conficiendae rei non expediebat, cum amicis consultabat quid esset opus facto? quas inter moras effluere tempus et elabi occasionem videns ringebatur. nihil enim vehementius optabat, quam solutus metu molesti arbitri simplicitate imperatoris ad suum quaestum secure abuti. ad extremum cum alia frustra omnia tentasset, mentem appellit ad consilium non astutum magis quam profundum et improbum. insinuat se ad incautum et ductu facilem principem eique persuadet, ut patruum Caesarem ab suo latere amoliatur modumque id plausibiliter faciendi subiicit, si ei persuadeat, ut expeditionem adversus Urselium, rem videlicet ipsi gloriosam, suscipiat. quid postea? persuasus logothetae verbis imperator patruum vocat eique arcanum aperit brevi et incisa voce, sic enim loqui consueverat homo lingua tardus. ille autem machinationem

δὲ μᾶλλον τοῦ τε ὑποθεμένου τὸ δύστροπον καὶ τοῦ πεισθέντος τὸ εὔκολον, πρῶτα μὲν υἱὸν ἐκπέμπειν Ἀνδρόνικον κατὰ τοῦ ἀποστάτου συνεβούλευεν. ὡς δ' ἐνιστάμενον εἶδε τὸν βασιλέα, καὶ D τοῦτο τέλος εἰπόντα ὡς ἤτοι ἐμὲ χρὴ κατ' ἐκείνου στρατεύειν ἢ σέ, ἐπείθετό τε καὶ τὰ πρὸς τὴν ἐκστρατείαν αὐτοῦ ηὐτρεπίζετο. ἐπεὶ δ' ἀποχρώντως εἶχε τούτῳ τὰ τῆς παρασκευῆς, διεπεραιοῦτο πρὸς τὴν Ἀσίαν καὶ τὰς δυνάμεις συνάγων ἐξώρμα πρὸς πολέμιον. διαβὰς δὲ τὰ Βιθυνῶν ὄρη, ἐπειδὴ ἐμάνθανε τοῦτον περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Σαγγαρίου στρατοπεδεύειν, τὸ Δορύλαιον διελθὼν ἠπείγετο πρὸς τὰ πρόσω. μαθὼν δὲ καὶ ὁ βάρβαρος τὴν τούτου ἔφοδον, ἐκίνει καὶ αὐτὸς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ. ὑπαντιάζουσιν οὖν ἄμφω P 52 περὶ τὴν Ζόμπου καλουμένην γέφυραν, καὶ στρατοπεδευσάμενοι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξηρτύοντο. ἅμα δὲ τῇ ἕῳ τὰς δυνάμεις ἐξῆγον καὶ παρετάττοντο τόνδε τὸν τρόπον. ὁ μὲν καῖσαρ τὸ μέσον εἶχε τῆς Ῥωμαϊκῆς τάξεως ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς ἀσπιδηφόρους καὶ πελεκηφόρους βαρβάρους, οἷς ἡ τῶν βασιλείων ἄνωθεν πεπίστευτο φυλακή· τὸ δεξιὸν δὲ κέρας οἱ μισθοφόροι κατεῖχον Κελτοί, ὧν προΐστατό τις Κελτὸς ᾧ ὄνομα Πάπας· τοῦ εὐωνύμου δὲ κέρατος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν κατεῖχεν Ἀνδρόνικος· οὐραγεῖν δ' ὁ Βοτανειάτης τέτακτο Νικηφόρος, ὁ βασιλεὺς B Ῥωμαίων ἐς ὕστερον, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὴν τῶν Φρυγῶν καὶ τῶν Λυκαόνων φάλαγγα, ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Ἀσιανῶν. ὁ δὲ Οὐρσέλιος κατιδὼν οὕτω ταξαμένην τὴν Ῥωμαϊκὴν φάλαγγα,

7. συνάγων] συναγαγών? 19. κατεῖχεν] κατῆρχεν?

intelligens et aemuli machinatoris malas artes eiusque qui persuasus ab illo erat incautam facilitatem, instituit primo, ut Andronicum potius filium in rebellem mitteret, ut autem fixum in proposito imperatorem vidit audivitque ad extremum dicentem: aut me isti bello praeesse oportet aut te, assentiri est coactus et in apparatum demandatae expeditionis incumbere. ad quam ut satis instructus visus est, traiicit in Asiam et copias contractas in hostem ducit. superatis autem Bithynis montibus, ubi cognovit eum ad Sangarii fontes castra metatum, Dorylaeum transgressus ulterius properabat. cuius infesto in se adventu barbarus cognito, movit et ipse contra copias. occurrunt igitur sibi ambo ad pontem Zompi dictum. ubi munitis pro se quisque castris ad praelium accingebantur. postridie primo mane copias educunt ordinantque aciem hunc maxime in modum. Caesar quidem mediam obtinuit aciem Romanam habens secum cetratos et securigeros barbaros, quibus palatii iam olim credita custodia est. dextrum cornu stipendiariis Gallis commissum erat, quibus praeerat Gallus quidam nomine Papa. sinistro cornui domesticus scholarum praesidebat Andronicus. postremi agminis praefectura Nicephoro Botaniatae ei qui postea imperavit demandata est habenti secum Phrygum et Lycaonum phalangem et praeterea Asianorum. at Urselius videns sic instructam aciem Romanam bifariam et ipse divisit exercitum, et phalan-

διχῇ καὶ αὐτὸς τὰς δυνάμεις διεῖλε, καὶ τὸ μὲν τῆς φάλαγγος V 36 αὐτὸς ἀναλαβὼν εἵπετο βάδην, τὸ δ᾽ εὐθὺ ἀπιέναι τῆς πρὸς τοὺς Κελτοὺς μισθοφόρους παρήγγειλεν. ἐπεὶ δ᾽ οὐ πόρρω ἀλλήλων ἦσαν, ἤδη οἵ τε μισθοφόροι καὶ οἱ πολέμιοι ὁμιλεῖν πρὸς ἀλλήλους ἤρχοντο· καὶ εὐθὺς προσκεχώρηκεν ἅπαν τὸ περὶ τὸν Πάπαν μισθοφόρον τοῖς πολεμίοις, καὶ ξυνασπίσαντες ἄμφω ἐπειρῶντο κυκλοῦν τοὺς περὶ τὸν καίσαρα. καὶ ὁ Οὐρσέλιος δὲ ἐπί- C λεκτον ἔχων τῆς φάλαγγος * * * ἐπιστάντων τῶν βαρβάρων τὴν ἔφοδον γέγονε μάχη καρτερά, καὶ πίπτουσι συχνοὶ ἑκατέρωθεν. τῶν δὲ δοράτων ἀμφοτέρων θρανσθέντων, τὰ ξίφη γυμνώσαντες ἀγχεμάχως ἀλλήλους ἐτίτρωσκον.

15. Ἀλλ᾽ ἐν ὅσῳ ταῦτα ἐπράττετο, ὁ τὴν οὐραγίαν πεπιστευμένος τοὺς μισθοφόρους θεώμενος τοῖς πολεμίοις προσχωρήσαντας καὶ σπεύδοντας τὴν φάλαγγα κυκλοῦν ἧς κατῆρχεν ὁ καῖσαρ, δέον βοηθεῖν, ὁ δὲ τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ὑπεχώρει, καίτοι ἀνὴρ ὢν ἀνδρεῖος, ὡς ἐν πολλοῖς δέδειχεν. οἱ βάρβαροι D δὲ ἀδείας δραξάμενοι ἐκύκλουν ἀδεῶς τοὺς περὶ τὸν καίσαρα. τὸ δὲ περὶ αὐτὸν βάρβαρον μέχρι μέν τινος ἔμεινε βάλλον τε καὶ βαλλόμενον· ἐπεὶ δ᾽ εἶδε τῶν πολεμίων τοὺς μὲν κατὰ στόμα ἀπαντῶντας τοὺς δὲ κατὰ νώτου γενομένους, ἀπορίᾳ ἤδη συνείχετο. ἀλλ᾽ ὁ καῖσαρ ἀτρέμας ἑστὼς ἐπερρώννυε τὰ φρονήματα

8. φάλαγγος] Indicavi lacunam. *ibid.* ἐπιστάντων] ὑποστάντων? 10. ἀμφοτέρων] P. ἀμφοτέρωθεν. 17. ἀδείας] Ita P. pro ἄνδρας. 18. τε] V. δέ.

gem quidem ipse sibi assumens sequebatur moderato passu. reliquas copias statim admoveri Gallis stipendiariis iussit, ad quos ut est propius ventum, conferre sermones inter se coeperunt pactaque facile proditione quidquid stipendiarii militis sub duce Papa fuit statim ad Urselii partes transiit. mixtique communi iam consilio conabantur circumvenire et undique claudere reliquas omnes Caesaris copias. Urselius vero ipse secum ducens quod floris et roboris in phalange ipsius erat toto impetu in mediam Caesaris aciem coepit invehi. barbaris porro Caesarianis hostilem impetum fortiter excipientibus committitur atrox pugna, multis utrimque cadentibus. iamque hastis utrimque fractis strictos undique versabant enses seque invicem comminus mutuis vulneribus caedebant.

15. Dum haec maxime fierent, is cui postremum agmen ducendum obvenerat, stipendiarios videns ad hostes transgressos communi cum illis studio id agere, ut Caesarianam aciem undique ambirent, cum toto impetu succurrere deberet, e contrario subductis secum copiis recessit. quod mirum sane fuit in viro alioqui forti, qualem se multis alias experimentis probaverat. eo iam securius barbari aciei Caesaris circumfundebantur. stetit illa nihilo minus aliquamdiu inferendis excipiendisque mutuo plagis. ubi autem vidit hostes partim a fronte instantes, partim a tergo caedentes, fluctuabat iam haud dubie despondebatque animum. ceterum Caesar invicto pectore stans

τούτων. ἕως μὲν οὖν ἰσχὺς αὐτοῖς ὅλως ἔμενον· ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν καταπεπόνητο καὶ οὐκέθ᾽ οἷοί τε ἦσαν τοὺς βάλλοντας ἀμύνασθαι, αὐτῶν δὲ τὸ πλεῖστον διεφθάρη καὶ ὁ καῖσαρ μηδ᾽ ὅλως πρὸς φυγὴν ἐξορμήσας ἑάλω. ἤδη δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόνι-
P 53 κον ὑπὸ τῶν πολεμίων πλεονεκτούμενοι ἐτράπησαν πρὸς τὸ φεύγειν. ὁ δὲ καίτοι κατάστικτος τοῖς τραύμασιν ὢν (ἐβέβλητο γὰρ καιρίαις πληγαῖς) περιῄει ζητῶν τὸν πατέρα. μαθὼν δὲ τοῦτον ἁλῶναι, ἐξὸν σώζεσθαι ὡς ἔξω τῶν βελῶν καὶ τοῦ πολέμου γενόμενον ἤδη, ὁ δὲ τῆς ἰδίας σωτηρίας τοῦ πατρὸς ὑπερκινδυνεῦσαι προελόμενος ὑπέστρεψε καὶ εἰς μέσον ἑαυτὸν τῶν πολεμίων ὠθεῖ, καὶ πολλοὺς τούτων τῷ ξίφει καταβαλών, ἐπειδὴ πλησίον τοῦ καίσαρος γέγονεν, οὐκέτι καθεκτὸς ἦν, οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρί γε θνητῷ, ἀλλ᾽ ἀθανάτῳ τε καὶ ἀσάρκῳ· βαλλόμενος γὰρ τοῖς δόρασιν
B ἄτρεστος ἦν, καὶ τὰ μὲν τούτων συγκόπτων τὰ δὲ διωθούμενος ἐπειρᾶτο γενέσθαι ἔνθα οἱ ὁ πατὴρ ἁλώσιμος ἦν. οἱ δὲ πολέμιοι τὴν ἀνυπόστατον ὁρῶντες ὁρμὴν συνέθεον ἅπαντες, καὶ οἱ μὲν τοῖς ξυστοῖς οἱ δὲ τοῖς δόρασιν ἵππον τε καὶ αὐτὸν ἔβαλλον, ἕως ὁ ἵππος βαρυνθεὶς ὑπὸ τῶν τραυμάτων εἰς γῆν σὺν τῷ ἐπιβάτῃ κατέπιπτε. τότε οὖν οἱ βάρβαροι περιστάντες αὐτὸν τὴν περικεφαλαίαν περιελεῖν ἐπειρῶντο καὶ ξίφει τὴν τοῦ γενναίου ἀνδρὸς κεφαλὴν ἐκτεμεῖν. ἀλλ᾽ ὁ καῖσαρ διασχὼν τοὺς κατέχοντας ἔπεισί τε δρομαῖος, καὶ προσπίπτει τῷ γενναίῳ παιδί, ὀλιγοδρανέων τε

1. ὅλως] ὅμως? 3. αὐτῶν δὲ] αὐτῶν τε?

confirmabat labantes et robur perculsis addebat. quamdiu igitur vires suffecerunt, strenue res gesta est. ubi autem consumpto iam robore resistendo acriter instantibus pares non erant, fracti prostratique plerique cesserunt. ne tum quidem Caesar inducere animum ad fugam potuit. pugnans igitur est captus. pari modo qui cum Andronico erant circumventi ab hostibus versi sunt in fugam. ipse plenus cruoris et vulnerum, quibus erat gravibus confossus, circuibat quaerens patrem: quem ubi captum cognovit, cum facile posset evadere, quippe qui extra teli iactum et in securo tunc esset, patris liberationem periculo proprio conari maluit quam vitae propriae consulere. incitavit igitur equum qua densissimum videbat hostium globum factaque sibi ferro multis deiectis via, ut ad Caesarem propius accessit, sustineri amplius non poterat, nec hominis erat mortalis similis sed immortalis et incorporei cuiusdam: petitus enim hastis undique intrepidus perstabat, has frangens illas repellens semper eo sese trudens ubi captivus erat pater. mirati iuvenis impetus humana vi maiores undique omnes in unum barbari concurrunt: et hi quidem iaculis, hi hastis, qua ipsum qua eius equum assidue contundunt, donec debilitatus plagis equus humi cum sessore prostratus est. tunc barbari iacentem circumstantes galeam ei deripere certabant, quo caput nudatum strenui viri gladio truncarent. sed ad hanc speciem Caesar alacri conatu divulsus a detinentibus cursu incitato ruit et supra generosum filium cadit deficiens non dolore solum paterno, sed vi ac multitudine gravium vulnerum.

ἤδη ὑπὸ τοῦ τραυμάτων πλήθους καὶ γνωρίζει τούτοις ὅστις ἐστὶ καὶ οὕτω τὸν παῖδα τοῦ παρὰ πόδας κινδύνου ῥύεται.

16. Τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος ἡ μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ C Κελτῶν τῶν ἀποστατῶν συναφθεῖσα περὶ τὴν τοῦ Σαγγαρίου γέφυραν μάχη. ὁ δὲ βάρβαρος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ περιῄει τὰς παρασαγγαρίους πόλεις καὶ πάσας ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο. γενόμενος δὲ περὶ Βιθυνίαν, ἵναπερ τὰ βασίλεια τοῦ καίσαρος ἦν καὶ φρούριον V 37 ἱκανὸν ἐρυμνὸν ᾠκοδόμητο ἄνωθεν περὶ τοῦ Σόφωνος πρόποδας, ἐν τοῖς ἐκεῖσε πεδίοις ηὐλίζετο, σκεπτόμενος ὅπως ἂν ἑαυτῷ τὰ τῆς βασιλείας Ῥωμαίων μνηστεύσηται πράγματα· τόν τε γὰρ καίσαρα διὰ τιμῆς εἶχε, καὶ τὸν τούτου υἱὸν τὸν γενναῖον Ἀνδρόνικον ὁρῶν κακῶς ἔχοντα ὑπὸ τῶν τραυμάτων πάσης ἐπιμελείας ἠξίου. ὁ γοῦν καῖσαρ οὕτω πάσχοντα θεώμενος τὸν υἱὸν ἠνιᾶτο D καὶ ἤσχαλλε καὶ τὸν Οὐρσέλιον ᾔτησε τοῦτον πρὸς τὴν βασιλίδα ἐξαποστεῖλαι τῶν πόλεων. ὁ δὲ ἐπείθετό τε καὶ ὁμήρους αἰτήσας τοὺς πρεσβυτέρους τῶν τούτου υἱέων καὶ δὴ λαβὼν ἐξέπεμψε τοῦτον οἴκαδε. ἀλλ' ὁ μὲν θεραπείας ἠξιοῦτο τῆς προσηκούσης, ὁ δὲ τοὺς παῖδας τούτου καθείρξας ἐτήρει παρὰ τὸ φρούριον. ἐνταῦθα δέδραστό τι παρὰ τῶν παιδαγωγῶν τῶν νέων ἄξιον μνήμης. ἐφοίτα πολλάκις πρὸς αὐτοὺς τῶν ἐγχωρίων τις ἀγροτῶν. οἱ δ' ἐκεῖνον οἰκειωσάμενοι ἠρώτων εἰ τὰς πρὸς Νικομήδειαν φερούσας ὁδοὺς αὐτὸς ἐπίσταται, καὶ μαθόντες ὡς εἰδοίη ταύτας

8. ἱκανὸν] ἱκανῶς? ibid. τοῦ] τούς? an τοὺς τοῦ?
14. ἤσχαλλε] V. ἤσχαλε.

quare spem in vi nullam habens indicat barbaris quisnam is esset et sic eum a praesenti morte liberat.

16. Hunc habuit exitum pugna ad Sangarii pontem pugnata. at barbarus elatus victoria circumivit vicinas Sangario amni civitates sibique subiecit universas. cum pervenisset autem circa Bithyniam ubi praetoria Caesaris erant et arx satis munita exstructa in declivi supra radices Sophonis montis, in subiectis campis stativa habebat, deliberans qua ratione Romanum sibi subiiceret imperium. porro Caesarem in honore habuit et filium eius generosum Andronicum videns graviter laborantem ex vulneribus curari quam diligentissime iussit. verum Caesar sic patientem intuens filium pungebatur acri dolore et molestissime ferebat. itaque Urselium rogavit, ut eum Constantinopolim portari curandum sineret. assensus ille ea lege est, si maiores natu filiorum eius pro eo obsides darentur: quibus datis remissus Andronicus domum ibi convenienti curatione recreatus est, interim dum pueri captivi vice eius in arce custodiebantur, ubi ab eorum paedagogis tentatum aliquid est non indignum relatu. ventitabat saepius ad ipsos indigenarum agrestium quidam, quem illi delinitum interrogabant calleretne viam, qua inde Nicomediam perveniretur. cum vero cognovissent ita istum eius itineris peritum, ut vel noctu et per devia permeare montes interiectos nosset, multo

P 54 ἀκριβῶς ὡς καὶ νύκτωρ καὶ ἔξω τρίβου μεταξὺ διελθεῖν ὄρη δύνασθαι καὶ φοιτῆσαι πρὸς Νικομήδειαν, βουλὴν βουλεύονται συνετὴν ἅμα καὶ τολμηρὰν ἄμφω τοὺς παῖδας λαθραίως τῆς πύλης ἐξαγαγεῖν τοῦ ἐρύματος, ὁπηνίκα οἱ φύλακες νυκτὸς καθυπνώττουσι, καὶ δρασμῷ τὴν τῶν παίδων πραγματεύσασθαι σωτηρίαν. ὁδηγὸν οὖν ἀξιοῦσι λαβεῖν τὸν ἀγρότην τῆς ὁδοῦ καὶ πείθουσι χρημάτων ὑποσχέσεσι. νύκτα οὖν παρατηρήσαντες ἀφεγγῆ καὶ ἀσέληνον καὶ τὴν κλεῖδα τῆς πύλης ὑποκλέψαντες τὸν μὲν ἀγρότην ἔξω εἴασαν τοῦ ἐρύματος, παραγγείλαντες μὴ πόρρω τῆς πύ- B λης καταίρειν, αὐτοὶ δὲ ἔνδον ὄντες παρετήρουν τοὺς φύλακας. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἀφύπνωττον ἅπαντες, ὁ τοῦ πρεσβυτέρου τῶν παίδων παιδαγωγὸς τοῦ χαριεστάτου Μιχαὴλ (ὄνομα τῷ παιδαγωγῷ Λεοντάκιος ἦν), ἀνὴρ ἐκτομίας καὶ νουνεχέστατος, ἀφύπνιζέ τε τὸν παῖδα καὶ τὸ δρᾶμα ἀπήγγελλε, τὴν πύλην πρότερον ἀνοίξας. ἐξῆγεν οὖν εὐθὺς ἐκεῖνον καὶ παρηγγύα θατέρῳ τῶν παιδαγωγῶν ἐπισπεύδειν τὴν τοῦ ἑτέρου ἀφύπνισίν τε καὶ ἔξοδον. ὁ δὲ ἔσπευσε μέν, ἐδυστύχει δὲ ὅμως· ἐν ὅσῳ γὰρ κατῄει ψόφος τις περὶ τὴν κλίμακα γέγονε, καὶ οἱ φύλακες τοῦ ψόφου αἰσθόμενοι ἀνεπήδων C καὶ ὅστις ᾔει ἀνηρεύνων. ὁ δὲ προλαβὼν ἵστησι τὸν παῖδα ὡς οὖρον ἐκχέοντα. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοι περιεργότερον ἐζήτουν καὶ τὰ περὶ τοῦ Μιχαὴλ ἐπυνθάνοντο. ἀπογνοὺς οὖν ὁ ἐντὸς διάγων παιδαγωγὸς καὶ δείσας μὴ ἁλώῃ ὁ διαπεφευγὼς ἤδη γεγωνοτέρᾳ ἐκέχρητο ἐν ταῖς ἀποκρίσεσι τῇ φωνῇ. αἰσθόμενοι δὲ τῆς ταρα-

usu frequentis ultro citroque commeationis omnes anfractus, omnia compendia edoctus, consilium ineunt solers et audax puerorum e castro educendorum, per noctem sopitis custodibus, et fuga tali salutis principum ac libertatis expediendae. agunt igitur cum rustico et facile promissa pecunia persuadent, ut dux esse ipsis vellet. nocte igitur observata obscura et illuni et portae clavim suffurati rustico quidem condixerunt ad certum extra munitionem locum, praecipientes ne multum a porta abscederet. ipsi vero intus custodes observabant. qui ubi per noctem concubiam obdormisse visi sunt cuncti, paedagogus maioris natu puerorum festivissimi Michaëlis, eunuchus homo prudentissimus, nomine Leontacius, excitavit puerum et rem compositam indicavit. mox porta reserata eduxit ex arce prius admonito paedagogo altero, ut et ipse suum alumnum expergefactum educeret. festinavit is quidem agere sed infelici successu. cum enim descenderet, nescio quid strepitus acutioris e scala sonuit, quo custodes audito exsiliunt et accurrentes quid sit explorant. his ille deprehensus praesenti animo puerum offert mittendae, ut aiebat, urinae dumtaxat causa cubiculo egressum. sed illi semel in suspicionem moti curiosius de cunctis inquirebant et de Michaële percontabantur. perturbabatur ea mentione paedagogus qui intus remanserat et metuens ne retraheretur, qui iam evaserat paulo altiori in responsionibus voce utebatur, quo scilicet admoniti sono qui foris erant se in tutum subducerent. id quod

χῆς οἱ ἔξω ὄντες, ὅ τε παιδαγωγὸς καὶ ὁ πρὸς τὴν ὁδὸν ὁδηγός,
ἔθεον ὡς οἷοί τε ἦσαν τὸν παῖδα ἐπωμάδιον φέροντες ἐναλλάξ·
καὶ γὰρ ἦν κομιδῇ νέος. οἱ μὲν οὖν ἔφευγον, οἱ δὲ φύλακες
φῶτα ᾔτουν καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν ἀνῄεσαν, ἔνθα οἱ τῶν παίδων D
κατέκειντο σκίμποδες. ἐπεὶ δὲ κενὸν ἐθεώρουν τοῦ διαδράντος
τὸν σκίμποδα, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἕκαστος ἔτυπτε τὸν παιδαγωγόν,
καὶ ἐπηρώτων μανθάνειν ὅ τι καὶ γένοιτο τὸ παιδίον ξὺν τῷ παι-
δαγωγῷ. ὁ δὲ ἔφερέ τε τὰς πληγὰς γενναίως καὶ οὐδὲν τῶν βου-
λευμάτων ἀπήγγειλεν. ἐς τοσοῦτον δ᾽ ἀπηνείας προῆλθον οἱ βάρ-
βαροι ὡς καὶ τὰ σκέλη τούτου καταθλᾶσθαι ῥοπάλοις. καὶ ἦν
ἰδεῖν ὑπομονὴν ἀνδρὸς ἐκτομίου, ἀσθενοῦς μὲν τῷ σώματι γεν- V 38
ναίου δέ, ὡς ἔδειξε, τὴν ψυχὴν ἐπαίνων ἀξίαν καὶ λόγου κρείτ-
τονα. ἀπογνόντες οὖν οἱ βάρβαροι τούς τε ἵππους ηὐτρέπιζον καὶ
τοὺς διώξοντας ἔπεμπον. ἀλλ᾽ οἱ μὲν οὕτω, ὁ δὲ καλὸς ὁδηγός,
ὁδηγὸν φέρων ὡς ἔοικε τὸν ὡσεὶ πρόβατον ὁδηγοῦντα τὸν Ἰωσήφ, P 55
τὸν νέον λαβὼν Ἰωσὴφ ἅμα τῷ νουνεχεστάτῳ παιδαγωγῷ πόρρω
ἀπένευσε τῆς ὁδοῦ, καὶ πρός τι ὄρος συνηρεφὲς ἀνιόντες τοὺς
διώκοντας κατεσκόπουν, ὁρῶντες μὲν οὐχ ὁρώμενοι δέ. ἐπεὶ δ᾽
ἐκεῖνοι τὸν Σόφωνα ὑπερβάντες καὶ μέχρι τῶν τῆς Νικομήδους
τεμπῶν γενόμενοι ἐπανέστρεφον, ἰδόντες τούτους παλινοστοῦντας
οἱ φεύγοντες ἐξῆλθον νυκτὸς ἐκ τῶν ὀρῶν, καὶ ἤδη μειδιώσης
ἡμέρας τὴν Νικομήδους κατέλαβον, καὶ οὕτω συνέβη σωθῆναι

ita evenit. nam cum paedagogus et rusticus viae dux intellexissent deprehensam rem, puerum alternis in humeros sublatum (erat enim tenerrima adhuc aetate) quam longissime procurrentes asportarunt. interim custodes quaesito lumine conclave adeunt, in quo lectuli puerorum erant, ac ubi eius qui abierat cubile vacuum viderunt, in miserum paedagogum pro se quisque insiliunt ac pugnis eum fustibusque pro se quisque contundentes dicere iubebant, quid de altero puero eiusque paedagogo factum esset. ille vero fortiter plagas tolerabat nec ullum tamen initi consilii fecit indicium. in tantum autem immanitatis provecti sunt barbari, ut etiam crura stipitibus misero confringerent. in quo mira exstitit patientia evirati masculi, corpore quidem infirmi at fortis animo, ut praeclare probavit, cuius fidem virtutemque nulla satis oratio laudaverit. desperata igitur ex confessione pertinacissime silentis rei cognitione barbari equos expediunt et qui retrahant fugitivos mittunt. dum haec geruntur fidus viae ductor, eum imitatus, qui deducit velut ovem Ioseph, Michaëlem puerum novum Ioseph humeris impositum, prudentissimo sequente paedagogo, longe a via militari in montem quemdam frondibus fruticibusque latebrosum subducit, unde tecti ipsi tutique explorare mox, ut augurabantur, exituros fugae reprehensores possent. vident illos ipsi non visi, atque ubi eosdem, frustra Sophone monte superato, usque ad valles Nicomediae vicinas progressos conspexerunt irritos spei revertentes, ipsi tum per noctem nemoroso digressi vertice sub diluculum Nico-

τὸν ἕνα τῶν ὁμηρευόντων ἐκγόνων τοῦ καίσαρος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

B 17. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐπειδὴ μεμαθήκει τὴν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος ἧτταν καὶ ὡς ἑάλωσαν ἄμφω ὅ τε θεῖος καῖσαρ καὶ ὁ τούτου υἱός, ὁ τῶν στρατευμάτων κατάρχων Ἀνδρόνικος, φροντίσι μεγίσταις ἐβάλλετο, καὶ τὸν δοῦκα μετεπέμπετο Κωνσταντῖνον τὸν ὕστατον τῶν υἱέων τοῦ καίσαρος, οὗ πρόσθεν ὁ λόγος ἐμνήσθη, ἄνδρα τολμηρὸν καὶ γενναῖον, καὶ διαπερᾶν τὴν Προποντίδα ἐκέλευε καὶ τὸ περισωθὲν ἐκ τῆς μάχης τοῦ στρατεύματος ἀναλαμβάνειν. ὁ δὲ μὴ φέρων τὰ ξύμβαντα τῷ πατρί τε καὶ τἀδελφῷ ἔβρυχέ τε καθάπερ λέων καὶ δῆλος ἦν
C προθύμως τοῦ ἔργου ἁπτόμενος. συνταξάμενος δὲ περὶ ἑσπέραν τῷ βασιλεῖ οἴκαδε ἐχώρει παρασκευασθησόμενος. ἀλλ' ἀλγήματος αὐτῷ γεγονότος κατὰ τὴν περὶ μέσην νύκτα καὶ ἀρρήτου τινὸς δυσφορίας, οἱ τῶν ἀκεστόρων μετεκαλοῦντο ἄριστοι. κατ' οὐδὲν δὲ τῆς τέχνης ἰσχυσάσης βοηθῆσαι τὸν κάμνοντα, ἕωθεν ἐτελεύτα. τοῦτο προσθήκη τῶν συμφορῶν ἐγεγόνει καίσαρι. ὁ δὲ βάρβαρος ἀδείας δραξάμενος βουλὴν ἐβουλεύσατο βαθεῖαν εἰ καὶ μὴ παρὰ κυρίου. ἡ δὲ ἦν βασιλέα τὸν καίσαρα ἀνειπεῖν Ῥωμαίων καὶ οὕτω περιέρχεσθαι τὰς πόλεις καὶ ὑποχειρίους ποιεῖν ἑαυτῷ· ἑλκύσαι γὰρ καὶ τῶν ἐν βασιλίδι τῶν πόλεων δυναμένων τὴν εὔ-
D νοιαν οὕτως ᾤετο. ὁ δὲ κλεινὸς καῖσαρ πρῶτον μὲν ἐδυσφόρει

14. κατὰ τὴν] Fort. addendum κεφαλήν.

mediam tenuerunt. sic elabi contigit unum ex obsidibus nepotibus Caesaris. sed haec postea.

17. Ceterum imperator Michaël postquam didicit Romani exercitus cladem, captum patruum suum Caesarem et eius filium exercitus ductorem Andronicum, curis maximis conflictabatur. accersitumque ducem Constantinum ultimum filiorum Caesaris, cuius antea meminimus, virum audentis et fortis animi, traiicere confestim Propontidem iussit et reliquias, si quas posset deleti exercitus colligere. ille impatientissime ferens quae patri fratrique contigerant fremebat ut leo significabatque perlibenter se ad tale negotium accingi. salutato igitur vespere imperatore domum recessit comparaturus se ad iter. sed eum invadente circa noctem mediam dolore subito ignoti cuiusdam languoris, vocati continuo medicorum optimi nihil omnibus artis remediis iuvare laborantem potuerunt nec prohibere quo minus mane moreretur. hoc auctarium calamitatum Caesari fuit. verum Urselius fiducia ex fortunae favore concepta consilium machinabatur versutum ac profundum licet non a domino. id autem erat imperatorem Romanorum eum quem captivum detinebat Caesarem facere ac sic obire civitates easque sibi subiicere. sic enim et Constantinopolitanorum procerum benevolentiam conciliaturum se suis partibus rebatur. inclytus vero Caesar primum quidem moleste ferebat et

καὶ ἤσχαλλε καὶ πάντα κάλων ὅ φασιν ἐκίνει ὥστε διαδρᾶναι τὸ
δρᾶμα· ἐπεὶ δ᾽ εἰς μέσον τοῦ ἔργου αὐτὸν ὁ βάρβαρος καὶ ἄκοντα
ὤθησε, γενναιότερον ἤρξατο τῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι
καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει διεπέμπετο λάθρα, καὶ πάντων μικροῦ
δεῖν τὰς γνώμας πρὸς ἑαυτὸν ἐφειλκύσατο· πᾶσι γὰρ ἦν ἐπέρα-
στος ὁ ἀνὴρ ὡς πᾶσι κομῶν τοῖς καλοῖς καὶ καλοκαγαθίᾳ πάντων
ὑπερέχων τῶν τότε. εἰ μὴ γοῦν τὸ θεῖον ἀντιπρᾶττον ἐφάνη,
ῥᾳδίως ἂν τῶν βασιλείων σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατής. ἀλλὰ κι- P 56
νῆσαν τοῦτο τὸν ἐκτομίαν Νικηφόρον σπουδαιότερον τῶν πραγμά-
των ἀντιλαβέσθαι, τὰς ἐκείνων βουλὰς ἀπράκτους ἀποδέδειχεν·
ἀπογνοὺς γὰρ τῆς ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων βοηθείας πρὸς
τοὺς Τούρκους διεπρεσβεύσατο, καὶ τοῦ Ἀρτοὺχ τοῖς τῆς ἑῴας
τηνικαῦτα μέρεσιν ἐπιχωριάζοντα τὸν κατ᾽ ἐκείνων πόλεμον ἀνα-
δέξασθαι πέπεικε, δώροις τε χρημάτων καὶ ὑποσχέσεσι τοῦτον πα- V 39
ραθαρρύνας. ὁ δὲ (καὶ γὰρ ἦν δεινὸς στρατηγὸς) μετὰ πλείστης
ὅτι δυνάμεως κατ᾽ ἐκείνων ἐξώρμα.

18. Οἱ δὲ περὶ τὸν καίσαρά τε καὶ τὸν Οὐρσέλιον πυθό- B
μενοι τῶν Τούρκων τὴν ἔφοδον καὶ ὡς ὁ Ἀρτοὺχ πλῆθος ἀμύθη-
τον ἐπιφερόμενος Τούρκων κατ᾽ αὐτῶν ἔπεισιν, ὑπερβάντες τὸν
λόφον ἵναπερ τὸ φρούριον ἵδρυται τὸ ἀγχοῦ που τῶν βασιλείων
τοῦ καίσαρος ὂν (Μεταβολὴ τῷ φρουρίῳ τὸ ὄνομα), πρὸς τοὺς

18. Ἀρτοὺχ] V. Ἀρταχούχ.

propositionem indignans aspernabatur omnemque, quod aiunt, movebat funem, quo necessitatem vitaret personae in ista fabula sustinendae. quando vero ipsum vi trusum ineluctabili barbarus suis rationibus serviens in mediam istam quasi scenam invitissimum coniecit, strenue agendum quod cogebatur ratus, misit clam in urbem qui suffragia prensaret fermeque omnium sententiam in suam traxit. cunctis enim hic vir erat longe carissimus, quippe omnibus unus excellens bonis et probitate aequitateque, nulli non antistans qui tunc forent. successisset igitur facile negotium, et ex Caesare Augustus plenam imperii potestatem libentissima re publica ipse capessivisset, nisi divina providentia tali negotio se adversariam monstrasset. haec enim Nicephorum eunuchum impulit, ut eam succurrendi Romanis rebus iniret rationem, quae Urselii Caesarisque spebus securim inflixit capitalem. nimirum ille nullam partem fiduciae reliquam in Romanis exercitibus videns adiecit animum ad imploranda auxilia Turcorum. erat Artuch dux Turcorum in Orientali tunc limite. hunc legatione missa donisque et pactione pecuniae perpellit, ut bellum contra Urselium suscipiat. ille acer alioqui bellator cum maximo exercitu expeditionem istam suscipit.

18. Caesar et Urselius cum intellexissent Artuchum infinitas Turcorum copias in ipsos infestas movere, conscenso iugo, in quo arx exstructa erat, quam diximus vicinam fuisse praetoriis Caesaris (dicebatur autem illa Metabole), castra muniunt in campo longius, quam latius iacente ad radi-

τοῦ Σόφωνος πρόποδας πεδίον ἐφηπλωμένον ἐπίμηκες εὑρόντες ἐν
τούτῳ στρατοπεδεύουσι. δείσαντες γὰρ μὴ κυκλωθῶσιν ὑπὸ τῶν
πολεμίων ὀλίγοι ὄντες ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφθαρεῖεν, πεδίον στε-
νὸν ἐξελέξαντο, τὸν ἐκ τοῦ Σόφωνος κατιόντα ποταμὸν ἀντὶ χά-
ρακος προβαλλόμενοι. ὁ δὲ Ἀρτοὺχ περαιωθεὶς τὸν Σαγγάριον
C καὶ ἐπὶ τὴν Μεταβολὴν φθάσας, ἐπεὶ μὴ εὗρε τὸν καίσαρά τε καὶ
τὸν Οὐρσέλιον, διέβαινε καὶ αὐτὸς τὰ ἐκεῖσε στενὰ καὶ πρὸς τῇ
κεφαλῇ τοῦ ὄρους γενόμενος, ὃ Μαροξὸς καλεῖται, ἐστρατοπέ-
δευσε, κἀκεῖθεν τοὺς πολεμίους περιεσκόπει ἐγγύς που τοῦ χωρίου
ὃ Τρισέα καλεῖται στρατοπεδεύοντας. αὐτίκα γοῦν προσέβαλλε
τούτοις, καὶ πρῶτον μὲν ἀκροβολισμοῖς διὰ τῶν ὑψηλῶν ἐχρῆτο,
ἔπειτα εἰς λόχους τρεῖς τὸ στράτευμα διελὼν κυκλοῦν ἐπειρᾶτο
τοὺς περὶ τὸν Οὐρσέλιον καὶ τὸν καίσαρα. ἀλλὰ κατὰ νώτου μὲν
γενέσθαι οὐκ ἠδύναντο οἱ πολέμιοι, ἅτε τοῦ ὄρους τούτους ἀπείρ-
γοντος, τοῖς δὲ τρισὶ μέρεσιν ἐπετίθεντο ἰσχυρῶς, καὶ οὕτω δια-
σπᾶν τὸ συνεχὲς τῆς τῶν Λατίνων φάλαγγος ἐπεχείρουν. οἱ δὲ
D ὀλίγοι ὑπὸ τῶν πολλῶν πιεζόμενοι, καὶ τῶν ἵππων αὐτῶν τοῖς
βέλεσι βαλλομένων πάντοθεν, δεῖν ᾠήθησαν ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς
πολεμίοις, ὥστε καταπλῆξαι τούτους τῷ σφοδρῷ τῶν ἵππων.
παρακαλέσαντες οὖν ἀλλήλους καὶ συνασπίσαντες ἀκρατῶς ἐξή-
λαυνον. ἐκ τούτου ξυνέβη πολλοὺς μὲν τῶν πολεμίων περιπεσεῖν,
αὐτοὺς δὲ κυκλωθέντας ὑπὸ τοῦ πλήθους πολλοὺς μὲν ἀναιρεθῆ-
ναι, τοὺς πλείονας δὲ ληφθῆναι. ἑάλω δὲ σὺν τούτοις καὶ ὁ καῖ-

ces Sophonis montis. id ita instituebant metu ne circumvenirentur multitudine hostium ipsi multo pauciores, quod prohibitura videbatur angustia oblongae planitiei quam castris insedissent, quae castra ut munitiora facerent, flumen ex Sophone defluens fossae instar Turcis obiecerunt. at Artuch Sangare traiecto ad iuga montis arci Metabolae imminentia progressus, postquam Caesarem illic et Urselium non reperit, traiecit et ipse quae ibi sunt angustias, et cum processisset ad verticem montis, qui Maroxus dicitur, castra metatus est indeque hostes observabat prope oppidum, quod Trisea vocatur, castris positis stantes. nec moram eos aggrediendi fecit. ac primum iaculationibus in eos ex alto utebatur. deinde trifariam diviso exercitu circumcludere Caesarianos, et Urselianos conabatur, quibus locis ambiri poterant, nam a tergo eos protegebat mons. verum a tribus partibus acriter instabant Turci ac consertum textum phalangis Latinorum abrumpere summa vi nitebantur. hi vero pauci a pluribus circumventi, et equis ipsorum imbre undique ingruente sagittarum continue percussis, faciendum sibi putarunt, ut impetu erumpentes ad manus cum hostibus venirent. sic enim iis terrorem incuti posse sperabant equestri subita procella. exhortati ergo se invicem consertis mutuo scutis ferociter irruerunt. ex hoc contigit multos quidem hostium cadere, ipsos vero circumventos multitudine plurimos occidi plerosque capi. capti sunt autem cum his et Caesar et Urselius. at Urse-

σαρ καὶ ὁ Οὐρσέλιος. ὁ γοῦν Ἀρτοὺχ ἡσθεὶς τῇ νίκῃ τὸν μὲν Οὐρσέλιον λύτρον λαβὼν ἀπέδοτο τοῖς αὐτοῦ, τὸν δὲ καίσαρα ἔχων ἀπῄει ὡς ἐπὶ τὴν ἄνω Φρυγίαν. οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ πυθόμενοι τὰ ξυμβάντα πέμπουσι τοὺς ἐξωνησομένους P 57 τὸν καίσαρα. καὶ ἀποδίδωσι τοῦτον ὁ βάρβαρος συχνὰ χρήματα λαβών. ὁ δὲ πλησίον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων γενόμενος καὶ δείσας μή τι καὶ πάθῃ δεινότερον, διαπεράσας πρὸς τὸ Τραχονήσιον τὸ μοναδικὸν ἀμφιέννυται σχῆμα τὴν κόμην ἀποκειράμενος, καὶ οὕτως εἴσεισι πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαήλ. ὁ δὲ τοῦτον ἰδὼν ὑπεκρίθη δεινοπαθεῖν.

19. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν θαυμασιώτατον καίσαρα τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, ὁ δὲ Οὐρσέλιος τῆς αἰχμαλωσίας ῥυσθεὶς ἀπῄει αὖθις ὡς ἐπὶ τὸν Πόντον καί τινα τῶν φρουρίων κατελάμβανε, κἀκεῖθεν ἐλύπει τὰς τοῦ Πόντου πόλεις Ἀμάσειάν τε καὶ τὴν νέαν B Καισάρειαν· ἐδῄου γὰρ τὰς χώρας καὶ δασμοφορεῖν κατηνάγκαζεν. ὃ δὴ μαθὼν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον Νικηφόρον πρὸς τὸν ἄρχοντα Ἀλανίας ἐκπέπομφεν ἄξοντα στράτευμα μισθοφόρον. ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ στρατὸν ἐκεῖθεν ἀναλαβὼν περί που τὰς ἓξ χιλιάδας τὸν Πόντον κατείληφε καὶ τὰς ὁρμὰς τοῦ Οὐρσελίου ἀναστέλλειν ἀπεπειρᾶτο. τῶν δ' Ἀλανῶν ἀπαιτούντων τὸν συμφωνηθέντα μισθόν, ἐπεὶ μὴ εἶχεν ἐκεῖνος ἠναγκάσθη τῷ Οὐρσελίῳ προσβαλεῖν πρὸ τοῦ παλινοστῆσαι τοὺς Ἀλανούς. V 40 ἀλλ' οὗτοι ἐνέκειντο τοὺς μισθοὺς ἀπαιτοῦντες, ὃν δὴ παρασχεῖν

lium quidem victoria laetus Artuch accepto pretio suis reddidit, Caesarem vero secum habens in superiorem Phrygiam abiit. Michaël porro Augustus auditis quae acciderant mittit qui Caesarem redimerent. dimisit autem et eum barbarus, multis pecuniis acceptis. ceterum Caesar appropinquans Constantinopoli et veritus, ne quid ibi atrocius pateretur, cum ad Trachonesium transfretasset, monasticam ibi vestem induit coma detonsa, et sic imperatori Michaëli se sistit, qui eum videns simulavit aegre ferre.

19. Et res quidem admirandi Caesaris talem finem habuerunt. Urselius vero captivitate liberatus rursus abiit quasi versus Pontum et arces quasdam occupavit, unde infestabat Ponti civitates, Amaseam et Neocaesaream. vastabat enim circumsitas iis regiones et suburbanos agros vectigaliaque sibi pendere cogebat. quod cum cognovisset imperator Michaël, Palaeologum Nicephorum ad imperantem Alaniae misit ducturum stipendiarium exercitum, qui eo profectus conscriptisque ibi copiis circiter sex millium in Pontum se contulit et impetus Urselii reprimere conabatur. verum Alanis petentibus promissum stipendium cum non haberet unde solveret, necessarium consilium suscepit pugnandi cum Urselio, priusquam Alani quod minabantur recederent. at illi vehementius instabant, ut sibi repraesentaretur

C ἐκείνου μὴ ἔχοντος ὑπέστρεφον ἅπαντες, ὀλίγων δηλαδὴ καταλει-
φθέντων. οἷς δὴ καὶ συμβαλὼν ὁ Οὐρσέλιος ἐτρέψατό τε τού-
τους καὶ οὐκ ὀλίγους ἀνεῖλεν αὐτῶν, οἱ δὲ λοιποὶ εἰς τὰς τοῦ
Πόντου διεσώθησαν πόλεις. ἀπαγγελθέντων δὲ τούτων τῷ βασι-
λεῖ Μιχαήλ, ὁ καλὸς νεανίας μετεκαλεῖτο Ἀλέξιος, τῆς θείας
προνοίας ἤδη βουλομένης ἐμφανῆ γενέσθαι τὴν αὐτοῦ ἀρετήν.
μετακληθεὶς δὲ στρατοπεδάρχης προχειρίζεται καὶ στρατηγὸς αὐ-
τοκράτωρ τοῦ κατὰ Οὐρσελίου πολέμου.

20. Ὁ μὲν οὖν ἀσμένως ἐδέχετο τὰ τῷ βασιλεῖ δόξαντα,
ἡ δὲ μήτηρ τούτου πυθομένη ταῦτα παραιτεῖσθαι ἠνάγκαζε τὴν
ἀρχήν, λέγουσα μὴ νεανικῆς δεῖσθαι φρενὸς καὶ χειρὸς τὰ κατὰ
D τὸν Οὐρσέλιον, ἀλλ' ἀνδρὸς γενναίου καὶ πολλὰ μὲν εἰδότος πολλὰ
δὲ δράσαντος. ἀλλ' ἡ μὲν οὕτως, ὁ δὲ παρακλήσεσι χρησάμε-
νος καὶ πείσας αὐτὴν ἐξῄει ταῖς εὐχαῖς αὐτῆς ἐφοδιασθείς, μήτε
χρήματα πρὸς τοῦ βασιλέως λαβὼν εἰς τὴν τοῦ πολέμου δαπάνην
μήτε στράτευμα ἀξιόμαχον. διελθὼν δὲ τὸν ἐν Παφλαγονίᾳ Πόν-
τον περὶ τὴν Ἀμάσειαν γέγονε, καὶ τοὺς περισωθέντας τῶν Ἀλα-
νῶν εὑρὼν οὐ πλείους ἑκατὸν πρὸς τοῖς πεντήκοντα ὄντας, τοὺς
πολεμίους ἀνέστελλε πολλάκις μὲν αὐτοῖς προσβαλών, τοσαυτάκις
δ' ἡττήσας. ἐπεὶ δὲ τὰς τούτων ὁρμὰς συνέστελλεν, οὐκέτι τὰς
P 58 ἐπελεύσεις ἐκείνων ἐτήρει, ἀλλ' ἐπιὼν πρὸς τὰ φρούρια τὰ παρ'
αὐτοῦ κατεχόμενα ἐνέδρας ἐνίστα, καί τινας πρὸς διαρπαγὴν πλη-

1. καταλειφθέντων] V. καταληφθέντων.

constituta merces, quod cum Palaeologus pecunia carens facere nequisset, Alani paucis exceptis omnes abierunt. cum reliquis autem congressus Urselius eos non paucis occisis fudit et varie in Ponti civitates fugere coegit. quibus Michaëli Augusto nuntiatis accersitus ab eo est praestans animi iuvenis Alexius, divina providentia iam volente illustrem eius virtutem reddere. declaratus est enim dux summus exercitus et praefectus bello in Urselium gerendo.

20. Atque id munus ab imperatore delatum ipse quidem libenter admittebat: verum eius mater hoc comperto omnibus modis ab eo contendebat, ut illam provinciam recusaret, aiens non utique iuvenilis mentis et manus negotium esse Urselium vincere, sed viri eiusque fortis et cum multa scientis tum plurima operati. haec ad Alexium mater, qui blandis ad eam persuasionibus usus impetravit commeatum abeundi. profectus itaque est non alia re magis quam maternis apud deum pro se precibus viaticatus. nam ab imperatore neque pecuniam accepit in belli sumptus neque iustum exercitum. transgressus autem Pontum Paphlagoniae Amaseae se admovit, ubi reperit Alanos, qui ultimae cladi superfuerant, non plures centum quinquaginta. his ad suas tenues copias adiunctis hostes coercebat saepe manus conserens toties vincens. postquam autem crebris offensionibus castigati iam non temere prodibant, remissa cura observandarum eruptionum territi hostis, admovebat se clam praesidiis Urselianorum, insidias idoneis locis celans: tum

σίον τῶν φρουρίων ἐξέπεμπε. τῶν γοῦν πολεμίων ἐξιόντων καὶ διωκόντων τοὺς προνομεύοντας, αὐτὸς ἐξιὼν τῆς ἐνέδρας τὰς εἰς τὸ φρούριον φερούσας ὁδοὺς κατελάμβανε καὶ τοὺς διώκοντας ἀπεῖργε τῆς πρὸς ταῦτα εἰσόδου. ξυνέβαινε γοῦν μικροῦ δεῖν πάντας ζωγρεῖσθαι, ἅτε τῶν πρὸς τὰ φρούρια φερουσῶν ὁδῶν προκατειλημμένων. τούτων γοῦν συχνάκις γινομένων εἰς ἀμηχανίαν εἰσῆγε τὸν βάρβαρον. ὁ μὲν γὰρ ἀξιόμαχον ἔχων δύναμιν B ἐβούλετο μάχῃ μιᾷ κριθῆναι τὰ κατ᾽ αὐτόν, ὁ δὲ στρατοπεδάρχης δυνάμεως ἀπορῶν καταστρατηγεῖν τὸν βάρβαρον ἔσπευδε. καὶ ὁπηνίκα ἐκεῖνος τὸ ἑαυτοῦ συνήθροιζε στράτευμα, οὗτος ἠρεμεῖν προσεποιεῖτο, καὶ διασχὼν ἡμέρας τινὰς ἐξῄει λάθρα καὶ οὐ πόῤῥω τούτου γενόμενος λόχους ἐνίστα καὶ τὰ πλεῖστα ἐνήδρευε καὶ τοὺς ἐπὶ τὸ στράτευμα διακομίζοντας ἐζώγρει. ἀγγελλομένων δὲ τούτων τῷ βαρβάρῳ στρατιῶται ἐκεῖθεν ἐπέμποντο βοηθήσοντες. ἀλλὰ τοῖς λόχοις καὶ ταῖς ἐνέδραις ἐμπίπτοντες μικροῦ C δεῖν ἄρδην ἡλίσκοντο ἅπαντες· ἀναιρεῖσθαι γὰρ τούτους οὐχ ὅσιον ἐνομίζετο τῷ στρατοπεδάρχῃ Χριστιανοὺς ὄντας.

21. Ταῦτα πολλάκις γινόμενα μεγάλως ἐλύπουν τὸν βάρβαρον· τῶν γὰρ πόλεων ὅσαι προσεῖχον αὐτῷ πρότερον φόβῳ ἢ εὐνοίᾳ τούτῳ δασμοφοροῦσαι, ἐπειδὴ ἀπογινώσκειν τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἤρξαντο, οὐδὲν οὐδεμία παρεῖχεν αὐτῷ. καὶ διὰ τοῦτο χρημάτων σπανίζων βουλὴν ἐβουλεύσατο βαθεῖαν μὲν οὐ συνετὴν δὲ

13. καὶ τοὺς] Addendum τὰ ἐπιτήδεια. 19. φόβῳ] Fort. addendum μᾶλλον.

quosdam ostentare se iubebat praedis palam abigendis in conspectu praesidii. ad quam speciem cum hostes exirent et praedatores sequerentur, ipse consurgens ex insidiis iter egressis ad reditum praeoccupabat interclusosque circumveniens fere omnes capiebat vivos. his saepius factis in maximam difficultatem rerum barbarum coniecit, qui iustum habens exercitum praelio decernere quam primum cupiebat. sed contrario consilio Alexius, qui parum suis copiis fideret, furtis belli non congressibus apertis vincere barbarum decreverat. itaque quoties ille tamquam ad acie certandum copias coegerat, hic quiescere se velle simulabat. et ubi aliquot dierum patientia impetum paratorum ad praelium refrigeraverat, prodibat clanculum et non longe ab hostilibus castris insidias locabat, vias praeoccupans quibus commeatus inferebantur et plerosque annonam ac cetera necessaria portantium capiens. haec ut barbarus senserat, mittebat extemplo pabulatoribus auxilia. sed missi incurrentes in insidias paucissimis elabentibus capiebantur omnes. nam eos occidere nefas Alexio videbatur, cum Christiani essent.

21. Haec saepius ita gesta vehementer conturbabant barbarum. nam civitates, quae metu aut amore ipsi favebant et vectigalia pendebant, postquam desperare eius auxilium aut non timere ipsius impetum coeperunt, lucrifacere sumptum pensitationis vel inutilis vel non necessariae coeperunt. quarum collationibus cessantibus inopia Urselius ingenti rei nummariae labo-

ὅμως, ὡς τὸ τέλος ἀπέδειξεν. ἄρτι γὰρ τοῦ Τουτὰχ ἐκ Περσί-
D δος κατελθόντος ἐπὶ τῷ τὰ Ῥωμαίων ληΐζεσθαι ξὺν πλήθει Τούρ-
V 41 κων πολλῶν, δεῖν ἔγνω προσχωρῆσαι τούτῳ κἀκεῖνον ξύμμαχον
λαβεῖν κατὰ τοῦ στρατοπεδάρχου. πέμψας τοίνυν πρότερον πρέ-
σβεις ὕστερον καὶ αὐτὸς παρεγένετο εἰς τὸ τῶν Τούρκων στρατό-
πεδον, καὶ τῷ Τουτὰχ συγγενόμενος καὶ πίστεις λαβὼν ἀπῄει ἐπὶ
τὸ φρούριον ὑποσχόμενος ἥξειν εἰς νέωτα. ὁ δὲ στρατοπεδάρχης
πυθόμενος τὴν τοῦ Οὐρσελίου πρὸς τὸν Τουτὰχ ἄφιξιν ἐξέπεμψε
καὶ αὐτὸς πρέσβεις καὶ δῶρα πολυτελῆ τῷ Τουτάχ, καὶ φιλίας
αὐτῷ ἀνεμίμνησκε τῆς βασιλείας Ῥωμαίων πρὸς τὸν κρατοῦντα
Περσῶν, καὶ δὴ καὶ πρέσβεις ἀντιπεμφθῆναι ἠξίου τοὺς μάλα
πιστοτάτους αὐτῷ, ὡς ἔχων τι μηνύειν μυστικῶς οὐ μικρὰν αὐτῷ
τὴν ὄνησιν φέρον. ὁ δὲ τοῖς δώροις ἡσθεὶς καὶ ὅστις εἴη μαθὼν
εὐθὺς αὐτῷ τὸν πιστότατον πέπομφε. ἐπεὶ δ' εἰς Ἀμάσειαν ἧκε,
P 59 φιλοφρόνως αὐτὸν ὁ στρατοπεδάρχης ὑπεδέξατο καὶ οὕτως αὐτὸν
ᾠκειώσατο δῶρα διδοὺς καὶ θαμὰ ὁμιλῶν (ἦν γὰρ εἴπερ τις ἄλλος
ἐν λόγοις ἡδὺς) ὡς μεγίστην εὔνοιαν πρὸς αὐτὸν τὸν βάρβαρον
κτήσασθαι. τούτου οὖν γενομένου τοιῶνδε πρὸς αὐτὸν ἤρξατο
λόγων "φίλοι μὲν" λέγων "ὦ τάν, ὅ τε βασιλεὺς Ῥωμαίων καὶ
ὁ σουλτάνος, ὁ δὲ Οὐρσέλιος ἀμφοῖν ὑπάρχει ἐχθρός. σίνεται
μὲν γὰρ τὰ Ῥωμαίων, ἐπιτίθεται δὲ καὶ τοῖς Τούρκοις. καὶ νῦν
ἰδὼν τὸν σὸν ἀμυρὰν προσελθόντα, ὥσπερ δείσας μὴ ὑπ' ἀμφο-

2. τῷ] V. τοῦ. 13. φέρον] V. φέρων.

rans consilium iniit astutum quidem non tamen eventu felix. cum enim accepisset erupisse Tutachum e Perside ad terras imperii vastandas cum magno exercitu Turcorum, optimum factu putavit adiungere se ipsi et tali socio adversus Alexium uti. missis igitur prius legatis postmodum ipse in Turcorum castra se contulit, foedereque cum Tutacho inito rediit in arcem promittens quam primum se rediturum. at Alexius audita profectione Urselii ad Tutachum misit et ipse legatos ad eundem cum donis pretiosis et eum amicitiae admonuit, quae inter imperium Romanum, et principem Persarum constituta erat: rogabat praeterea ne gravaretur quosdam, quibus maxime fideret ad se mittere. habere enim se illi communicanda arcana magni momenti, quae nosse ipsius interesset plurimum: delinitus donis Tutachus, et quis esset Alexius sciens facile inductus est ad hominem sibi fidissimum mittendum: qui cum Amaseam venisset humanissime hominem ac liberalissime Alexius accepit itaque illum demeruit muneribus et familiaritate blandissimi sermonis, erat enim si quis alius comis in verbis et suavissime pellax, ut sibi mirabiliter devinxerit barbarum. tum ad iam obnoxium et ex vero benevolum talem orationem exorsus est. "amici quidem, o mihi care sodalis, sunt inter sese imperator Romanorum et Sultanus vester, Urselius autem utrique infensus. vastat enim Romanas terras, idemque ubi occasio datur, a Turcis violandis non abstinet. nunc videns tuum Amyram cum exercitu egressum, velut me-

τέρων ἀναλωθείη, προσωπεῖον ὑποδὺς ἀγάπης ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν B τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενος. ἐπεὶ δ' ἂν οὗτος παρέλθῃ, ἐχθρὸς ἔσεται πάλιν τῶν Τούρκων ὁποῖος καὶ πρότερον ἦν. ἀλλ' εἴ τι ἐμοὶ πείθεται, ἀφικόμενον αὖθις αὐτὸν ἀποδότω μοι χρημάτων πολλῶν· τρία γὰρ ἐκ τούτου κερδανεῖ τὰ μέγιστα, χρημάτων πλῆθος, οἰκειότητα πρὸς βασιλέα Ῥωμαίων ἀφ' ἧς μεγάλας ἕξει εὐεργεσίας, καὶ τρίτον τὸ τὸν σουλτάνον ἡσθῆναι τῶν Τούρκων ἀποσκευασάμενον τὸν ἐχθρόν."

22. Πείθεται τοῖς τοῦ στρατοπεδάρχου λόγοις ὁ πρέσβυς καὶ ὑπισχνεῖται πείθειν τὸν ἀμυρὰν ἐπιτελέσαι τὰ τῷ στρατοπε- C δάρχῃ δόξαντα. πέμπεται οὖν μετὰ δώρων αὖθις καὶ ἀπαγγέλλει πάντα τῷ Τουτάχ, τήν τε γνώμην παρίστησι τοῦ στροτοπεδάρχου καὶ τὸ ἐν λόγοις μειλίχιον καὶ τὸ ἐν χρήμασιν ἐλευθέριον. καὶ δὴ δουλοῦται τοῖς ἀπαγγελθεῖσιν ὁ βάρβαρος καὶ ὅλος γίνεται τοῖς τοῦ στρατοπεδάρχου λόγοις καὶ γνώμης πειθήνιος. ἐλθόντα τοιγαροῦν τὸν Οὐρσέλιον προσποιεῖται φιλοφρόνως ὑποδέχεσθαι, καὶ συνδειπνήσας αὐτῷ τέλος συλλαμβάνει καὶ δεσμώτην ἀποδείξας ἐκπέμπει τοῦτον πρὸς τὸν στρατοπεδάρχην, ὁμήρους λαβὼν ὥστε ἀποδοθῆναί οἱ τὰ συμφωνηθέντα χρήματα. ἡσθεὶς οὖν ὁ στρα- D τοπεδάρχης ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἐπεὶ χρημάτων ἠπόρει, ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν ὅ τι καὶ δράσειε· καὶ εὐθὺς ἐκκλησίαν συνήθροιζε καὶ τοὺς

2. ἐπεὶ δ' ἂν] ἐπειδὰν δ'? 15. γνώμης] γνώμῃ?

tuens ne quod se meritum novit ab utrisque debelletur, larva benevolentiae sumpta se ad eum contulit tempus redimens et occasionem impune nocendi captans. cui enim dubium est quin simul hic terror praeterierit, sit idem in Turcos Urselius qui prius et quibus poterit damnis eos afficiat. quin igitur id agit potius Tutachus quod suggero. eum ad se reversum mihi tradat acceptis pro eo pecuniis quantas volet. hinc enim tria vel maxima lucrabitur. primum pecuniae vim magnam quam ego numerabo, deinde gratiam imperatoris Romani, qui beneficium istud magnifice remunerabitur, denique Sultano gaudium afferet magnum hoste gravissimo Turcorum de medio sublato."

22. Quid multa persuadetur Alexii oratione legatus et promisit persuasurum se Amyrae ut efficiat quae Alexius volebat. dimittitur sub haec novis donis oneratus et haec Tutacho nuntiat laudes adiungens maximas Alexii humanitatis in factis comitatis in verbis liberalitatis in donis ac pecuniis qua dandis qua promittendis. nec pluribus opus fuit ad capiendum avarum animum barbari ostentatam auri praedam spe praevorantis. decernit igitur plane id agere quod rogabatur et Alexio per omnia obsequi. sub haec consilio dissimulato Urselium ex condicto redeuntem excipit in speciem benevole convivioque adhibitum ad extremum capit vinctumque ad Alexium transmittit, obsidibus ab eo vicissim acceptis, quoad promissam pecuniae summam numerasset. gaudium Alexii de successu tam prospero conturbabat inopia pecuniae quam et suae fidei et libertati datorum a se obsidum non modicam nec facile in praesenti parabilem debebat. incertus igitur consilii concionem Ama-

περὶ τὴν πόλιν δυναμένους ἐκάλει πρὸς βουλήν, καὶ πάντων συνελθόντων ἤρξατο τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων ἐντεῦθεν. "ἄνδρες ὁπόσοι παρ' ἐμοῦ ἐξελέγητε σήμερον εἰς τὸ βουλευτήριον, ἀκούσατε τῶν πρὸς ὑμᾶς λόγων. ἴστε ὅπως ὁ βάρβαρος τὰς τοῦ Ἀρμενιακοῦ διέθετο πόλεις ἁπάσας καὶ ὁπόσα χρήματα ἀφ' ὑμῶν εἰσεπράξετο, ὅσας τε κωμοπόλεις ἐπόρθησε καὶ σώματα ἀνθρώ-
P 60 V 42 πων κακῶς διέθετο ποιναῖς ὑποβάλλων ἀφορήτοις ἐξ ἀφορμῆς βραχυτάτης. ἐπεὶ οὖν ἧκε καιρὸς ἀπαλλάττων ἡμᾶς τῆς ἐκ τούτου κακώσεως, δέον ἐστὶν ἡμᾶς μὴ προέσθαι τοῦτον μηδὲ τὸν καπνὸν φεύγοντας εἰς κάμινον ἐμπεσεῖν. ἐπεὶ γὰρ νεύσει θεοῦ καὶ σπουδῇ ἡμετέρᾳ ὁρᾶτε νῦν δεσμώτην τὸν βάρβαρον, ὁ δὲ τοῦτον ζωγρήσας ἀπαιτεῖ τὴν τιμήν, αὐτοὶ δὲ χρημάτων ἀποροῦμεν, δέον ἐστὶν ἕκαστον συνεισενεγκεῖν τὰ πρὸς δύναμιν. εἰ μὴ γὰρ πόρρω βασιλέως ἦν, ἢ καιρὸν ἀναμονῆς ἀπῄτει ὁ βάρβαρος, ἔσπευσα ἂν ἐκεῖθεν κομισθῆναι τὰ τῆς τιμῆς. ἐπεὶ δ' ὡς ὁρᾶτε
B οὐδέν ἐστι τούτων δυνατὸν γενέσθαι, τὸ δὲ Τούρκων πλῆθος μεγάλως τὴν χώραν λυμαίνεται μένοντος τοῦ ἀμυρᾶ διὰ τὴν τιμήν, δέον ἐστὶν ὡς ἔφην πάντας ὑμᾶς συνεισενεγκεῖν. πρὸς τοὺς ἄρχοντας δέ μοι ὁ λόγος· καὶ λήψεσθε πάντα ἐκ βασιλέως ὁπόσα παράσχητε."

3. ἐξελέγητε] ξυνελέγητε? 9. τοῦτον] V. τοῦτο.

senorum advocat et primores civitatis nominatim ut adsint rogat, cunctisque congregatis talem quamdam exorsus est orationem. "viri a me hodie in consilium vocati, audite quid vos velim. scitis qualem se hic barbarus Armeniaci limitis civitatibus cunctis quamque infestum praebuerit, quot a vobis pecunias extorserit, quot oppida desolaverit, quot hominum corpora dire cruciaverit suppliciis ea intolerabilibus minima plerumque causa subiiciens. quoniam igitur illuxit tandem fortunata dies, quae vos hisce vexationibus in omne tempus exemptura, si voletis, est, aequum videtur dare vos operam ne praeclara nec facile reditura vobis excidat occasio, cavere quoque ne studio fumi fugiendi flammam in ipsam ac flagrantem fornacem incidatis. quando enim dei nutu et diligentia nostra videtis nunc captivum vinctumque illum barbarum, qui vero illum cepit pretium facti repetit; ego autem pecunia careo, par est unumquemque vestrum conferre quantum potest. equidem nisi tam longe ab imperatore distarem, et si morae solutionis indulgeret Tutachus, festinarem in urbem regiam, ut inde auferrem promissam et tam iuste debitam mercedem utilissimae nobis operae. quoniam autem, ut videtis, nihil horum fieri potest, et Turcorum exercitus multa interim damna ei quam insidet nostrae regioni infert, Amyra ibi mansuro donec promissum a nobis pretium acceperit, par est, ut dixi, immo necessarium omnes vos de vestro conferre (ad principes et primores loquor) recepturos deinde ab imperatore, quae rei publicae tam necessario articulo communis salutis foenerati fueritis."

23. Τούτων ἐκεῖνοι ἀκούσαντες ἐπεχείρουν ταράττειν τὸ
πλῆθος, καὶ θόρυβος καὶ κραυγὴ ἦν μεγίστη τῶν μὲν ἀσήμως
βοώντων, τῶν δὲ βουλομένων σώζεσθαι τὸν Οὐρσέλιον· ἐπεβόων
γὰρ μηδέν τι δεινὸν παθεῖν πρὸς αὐτοῦ καὶ ἐπειρῶντο ἁρπάζειν
τοῦτον ἐκ τῆς οἰκίας καὶ ἀπολύειν ἐλεύθερον. καὶ τάχα ἂν ἕτερος C
ὢν ἐταράχθη δῆμον ὁρῶν τοσοῦτον μαινόμενον καὶ θορυβουμένην
πόλιν μεγίστην. ὁ δὲ γενναῖος νεανίας, ὁ στρατοπεδάρχης ἐκεῖ-
νός φημι, μηδέν τι δείσας τὸ σύνολον κατασιγάζειν ἤρξατο τῇ
χειρὶ τὸν θόρυβον. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις γενομένης ἡσυχίας λόγων
ἤρχετο πρὸς τὸ πλῆθος τοιούτων. "θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ἄνδρες
Ἀμασειανοί, ὅπως ῥᾳδίως οὕτως ἐξαπατᾶσθε ὑπὸ τῶν κατασο-
φιζομένων ὑμᾶς καὶ τὴν σφῶν μὲν αὐτῶν ὠφέλειαν ὠνουμένων τῷ
ὑμετέρῳ αἵματι, μεγίστης δὲ βλάβης ὑμῖν προξένων γινομένων.
ποία γὰρ ὑμῖν ὄνησις ἐγένετο τῆς τυραννίδος συνισταμένης ὅτι μὴ D
σφαγαὶ καὶ αἰχμαλωσίαι καὶ πηρώσεις καὶ ἀκρωτηριασμοὶ μελῶν;
ἀλλ' ὑμεῖς μὲν οὕτω κακῶς ἐπάσχετε, οἱ δὲ νῦν ὑμᾶς πρὸς θυ-
μὸν καὶ θόρυβον ἀνεγείροντες διετήρουν μὲν ἀσινῆ τὰ οἰκεῖα τὸν
βάρβαρον θεραπεύοντες, ἀπελάμβανον δὲ καὶ τῶν ἐκ βασιλέως
δωρεῶν, ὅτι μὴ σφᾶς τε καὶ τὴν πόλιν ἐνεχείρισαν τῷ βαρβάρῳ.
ὑμῶν δὲ οὐδὲ ἕνα λόγον ἐποιήσαντο πώποτε. διά τοι τοῦτο καὶ P 61
αὖθις βούλονται τὴν τυραννίδα συνίστασθαι, ἵνα τῷ τυράννῳ

23. His Amaseni proceres auditis concitare plebem conabantur, tumultusque ac confusus clamor exstitit magnus, quibusdam incondita quaedam et incertae significationis vociferantibus, aliis distincte liberari Urselium poscentibus, nihil enim se ab illo grave passos; simulque nitebantur rapere ipsum e custodia et emittere liberum. alius utique quivis turbatus fuisset tantum populum furentem videns et civitatem maximam contra se tumultuantem. noster vero generosus iuvenis Alexius intrepidus ad haec pectore inconcusso ac fidenti vultu silere iubebat turbam et manu protensa audientiam poscebat, qua utcumque impetrata hanc ad plebem ipsam orationem habuit." miror, viri Amaseni, tam facile decipi vos ab iis qui vobis male consulunt et privatas ipsorum utilitates vestro sanguine mercantur nec quidquam pensi habent, quam graviter vobis noceant, dum sibi vel leviter prosint. quis enim vobis fructus invalescentis Urselio dominante et istis ei obsequentibus tyrannidis fuit praeter caedes captivitates mutilationes truncationesque membrorum? et in vos quidem ista desaevierunt; qui vero nunc in iram et tumultum vos concitant intacta illibataque servarunt patrimonia tecta praediaque propria, quarum rerum incolumitatem concessis vobis in rapinam barbaro sibi ab eo paciscebantur. iidemque etiam postea praemia fidei vestrae ab imperatore largiter soluta diviserunt inter se iactantes sua opera factum ne hac civitate Urselius potiretur, neglectis funditus vobis nec, cum in tanta parte damnorum fueritis, ad ullam commodorum particulam admissis, utpote qui nullam umquam rerum ac rationum vestrarum curam aut cogitationem sumpserint. itaque iam rursus cupiunt restituere tyrannidem ipsis quaestuosam vobis quos

μὲν χρηστὰς ὑποσαίνοντες ἐλπίδας ἀσινῆ τὰ οἰκεῖα διατηρῶσιν,
ἐκ βασιλέως δὲ ἀπαιτῶσιν αὖθις τιμάς τε καὶ δωρεάς. ἢν δέ τι
καὶ νεωτερισθείη, αὐτοὶ μὲν πόρρωθεν ἑαυτοὺς τοῦ δράματος
ἐξαγαγεῖν πειράσονται, τὸν δὲ βασιλέως ὅλως θυμὸν ἐξάψουσι
V 43 καθ' ὑμῶν. ἀλλ' εἴ τί μοι πείθεσθε, τοὺς μὲν ὑμᾶς πρὸς θό-
B ρυβον διεγείραντας ἔρρειν ἐάσατε, ἀπίτω δὲ ἕκαστος εἰς τὴν οἰ-
κίαν αὐτοῦ καὶ τὰ λεχθέντα σκοπείτω, καὶ εἴσεσθε ὁποῖος ὑμῖν
βουλεύεται τὰ ξυμφέροντα." τούτων ἀκοῦσαν τῶν ῥημάτων τὸ
πλῆθος ἐπῄνει τὰ λεχθέντα καὶ ἅπαντες ὑπεχώρουν.

24. Ὁ δὲ στρατοπεδάρχης δείσας μὴ καὶ αὖθις οἱ δυνα-
τοὶ τὸ πλῆθος διεγείρωσι καὶ τὸν Οὐρσέλιον διαρπάσωσι, βουλὴν
βουλεύεται πάνυ μὲν συνετήν, πάνυ δὲ καὶ φιλάνθρωπον. τίς δ'
C ἡ βουλή; προσκαλεῖται τὸν δήμιον. ἀνάπτεται πῦρ. ἐκπυροῦ-
ται σίδηρος. ῥίπτεται κατὰ γῆς ὁ Οὐρσέλιος. φωνεῖν καὶ στέ-
νειν γοερὸν παραγγέλλεται ὡς δῆθεν τῶν ὀμμάτων στερούμενος.
ὁ δὲ πείθεται καὶ τὴν οἰκίαν ἐπλήρου φωνῶν τε καὶ στεναγμῶν.
εἶτα τοῖς τούτου βλεφάροις ἐπιτίθεται φάρμακον ἀκεσώδυνον καὶ
ἐπὶ τῷ φαρμάκῳ κάλυμμα. ἕωθεν δὲ πρὸς τὸ πλῆθος ἐξάγεται

8. ἀκοῦσαν] V. ἀκουσάντων.

viles habent exitialem. ut cum rursus vestris praedis tyranno per vestrum errorem ipsorum fraude ab extremo periculo in spem meliorem revocato blanditi fuerint, in praesens indemnitatem suarum familiarum ab eo vestris rapinis exsatiando paciscantur, postmodum vero ostentata imperatori falsa fidelitate, quasi per ipsos steterit ne Urselius vestra opera regnaret, sibi quidem ipsis honores ab eo et largitiones, vobis autem seditiosorum poenas et extrema supplicia procurent. nam ubi tumultus usque ad tyranni captivi liberationem invaluerit, facile ipsi purgabunt id, se invitis ac frustra repugnantibus, vi ac furore plebis novarum rerum studiosae factum: unde gratiam quidem imperatoris in se, in vos autem iram et totam invidiam odiosi facinoris avertent. at vos, si quid mihi creditis, istos insidiosos seditionis ipsis quaestuosae vobis perniciosae suasores missos facite. ite vero quisque in domos vestras et quae audistis otiose reputate. sic enim facile intelligetis utri vobis utilia consulant, illine qui vos tyranni rapinis et imperatoris suppliciis obiiciunt, an ego qui capita fortunasque vestras omnium pro commodis spebusqne improbis paucorum in discrimen nolo proiici." audita plebs hac oratione laudavit quae dicebantur et paulatim recesserunt in domum quisque suam.

24. At Alexius metuens ne iterum proceres civitatis plebem concitarent et Urselium raperent, consilium iniit valde prudens nec minus humanum. quale id autem? advocat carnificem, accendi iubet ignem et in eo candefieri ferrum. humi iuxta extenditur Urselius vociferans et eiulans plane ut si re vera ei oculi ferro ignito exurerentur, quod mox futurum ex eo apparatu rebatur. quare domus tota personabat insanis eius lamentis. quod ad famam rei factae in viciniam et mox per urbem spargendam utile erat. deinde eius oculis unguentum quoddam innoxium imposuit et supra unguentum fasciam. postridie quoque in publicam concionem ita fasciatum oculis opertis Urselium

καὶ ὁρᾶται παρὰ πάντων ὡς δῆθεν τυφλός. τοῦτο τὸ δρᾶμα πάμπαν τὸν θόρυβον κατεσίγασεν. ὁ μὲν οὖν στρατοπεδάρχης ἀδείας λαβόμενος ἐσκόπει ὅπως καὶ τὸ περὶ τὸν Οὐρσέλιον στράτευμα καθελὼν τῶν παρακατασχεθέντων φρουρίων γένοιτο ἐγκρα- D τής· οἱ δ' ἐκ βασιλέως πεμφθέντες τῶν οἰκείων ὄντες τῷ βασιλεῖ ἠνάγκαζον τοῦτον τὸν Οὐρσέλιον λαβόντα εἰς τὴν βασιλίδα ἐπανελθεῖν. ὁ δὲ αἰσχρὸν ἔλεγεν εἶναι εἰ πολλῶν τῶν ὑπὸ τὸν τύραννον ὄντων ἑνὸς ἐγκρατεῖς γεγονότες αὐτοῦ τοῦ τυράννου τοὺς ἄλλους καταλιπόντες οἰχησόμεθα· ἀνάγκη γὰρ ἕνα τῶν λειπομένων εἰς τύραννον καταστῆναι καὶ αὖθις τὰς πόλεις κυκᾶν. ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι ταῦτα καὶ τοῦτον ****, ἀποπειρᾶσαι δὲ καὶ τῶν φρουρίων ὅσον οἷόν τε. ταῦτ' εἰπὼν ἔργου εἴχετο, καὶ πρῶτον P 62 μὲν τὰς ὁδοὺς ἐφρούρει, ὡς μηδέν τι τῶν ἀναγκαίων λαθεῖν εἰς τὰ φρούρια εἰσαχθῆναι, καὶ ἐπὶ συλλογὴν σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων ἐξιόντας μεγάλως ἐσίνετο, ἔπειτα μέντοι ἐνέδρας ἐνίστα καί τινας εἰς προνομὴν ἔστελλεν. οἱ δὲ ἐν τοῖς φρουρίοις ἐξιόντες καὶ τοὺς προνομεύοντας διώκοντες ταῖς ἐνέδραις περιπίπτοντες ἡλίσκοντο. τοῦτο πολλάκις ποικιλοτρόπως γινόμενον εἰς ἀπορίαν τοὺς Φράγγους ἐνέβαλλεν· ὅτε μὲν γὰρ μετὰ τετάρτην ἢ πέμπτην ἡμέραν ἐποίει τὰς προνομάς, ὅτε δὲ μετὰ μίαν αὖθις B ἡμέραν ἢ καὶ δευτέραν. ἀμηχανοῦντες οὖν οἱ ἔνδον οἱ μὲν σφᾶς

11. **τοῦτον] Indicavi lacunam.**

producit, ut omnibus ea specie fides fieret vere ipsum excaecatum fuisse. ea fictio tumultum plane sedavit. Alexius vero cura ista solutus considerabat, qua ratione posset Urselii reliquis adhuc copiis deletis arces quas invaserat et adhuc per suos tenebat recipere. qui autem ab imperatore missi Alexio aderant consiliorum auctores ex intimis principis suadebant ut Urselio secum ducto confestim Constantinopolim reverteretur. quibus ille turpe fore dicebat, cum multi sub uno tyranno tyranni essent, si uno illo primario sublato minores illos in illius locum facile processuros relinquerent et sic abirent quasi re confecta, statim audituri excitatum esse capto successorem, qui non mitius quam prior paratis ad manum copiis urbes incurset. mihi ergo inquit optimum videtur non tantum tyrannum, sed etiam tyrannidem tollere conarique, si arces et praesidia eius restituere imperio possimus. et his dictis capessivit negotium. ac primum itinera obsedit, ne quid in arces ac castra Urselianorum inferri commeatus posset. si qui vero inde pabulatum aut rei alterius necessariae quaerendae causa exissent, eos male mulctatos repellebat. ponebat etiam insidias locis idoneis, moxque missis qui palam praedando praesidiarios lacesserent, eos hac arte castro elicitos in insidias pertrahebat, in quibus capiebantur. hoc saepe variis modis semper feliciter tentatum Francos in magnam non annonae magis quam consilii inopiam coniecit, noster enim his in eos grassationibus incertis et inobservabilibus momentis utebatur, aliquando alternis diebus, nonnumquam die tertio, interdum quatuor aut quinque diebus interpositis eos incursans. pressi ergo ino-

τε αὐτοὺς καὶ τὰ φρούρια τῷ στρατοπεδάρχῃ παρέδοσαν, οἱ δὲ
κενὰ ταῦτα καταλιπόντες ᾤχοντο. καὶ οὕτω πάντων γέγονεν ἐγ-
κρατής. ἡμέρας δὲ διατρίψας ἐν Ἀμασείᾳ, καὶ τὰς πόλεις ἁπά-
σας καταστήσας, καὶ εἰρήνην βαθεῖαν καταλιπών, καὶ τοῖς πᾶσι
δειχθεὶς ἐρασμιώτατος, ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν μετὰ κρότου καὶ εὐφη-
μιῶν ὅτι πλείστων ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν Οὐρσέλιον.

25. Διιὼν δὲ διὰ Παφλαγονίας ἐπειδὴ ἔγγιστα γέγονε τῆς
οἰκίας τοῦ Δοκειανοῦ Θεοδώρου, ἀνδρὸς τῶν εὖ γεγονότων καὶ
C πλούτῳ κομώντων καὶ καθ' αἷμα τῷ στρατοπεδάρχῃ προσήκοντος
(τῆς γὰρ ἀδελφῆς τοῦ πατρὸς ἐκείνου παῖς ἦν οὗτος), ὡς κατα-
V 44 λαμβάνοντα τοῦτον ἐμάνθανεν ὁ Δοκειανὸς ἀπήντα μακρόθεν καὶ
κατησπάζετο. ἐκτενίσας δὲ καὶ πρὸς τὸν Οὐρσέλιον καὶ τὸ κά-
λυμμα θεασάμενος τὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐπικείμενον λύπης
πεπλήρωτο καὶ οὐκέτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλὰ τὸν στρατοπεδάρχην
ὠνείδιζεν ὡς ἄνδρα γενναῖον οὕτω καὶ μεγάλα δυνάμενον τὰ Ῥω-
μαίων ὠφελῆσαι πράγματα τῶν ὀμμάτων ἀποστερήσαντα. ὁ δὲ
ἐπιεικής τε ἄλλως ὢν καὶ δεινὸς συσκιάσαι πρᾶγμα καὶ μὴ ταχέως
ἐκφαίνειν, πρᾴως οὕτω καὶ γαληνῶς πρὸς ἐκεῖνον ἀντέφησε "τὰς
D μὲν αἰτίας, ἐξάδελφε, δι' ἃς οὗτος τῶν ὀμμάτων ἐστέρηται, οὐ
νῦν ἐστι καιρὸς ἀπαγγέλλειν· ἐπειδὰν δὲ ἀπιόντες οἴκαδε κατὰ
μόνας γενοίμεθα, εἴσῃ πάσας καί με ταχέως ἀπολύσεις τῆς μέμ-
ψεως." φθάσαντες οὖν τὴν οἰκίαν καὶ τῶν ἵππων ἀποβάντες καὶ

3. διατρίψας] Addendum videtur *τινὰς* vel *ὀλίγας*. 12. ἐκτενίσας] *ἀτενίσας?*

pia et quo se verterent incerti qui in praesidiis erant se et arces suas Alexio Romani exercitus ductori dediderunt plerique; alii exhaustas rebus omnibus arces relinquentes fugerunt. unde contigit omnium earum potentem fieri Alexium. qui paucos inde dies Amaseae moratus, constitutis rebus civitatum vicinarum, et profundam in illis partibus pacem relinquens omniumque amores secum ferens abiit plausu et acclamationibus omnium deductus, ducens vero secum Urselium.

25. Transiens autem per Paphlagoniam ubi vicinus fuit domui Doceani Theodori viri nobilis et locupletis sanguineque Alexio coniuncti, nam hic filius erat sororis patris illius. ut ergo cognovit Doceanus Alexium adventare, occurrit illi obviam longe ac eum magna caritate complexus salutavit. cum autem respexisset Urselium, et fasciam eius oculis impositam vidisset, dolore magno affectus est nec tenere se potuit quin Alexium incusaret, quod virum adeo fortem et qui potuisset multum prodesse rei Romanae oculis privasset. ille autem prudens alias et moderatus in sermone suique potens in dissimulando, quod nondum putaret esse maturum prodere, sic mansuete ac renidenti vultu ei respondit: "causas quidem, matruelis mi, ob quas hic oculis privatus est, exponendi nunc non est tempus, ubi tamen domum pervenerimus et soli una erimus omnes audies meque ut spero isto crimine absolves." cum ergo paulo post domum venissent equis exscensis et excusso pul-

τὸν κονιορτὸν ἐκτινάξαντες ἠρίστουν, τοῦ ἑστιάτορος τὸ δεῖπνον φιλοτίμως προευτρεπίσαντος. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον τῆς χειρὸς λαβόμενος τοῦ Δοκειανοῦ ὁ στρατοπεδάρχης εἰς τὸ δωμάτιον εἴσεισιν ἐν ᾧ ὁ Οὐρσέλιος ἐνεκέκλειστο, καὶ ἐκέλευσεν ἀναπεταννύειν τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ εὐθὺς ἀνεπήδα καὶ τὸ κάλυμμα ἀναπεταννὺς ἑωρᾶτο βλέπων καὶ τὸν Δοκειανὸν κατησπάζετο. ὁ δὲ τῷ αἰφνιδίῳ κατεπέπληκτο καὶ πλήρης χαρμονῆς ἐγεγόνει, καὶ τὸν κλεινὸν περιπλακεὶς Ἀλέξιον κατεφίλει χείλη καὶ παρειὰς καὶ τοὺς χαρίεν- P 63 τας ὀφθαλμούς, καὶ μέγα ἐβόα ἄξιον εἶναι τῶν προαγόντων τοῦ νέου τὸ φρόνημα, καὶ τὸ δρᾶμα ἐπῄνει καὶ τὴν σκηνὴν ἐθαύμαζε.

26. Τρισὶν οὖν ἡμέραις ἐπ' αὐτῷ ξενωθεὶς ὁ στρατοπεδάρχης ἐξῄει καὶ κατῄει ὡς ἐπὶ τὴν τοῦ Πόντου θάλασσαν. περὶ δὲ τὴν Κασταμόνα γενόμενος ἐπεθύμησε τὴν τοῦ πάππου οἰκίαν ἰδεῖν. παρακαλεσάμενος οὖν ἀπιέναι πάντας αὐτὸς μετ' ὀλίγων ἀπένευσε τῆς ὁδοῦ. ἐντὸς δὲ ταύτης γενόμενος καὶ ἔρημον ταύτην τῶν οἰκούντων ἰδὼν δακρύων ἐπληροῦτο καὶ στεναγμῶν, ἐν μνήμῃ γενόμενος τῶν αὐτοῦ γεννητόρων. βίᾳ δ' ἐκεῖθεν ἀποσπα- B σθεὶς πρὸς τῶν ἑπομένων ἀπῄει, ὅτε μικροῦ δεῖν ἐνηδρεύθη παρὰ τῶν Τούρκων, εἰ μὴ ταχέως αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν ἀποσπάσαντες συνέμιξαν τοῖς λοιποῖς. διελθόντι δὲ τοὺς στενωποὺς καὶ παρὰ τὴν θάλασσαν κατιόντι πρὸς τὴν Ἡράκλειαν ὁ Μαύρηξ ἀπήντα, ἀνὴρ οὐ τῶν εὖ γεγονότων, ἐντρεχὴς δὲ ἄλλως καὶ πεῖραν τῶν

1. ἠρίστουν] ἠρίστων? 7. ἐγεγόνει] P. ἐγεγώνει. 20. παρὰ] V. περί.

vere lauti accubuerunt. epulas autem Doceanus magnifice apparaverat. post prandium manu prehensum Alexius Doceanum in conclave duxit quo clausus fuerat Urselius, quem iussit demere sibi fasciam nudareque oculos. ille autem subito exsurgens remoto velo cernebatur praeclare videns et Doceanum salutabat, qui re inexspectatissima perculsus plenus gaudii exclamavit ac inclytum complexus Alexium labra et genas amabilesque eius oculos osculatus est, macte, inquiens et voce magna iterans, macte ista virtute indoleque digna gloria parentum qui te eduxerunt. nec ullum finem faciebat commendandae humanitatis lepidae fictionis ingenio mixtae.

26. Triduo ibi hospitaliter habitus ulterius perrexit versus mare Ponticum descendens. cum autem circa Castamonem pervenisset, cupivit visere avi domum. iussis igitur porro pergere cunctis ipse cum paucis declinavit e via. ingressus vero domum, cum illam habitatoribus vacuam vidisset, plenus lacrimis et suspiriis erat memoriam progenitorum suorum recolens: nec nisi vi quadam inde a comitibus avulsus recessit, quando et parum abfuit quin incideret in insidias Turcorum. sed qui circa ipsum erant ita properare coegerunt, ut satis mature suorum agmini se misceret. transgresso porro angustias et circa mare descendenti versus Heracleam Maurex occurrit, vir non ille quidem nobilis, gnavus tamen et strenuus usumque habens maximum

κατὰ θάλατταν ἔχων ὅτι πλείστην. διὸ δὴ καὶ βασιλεῦσι Ῥωμαίων ἀναγκαῖος ἐδόκει καὶ πολλῶν ἀπήλαυε τῶν ἐξ αὐτῶν δωρημάτων, ὡς καὶ πλοῦτον κτήσασθαι πλεῖστον καὶ δούλων πλῆθος C καὶ τῶν ἄλλων ὑπηρετούντων περὶ τὰ στρατιωτικὰ καὶ οἰκίαν ἀνεγεῖραι λαμπράν. ἀπαντήσας δ' οὗτος ἠξίου ἐπιξενωθῆναί οἱ, ὁ δ' ἐπείθετο. ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Ἡράκλειαν ἐγένοντο, ᾔει πρότερον στρατοπεδάρχης ἐπὶ τὸν ἀχειροποίητον τῆς θεομήτορος ναόν, ἐν ᾧ τὰ χαριστήρια ἐτεθύκει τῷ πάντων σωτῆρι καὶ τούτου μητέρι. εἶτ' ἐπεξενίσθη τῷ Μαύρηκι.

27. Ἐν ὅσῳ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον ἡτοιμάζετο, ἀπήγγελτο Τούρκους κατιέναι εἰς προνομήν. τὸν δ' εὐθὺς ὁ λόγος πρὸς τὰ ὅπλα ἐκίνησε μᾶλλον ἢ τὸν Ἀλέξανδρον ὥς φασι πά- D λαι ἡ Τιμοθέου αὔλησις. ὁπλισάμενος οὖν καὶ τοῦ ἵππου ἐπιβὰς ἐξῄει σὺν τοῖς περὶ αὐτόν. ξυνείποντο δέ οἱ καὶ οἱ τοῦ Μαύρηκος ἄνδρες ἐμπειροπόλεμοι καὶ γενναῖοι, ὧν κατάρχων ἦν ὁ Βουτουμίτης Μιχαήλ, ἀνὴρ μικρὸς μέν, ὥς φησιν Ὅμηρος, δέμας V 45 ἀλλὰ μαχητής. ἀλλ' οἱ Τοῦρκοι πόρρωθεν τούτους ἰδόντες καὶ τὴν ἀστραπὴν τῶν ὅπλων καὶ τὸ τῆς τάξεως εὔρυθμον καὶ τὸ τῆς ὁρμῆς ἀνυπόστατον μὴ ὑπενεγκόντες ἔφευγον ἀκρατῶς. οἱ δὲ πόρρω τούτους τῶν ὁρίων ἐκείνων ἀπελάσαντες καὶ καταβαλόντες ἐνίους ἐπανῄεσαν. ἥσθη τῷ παρέργῳ τῆς κατὰ πάροδον νίκης ὁ στρατοπεδάρχης καὶ ἐβούλετο καρτερεῖν ἐν τοῖς τῆς Ἡρακλείας

4. περὶ τὰ] περί τε? 13. αὔλησις] V. αὔλισις. 19. ὑπενεγκόντες] V. ἐπενεγκόντες. 20. καταβαλόντες] Ita P. pro καταλαβόντες.

maritimae rei; quare imperatoribus Romanis necessarius videbatur multis eorum ideo donis auctus, unde divitias compararat plurimas et multitudinem servorum aliorumque ei in rebus bellicis obsequentium et domum splendidam exstruxerat. hic obviam progressus rogabat Alexium ut apud se diversari dignaretur, quod ille admisit. ubi vero Heracleam ventum est, ante omnia Alexius ad templum deiparae non manu factum se contulit ibique gratias egit salvatori cunctorum et eius matri; tum exceptus est hospitio Maurecis.

27. Illi deinde inde abire paranti nuntiatum Turcos ad praedas agendas descendisse. qua voce sic ad arma motus est, ut olim aiunt Alexandrum Timothei tibia. armatus igitur equo inscenso prodiit cum suis. sequebantur et Maurecis milites viri periti rei bellicae et fortes. his praeerat Butumites Michaël vir corpore ille quidem parvus (ut ait Homerus) sed pugnax. at Turci procul hos cernentes fulgore armorum perstricti tum ordinis disciplina et illo vigore impetus, quem nihil sistere posse videretur territi effuse fugerunt. nostri vero eos insecuti longe ultra fines, deiectis etiam aliquibus eorum, domum redierunt. delectatus est Alexius huius obiter decerptae victoriae gustu ita ut cupiditatem inde conciperet ibi haerendi, ubi similium

ὁρίοις, εἴ που ἐντυχεῖν δυνηθείη Τούρκοις εἰς προνομὴν κατελθοῦσιν· ἐβούλετο γὰρ αὐξῆσαι τὰ τρόπαια καὶ οὕτως εἰς τὴν μεγαλόπολιν πένταθλος εἰσελθεῖν στεφανίτης. ἀλλ' ἐκ βασιλέως P 64 *πεμφθέντα γράμματα καὶ ναῦς σὺν ἐρέταις μονήρης ἐκώλυσαν αὐτὸν τῆς ὁρμῆς· ἐκέλευον γὰρ τὰ γράμματα εἰσελθεῖν εἰς τὴν ναῦν σὺν τῷ Οὐρσελίῳ καὶ ταχέως τὴν βασιλίδα καταλαβεῖν, ὡς ἐνεδρευόντων περὶ τὰς διόδους τῶν Τούρκων. ὁ μὲν οὖν ἐποίει τὸ κελευσθὲν καὶ διὰ τῆς νηὸς ἠπείγετο πρὸς τὴν Προποντίδα. Θρασκίου δὲ πνεύσαντος ἐξαίφνης σφοδροῦ μικροῦ ἂν ἐκινδύνευε ναυαγίῳ περιπεσεῖν, εἰ μὴ προφανῶς τοῦτον ἡ θεομήτωρ ἐρρύσατο· ἅμα τε γὰρ ἐπεκαλέσατο τὴν ταύτης βοήθειαν καὶ εὐθὺς ἡ θάλασσα κατηυνάζετο, καὶ οὕτω γέγονε διαδρᾶναι τοῦτον τὸν κλύδωνα.*

28. *Καταλαβόντα δὲ τοῦτον τὴν βασιλίδα φιλοφρόνως ὁ* B *βασιλεὺς ὑπεδέχετο ἠσπάζετό τε ἡδέως, καὶ ἵνα τοῖς ἐκείνου χρήσωμαι ῥήμασι "καλῶς" ἔφησεν "ἧκεν ἡ μετὰ θεὸν δεξιὰ ἡμῶν χείρ." ἀλλὰ ταύτην μὲν πρώτην ἔσχεν ἐκ βασιλέως ἀμοιβὴν τῶν πόνων, τὴν βασιλέως εὐχαριστίαν, πρώτως αὐτὸς ἐντυχών· μετὰ δὲ τοῦτο ἐτίμα καὶ σύμβολα. εἶχε δὲ καὶ τὸν Οὐρσέλιον εἱρκτῇ φρουρούμενον ἀσφαλῶς, ὃν ὁ καλὸς τὰ πάντα Ἀλέξιος παντοίας ἐπιμελείας ἠξίου πολλὰ τῶν ἀναγκαίων οἴκοθεν αὐτῷ χορηγῶν καὶ τὴν βασιλέως αὐτῷ κατευνάζων ὀργήν. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν*

19. *ἐτίμα καὶ σύμβολα*] *ἐτιμᾶτο καὶ συμβόλοις?* nisi quid excidit.

occasionum confligendi cum Turcis sperari facultas posset, quoniam eo usque ad praedas excurrere illi consueverant. urebat enim eum generosus ardor erigendorum multiplicium tropaeorum pigebatque fortem iuvenem in urbem regiam redire nisi victorem omnium certaminum et quinquies coronatum. sed ab imperatore literae missae cum nave unius scalmi remigibus instructa ab iis eum cogitationibus abstraxerunt. iubebant enim literae conscendere ipsum statim navem cum Urselio et quam primum Constantinopolim venire ad vitandas insidias transitus terrestris viae obtinentium Turcorum. fecit igitur ille quod iubebatur et nave festinabat in Propontidem. vento vero Thrascia vehementi subito reflante parum abfuit quin naufragium faceret, perieratque nisi palam ipsum dei mater ei periculo eximeret. simul enim ille imploravit eius opem statim mare conquievit, sicque tempestatem evasit.

28. Iam eum Constantinopolim appulsum peramanter imperator excepit amplexusque suaviter est et, ut eius ipsa verba referam: "bene," inquit, "venit is qui post deum dextera nostra manus est." sed haec prima illi fuit ab imperatore remuneratio laborum gratiarum actio primum occurrenti facta. post ab illo rebus ipsis et collationibus honoratus est. Urselius porro arctae ac securae custodiae datus est, quem omni humanitatis officio praestans nullo non genere benignitatis prosequi perrexit Alexius pleraque ipsi necessaria domo suppeditans et iram in eum imperatoris mitigans. Alexii quidem res sic

C κλεινὸν Ἀλέξιον οὕτω. ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ τὸν Ἰσαάκιον, ἄρτι τοῦ δουκὸς Ἀντιοχείας τοῦ πρωτοπροέδρου Ἰωσὴφ τοῦ Τραχανειώτου τὸ κοινὸν ἀποτίσαντος χρέος, καὶ τῶν ἐκεῖσε στασιασθέντων πραγμάτων ὡς μόλις δυνηθῆναι κατευνασθῆναι τὰς ἀναφυείσας στάσεις παρὰ τοῦ ἐκείνου υἱέος τοῦ μαγίστρου Κατακαλών, ἅτε καὶ τῆς τοῦ Φιλαρέτου τυραννίδος ἀρξαμένης ἤδη αὐξάνειν, δοῦκα Ἀντιοχείας προεχειρίσατο. ἐπεὶ δὲ τῶν στάσεων αἴτιον ᾤετο εἶναι τὸν πατριάρχην Αἰμυλιανόν, ἐκέλευε τοῦτον εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐξαποστεῖλαι μετὰ σπουδῆς ὅτι πλείστης. ὁ
D λογοθέτης δὲ πρὸς τὸν πατριάρχην πάλαι δυσμενῶς ἔχων καὶ ἀμοιβὰς σχεῖν αὐτὸν ἐκ βασιλέως ὑπισχνεῖτο, μόνον εἰ τὸν πατριάρχην τῆς πόλεως ἐξελάσει. ὁ γοῦν Κομνηνὸς τὴν Ἀντιόχειαν καταλαβὼν μετὰ τιμῆς ὅτι πλείστης ὑπό τε τῶν ἐν τέλει καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἰθύνοντος ὑπεδέχθη. εἰσελθὼν δ' ἐν τῇ πόλει τὸν πατριάρχην θεραπεύειν προσεποιεῖτο καὶ φιλίως αὐτῷ προσενήνεκτο δεδιὼς τοῦ πλήθους τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν· διχῇ γὰρ ἡ πόλις μεμέριστο, καὶ τὸ μὲν τῷ πατριάρχῃ προσεποιεῖτο καὶ φιλίως αὐτῷ προσενήνεκτο, τὸ δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐθεράπευεν. ὑφορώμενος οὖν τὴν στάσιν ὁ δοὺξ οὔτε τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα τὰ κελεύοντα τὴν ἐξέλευσιν τοῦ πατριάρχου παρέσχεν, οὔτε τι τῶν προσταχθέντων αὐτῷ παρὰ βασιλέως ἀπεκά-
P 65 λυψεν. ἀλλὰ τί μηχανᾶται; σκήπτεται νόσον, καὶ ἄμφω τὰς χεῖρας δεσμεῖ κατὰ τοὺς βραχίονας, καὶ νοσεῖν ὑποκρίνεται, καὶ
V 46 τοὺς ἰατροὺς συγκαλεῖται. φοιτᾷ τοίνυν πρὸς αὐτὸν καὶ ὁ πα-

se habuerunt. imperator vero Michaël protoprohedro Iosepho Trachaneota duce Antiochiae mortuo, cum res illic in turbas et seditiones ferrentur impetu tali ut vix speraretur restitui tranquillitatem posse: utique quamdiu concitator turbarum eius filius magister Catacalo ibi aliquid posset, maxime cum simul Philareti tyrannis augesceret, Isaacium Comnenum Alexii fratrem ducem Antiochiae declaravit. quoniam autem tumultuum causam putabat esse patriarcham Aemilianum, iussit eum quam citissime ac diligentissime Constantinopolim ad se mittere. logotheta vero, cui exosus olim patriarcha erat, promittebat Isaacio magna ab imperatore praemia, si vel solum urbe Antiochia dimoveret patriarcham. Comnenus cum his mandatis Antiochiam profectus honore maximo cum a primoribus civitatis tum a patriarcha exceptus est. ingressus autem civitatem omni genere obsequii demereri patriarcham sategit benevolentiam in eum populi veritus. bifariam enim divisa civitas erat: cuius altera factio patriarchae, altera imperantibus studebat. metuens igitur seditionem novus dux neque imperatoris literas iter Constantinopolitanum imperantes patriarchae reddidit, neque ullum indicium fecit arcano acceptorum ab imperatore mandatorum. sed quid est machinatus? finxit morbum, et alligatis ad brachia manibus ambabus, medicos quasi ut eas expedirent ad officia vitae consueta convocat. re cognita perofficiose adest patriarcha stu-

τριάρχης καὶ περὶ τῆς νόσου φιλοσοφεῖ, καὶ τὰ περὶ ταύτης κοινοῦται μετ' αὐτοῦ. ἐδόκει οὖν τῆς νόσου αἴτιον εἶναι ἔμφραξις περὶ τὰς λείας ἀρτηρίας συνισταμένη. ὡς δ' ἐξιέναι τῆς πόλεως τοῦτον ἤρεσε τοῖς ἰατροῖς καὶ χωρίον ἐσκοπεῖτο τῇ νόσῳ κατάλληλον εὖ τε κράσεως ἔχον καὶ θυμηδίαν τινὰ παρέχον τῷ κάμνοντι, ὁ πατριάρχης τοιοῦτό τι ἔχειν ἐπήγγελται, καὶ εὐθὺς ἐξιέναι τὸν δοῦκα ἐπέτρεπε κἀν τούτῳ ἐνδιαιτᾶσθαι. ὁ δὲ ἐξῄει, καὶ ὁ πα- B
τριάρχης ἧκε τοῦτον προπέμψας καὶ ὑπέστρεφεν. ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν; δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ πατριάρχης ἧκε τοῦτον ἐπισκεψόμενος. ὁ δὲ τὸν πατριάρχην ἰδὼν πυθομένου ἐκείνου τὰ κατ' αὐτόν, ῥᾷον ἔλεγεν ἔχειν ταῖς σαῖς εὐχαῖς· ὀνήσασθαι γὰρ ὑπὸ τῆς εὐκρασίας τοῦ κατὰ τὸ χωρίον ἀέρος. καὶ ὃς ἀκούων ταῦτ' ἔχαιρεν. ἔτι δ' αὐτῶν ὁμιλούντων ἧκέ τις μηνύων ἔγγιστα τοῦ χωρίου κοιτάζεσθαι λαγωόν. ἐκέλευον οὖν ἀπιέναι οἱ ἰατροί. ὁ δὲ προσεποιεῖτο μὴ βούλεσθαι. ὁ δὲ πατριάρχης παντάπασιν ἀγνοήσας τὸ δρᾶμα παρεκάλει τοῦτον ἐξιππασάμενον ἀπελθεῖν C
πρὸς τὴν θήραν τοῦ λαγωοῦ. ὁ δ' ὑποκρίνεται τοῦ ἀκούειν. βίᾳ οὖν ἐπιβὰς τοῦ ἵππου τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν εἴχετο, καὶ εἰσελθὼν ἐντὸς τῆς πόλεως καὶ τὰς πύλας κλείσας τὰ βασιλικὰ πρὸς τὸν πατριάρχην ἐξέπεμπε γράμματα τὰ πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων τοῦτον μεταπεμπόμενα, καὶ ἠξίου πρὸς τὴν θάλασσαν κα-

17. τοῦ] τούτου? 19. πύλας] Ita P. pro πόλεις.

diumque verum exhibet. ac de morbi quoque causa familiariter cum aegro disserens philosophabatur, conveniebatque inter eos ortum id incommodum videri ex obstructione in laevem arteriam impacta. censentibus porro medicis ei discutiendae opportunum fore, si dux tantisper e civitate transferretur in suburbanam domum coeli purioris et eius amoenitatis quae recreare animum languentis posset, patriarcha quam habebat eius generis villam prolixe obtulit ac confestim ipse ultro institit apud ducem ut ea uteretur. passus ille sibi persuaderi exiit urbe deducente patriarcha, qui eo ibi relicto in urbem rediit. quid postea? duo dies abierant, cum ecce iterum adest patriarcha aegrum hospitem visurus ut haberet. quo interrogante satin' salvae, et quo loco res essent: tuis, inquit dux, precibus coepi sentire fructum salubritatis huius aëris, patriarcha vicissim gratulante. quos inter officiosos sermones adfuit qui nuntiaret, notatum sibi non longe a villa cubile leporis. atqui aiunt praesentes medici, magnopere interest ad reliquias morbi resolvendas exercitatione uti modica, qualis erit facilis in propinquo venationis. fingebat autem aegre se adduci ad id consilium dux. quando patriarcha ignarus quid strueretur etiam atque etiam suadere institit, medicis obsequeretur equoque conscenso iret ad venandum leporem. assensus tandem est quasi victus auctoritate viri dux, et in equum quasi parum valens ministerio suorum impositus patriarcha ibi relicto, recta fertur Antiochiam iussisque repente claudi portis civitatis regias ad patriarcham mittit literas quibus evo-

τιέναι ὡς τάχιστα. ὁ δὲ ἐδυσχέραινε μὲν καὶ ἠπείλει δράσειν ἀνήκεστα, οὐ μέντοι γε καὶ δεδύνητο. ἀλλὰ τὴν Λαοδικέων καὶ ἄκων καταλαβὼν καὶ ὀλίγας ἐνδιατρίψας ἡμέρας ὥστε αὐτῷ τὰ D ἐφόδια κομισθῆναι ἐκ τῆς Ἀντιοχέων, ἀπῆρε πρὸς τὸ Βυζάντιον.

29. Ὁ δὲ δοὺξ Ἰσαάκιος τοῦ ἐκ τοῦ πατριάρχου δέους ἀπαλλαγεὶς διῴκει τὰ κοινὰ καὶ τὰς ἀναφυομένας ταῖς πόλεσι στάσεις ἐπειρᾶτο διαλύειν. ἀλλ᾽ οὐκ ἦν ἠρεμῆσαι τὸν τῶν Χριστιανῶν ἀρχαῖον πολέμιον· ταύτῃ τοι καὶ ἐξ αἰτίας βραχείας τοὺς στασιαστὰς αὖθις κεκίνηκε. τῶν γὰρ ἄρτι προκόπτειν ἀρξαμένων τινὲς ἐκκαυθέντες ὑπὸ τοῦ φθόνου κατὰ τῶν ἐν τέλει καὶ τοῦ δουκὸς τὸ πλῆθος ἐξώπλισαν. καὶ τὸν μὲν εἴσω τῆς ἀκροπόλεως P 66 συγκλείσαντες τὰς εἰσόδους ἐφρούρουν, κατὰ δὲ τῶν ἐξορμήσαντές τινας μὲν ἀνεῖλον, οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν τὰς οἰκίας τῶν ἀρχόντων πορθοῦντες καὶ τὰ χρήματα διαρπάζοντες. ὁ δοὺξ τοίνυν εἰς προὖπτον καταστὰς κίνδυνον πρὸς τὰς κύκλῳ πόλεις ἐξέπεμψε τοὺς στρατιώτας μετακαλούμενος. ἐν ὀλίγῳ δὲ ἀποχρώσης συνελθούσης δυνάμεως κατεστρατήγει τοὺς στασιαστάς. εἰς πολλὰ γὰρ μέρη τὸ στράτευμα διελὼν ἐκέλευσε ἀπιέναι πρὸς τὰ στενωπὰ καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ξυλλαμβάνειν, ὡς μὴ ὁμοῦ γενόμενοι βοηθοῖεν ἀλλήλοις. οὗ γενομένου συνέβη τῶν B Ἀντιοχέων στασιαστῶν φόνον γενέσθαι πολὺν καὶ οὕτω μόλις τὴν στάσιν κατευνασθῆναι. ἄρτι δὲ ταύτης κατευνασθείσης τοὺς Ἀν-

12. κατὰ δὲ τῶν] Apertum est in his et proxime sequentibus plura turbata esse et corrupta.

cabatur Constantinopolim. indignatus ille est iis visis et gravia minatus est. non potuit autem recusare quin obtemperaret, sed statim vel invitus ductus Laodiceam, paucos ibi moratus dies, dum quae ad iter opus erant ei Antiochia deferrentur, Byzantium proficiscitur.

29. Dux vero Isaacius solutus cura et metu patriarchae recte administrandae quam curandam acceperat civitati libero animo vacabat resque illas, quae seditionum causae urbibus solent esse, removere conabatur. sed non poterat quiescere Christianorum antiquus hostis. quare is ex levi occasione seditiosos rursus commovit. nam eorum quidam qui emergere in claritatem nuper coeperant, invidia succensi adversus magistratus et ducem plebem armaverunt. et cum hunc quidem intra arcem conclusissent, aditus custodiebant, in magistratus vero reliquos impetu facto nonnullos occiderunt: interim dum alia seditiosorum manus diripiendis domibus principum quae vicinae arci erant pecuniisque depraedandis attendebant, dux in manifesto constitutus periculo misit ad circumpositas civitates auxilia accersens, ac brevi non modica manu congregata sapienti ratione bellum in seditiosos administrat. in multas enim partes exercitu diviso dispertit copias per angiportus iussas obvios corripere, ne illi simul iuncti opem invicem ferrent. quo facto contigit Antiochensium seditiosorum caedem magnam fieri, ac sic quamquam aegre tumultum sedari. eo utcumque pacato sedulo dedit operam, ut civi-

τιοχεῖς ἔσπευδε θεραπεύειν. εἶτα διελθουσῶν ἡμερῶν ὀλίγων ἠγγέλθη Τούρκων οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν κατὰ Συρίας χωρεῖν. ὁ δὲ V 47 τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐξῄει. συνείπετο δέ οἱ καὶ ὁ ἐπ' ἀδελφῇ τούτου γαμβρὸς Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ βασιλέως Διογένους υἱός. ἐντυχὼν δὲ τοῖς Τούρκοις καὶ μάχην μετ' αὐτῶν συνάψας ἡττήθη, καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος καὶ τραύματα ἱκανὰ παρ' αὐτῶν λαβὼν αὐτὸς μὲν ἑάλω, ἀνῃρέθη δὲ καὶ ὁ Διογένης. τὸν μὲν οὖν C εὐθὺς οἱ Ἀντιοχεῖς ἀποστείλαντες χρυσίου χιλιάδων ὠνήσαντο εἴκοσι καὶ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου τραύματα θεραπεύειν ἔσπευδον· αὐτὸς δὲ εἰσέτι γνησίως διέκειτο πρὸς αὐτοὺς καὶ τὰς ἀμοιβὰς ὡς οἷόν τε ἔσπευδε τούτοις ἀποδιδόναι. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐν τούτοις ἦν, ὁ δὲ ἑξῆς λόγος δηλώσει καὶ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν.

tatem benefactis demereretur sibique popularem colligeret gratiam. paucis post diebus nuntiatum est non parvam Turcorum manum in Syriam irrumpere. quo audito dux cum copiis adversus illos vadit. adiunxit se illi vir sororis eius Constantinus imperatoris Diogenis filius. occurrunt Turci. pugnatur. dux fortissime rem gerens multis vulneribus acceptis capitur. Constantinus Diogenes occiditur. et ducem quidem Antiocheni misso pretio viginti millium aureorum redemerunt ceteraque belli mala reparare studuerunt. ipse autem hactenus mutuam ipsis benevolentiam exhibet et quae bene meriti de ipso sunt affectu et beneficiis studet rependere. hoc statu erant res Antiochenae. quid interim ageretur in Occiduis partibus liber consequens docebit.

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

1. Ὅσα μὲν οὖν ξυνέβη κατὰ τὴν ἕω μετὰ τὴν τοῦ Διογένους P 68 τοῦ βασιλέως καθαίρεσιν, καὶ ὅσαι ταραχαὶ καὶ ἀποστασίαι καὶ V 48 στάσεις ἀνήφθησάν τε καὶ αὖθις ἐσβέσθησαν, καὶ ὡς ἡ μεγίστη πασῶν τυραννίς, φημὶ δὴ τοῦ Οὐρσελίου, εἰς μέγα ἀρθεῖσα καὶ μεγίστων κακῶν αἰτία τῇ Ῥωμαίων γενομένη παρὰ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου καθῄρητο ἔτι κομιδῇ νέου ὄντος καὶ στρατοπεδάρχου τῆς

17. δὴ] Fort. add. ἡ.

LIBER III.

1. Quaecumque quidem contigerunt per Orientem post depositionem Diogenis, turbasque defectiones, seditiones, qua excitatas, qua exstinctas per id tempus, et ut omnium maxima tyrannis, Urselii dico, in magnum elata et maximorum causa malorum imperio Romano a Comneno Alexio adhuc adolescentulo exercituum Orientalium praefecto deleta sit, qui hunc praecedit

V 49 ἴω ἀποδειχθέντος, ὁ πρὸ τοῦδε λόγος δηλοῖ. νυνὶ δὲ ἀπὸ τῶν
κατὰ τὴν ἑῴαν πραγμάτων ἀναγκαῖον μεταβῆναι πρὸς τὴν ἑσπέ-
ραν καί τινα τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων ἀφηγήσασθαι, ἵν' εἱρμῷ
B τινι καὶ τάξει βαδίζων ὁ λόγος ἐπὶ τὰς πράξεις αὖθις ἔλθῃ τοῦ
Κομνηνοῦ Ἀλεξίου. ἐπειδὴ τῶν παίδων τοῦ θειοτάτου καίσαρος
ὁ μὲν νεώτερος Κωνσταντῖνος ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος ἐξαίφνης
ἀπεβίω, ὁ δὲ πρεσβύτερος Ἀνδρόνικος τὸ γενναῖον αὐτοῦ τῆς ψυ-
χῆς παραστήσας κἀν τῷ κατὰ τοῦ Οὐρσελίου πολέμῳ καὶ ἑαυτὸν
προέμενος ὑπὲρ τῆς τοῦ πατρὸς σωτηρίας δεινῶς τετραυμάτιστο
ὡς μικροῦ δεῖν ἔξαιμος γεγονὼς ἐπανῆλθε πρὸς τὸ Βυζάντιον,
ἐπανελθὼν δὲ καὶ ἐπιμελείας τυχὼν ὅτι πλείστης τῶν μὲν ἐκ τῶν
τραυμάτων ἀλγηδόνων ἀπήλλακτο, καχεξίᾳ δὲ σπλάγχνων συσχε-
C θεὶς ὑδέρῳ ληφθεὶς ἀπηγόρευτο πρὸς τῶν ἰατρῶν, ἀτονησάσης
τῆς τέχνης ἐπικουρῆσαι τῷ κάμνοντι· ἐπεὶ γοῦν οὕτω ταῦτα
συνέβη καὶ ὁ καῖσαρ τὸν εὐκλεῆ βίον εἰς τὸν μοναδικὸν μετήμει-
ψεν, ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ φροντίσι μυρίαις ἐπάλαιε, τῶν τε Σκυ-
θῶν Θρᾴκην τε καὶ Μακεδονίαν κατατρεχόντων, τοῦ τε Σθλα-
βίνων ἔθνους τῆς δουλείας Ῥωμαίων ἀφηνιάσαντος καὶ τὴν Βουλ-
γάρων δῃοῦντός τε καὶ ληϊζομένου. Σκοῦποί τε καὶ Ναΐσος ἐπορ-
P 69 θοῦντο, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ Σίρμιον καὶ τὰ περὶ τὸν Σαβίαν ποτα-
μὸν χωρία καὶ αἱ παρίστριοι πόλεις αἱ μέχρι Βυδίνης κακῶς διετί-
θεντο. ἐκεῖθεν δ' αὖθις Χωροβάτοι καὶ Διοκλεῖς ἀποστάντες
ἅπαν τὸ Ἰλλυρικὸν κακῶς διετίθουν.

21. διετίθεντο] V. διέθεντο.

liber explicat. nunc autem ab Orientalibus rebus necesse est transgredi in Occidentem et quaedam ibi gestorum enarrare, ut serie continua et nusquam interrupto ordine nostra progrediens oratio rursus ad Comneni Alexii acta revertatur. postquam filiorum praestantissimi Caesaris natu minimus Constantinus vir fortis subito exstinctus est, maximus vero natu Andronicus generositate sua probata in bello maxime contra Urselium, quo se ipsum pro salute patris devovens tam graviter est vulneratus ut prope exsanguis redierit Byzantium, ibique quam diligentissime curatus doloribus quidem vulnerum liberatus est, languore vero viscerum correptus hydropicus iudicatus est a medicis et ut gravius laborans quam qui iuvari ope artis posset depositus atque conclamatus est. postquam haec inquam sic evenerunt, et Caesar inclytam vitam in monasticam professionem mutavit, imperator Michaël curis innumerabilibus conflictabatur, Scythis quidem Thraciam et Macedoniam incursantibus, Slavorum vero gente iugum Romanae dominationis excutiente et Bulgariam rapinis atque incendiis agente ferenteque. Scupi quoque et Naïsus vastabantur, quin ipsum etiam Sirmium, et quae circa Saviam amnem sita sunt oppida quaeque ad Istrum usque Vidinam iacent civitates graviter laborabant. inde rursus Chorobati et Dioclenses rebellantes universum Illyricum infestabant.

2. Τούτων οὕτως γινομένων ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ εἰς δέος ἐκπέπτωκε μέγα, καὶ ἐσκέπτετο κοινωνόν τινα προσλαβέσθαι καὶ τὴν δευτέραν αὐτῷ ἀπονεῖμαι τιμήν, φημὶ δὴ τὴν τοῦ καίσαρος. ἐπεὶ δὲ τὸ συγγενὲς αὐτοῦ ἅπαν καθῄρητο, πρὸς τῶν ἐν τέλει τοὺς στρατηγοτάτους ἀπέβλεψε καὶ ἐζήτει καθ' ἑαυτὸν μετὰ τῶν περιοικιδίων τὸν πείρᾳ πραγμάτων καὶ φρονήσει καὶ ἀρετῇ τῶν ἄλλων πλεονεκτοῦντα. ὡς δὲ πᾶσιν ἐδόκει τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ B
αὐτῷ τῷ λογοθέτῃ τοιοῦτος εἶναι ὁ Βρυέννιος Νικηφόρος, οὗ πρόσθεν ἡ ἱστορία ἐμνήσθη, τὰ πρὸς τὸν θεὸν πιστός, τὰ πρὸς φιλίαν βέβαιος, δεινός τε ὑπαισθέσθαι τὸ μέλλον καὶ προφυλάξασθαι στρατηγῆσαί τε κατ' ἐχθρῶν δοκιμώτατος, εὐθὺς γράμμασι βασιλικοῖς ἐξ Ὀδρυσῶν μετεπέμπετο. πρὸ τοῦ δὲ τοῦτον τὸν ἄνδρα εἰς τὴν βασιλίδα ἐπανελθεῖν κοινοῦται ὁ βασιλεὺς τὸν λόγον τινὶ τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς, καθ' αἷμα τούτῳ μητρόθεν προσήκοντι. ὁ Δρουγγάριος οὗτος ἦν Κωνσταντῖνος, ὁ τοῦ τῆς πατριαρχίας τὸν θρόνον ἰθύναντος πάλαι Μιχαὴλ ἀδελφιδοῦς, ὃς ἐπεκέκλητο Κηρολλάριος. ὁ δ' ἀκούσας βαρέως ἔφερε τὰ C
λεχθέντα· πάλαι γὰρ ἦν ὀνειροπολῶν τὴν βασιλείαν. ἀπαιτούμενος οὖν γνώμην εἰσαγαγεῖν ἔφησε τὸν μὲν ἄνδρα γινώσκειν καὶ ἐπαινεῖν, τὴν δὲ περὶ αὐτοῦ σκέψιν τε καὶ βουλὴν οὐ πάνυ τι ἐπαινεῖν. ἀλλ' ἤτοι (φησὶ) καὶ τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς ὑπεκστῆναί σε ἑκουσίως τούτῳ χρή, ἀνδρὶ ὄντι γενναίῳ καὶ δραστηρίῳ καὶ

21. ἤτοι] V. εἴ τι.

2. His commotus et in gravem adductus metum imperator Michaël cogitabat consortem aliquem assumere imperii, cui secundam, hoc est Caesaris, dignitatem conferret. quia vero familia eius et consanguinitas erat exhausta, consumptis varia clade plerisque, circumspiciebat inter eos qui honores gerebant et sua ipsius acri consideratione adhibita et domesticorum intime familiarium consilio, num quem reperiret experientia rerum prudentia et virtute supra ceteros eminentem. ut autem omnibus qui circa ipsum erant et ipsi logothetae visus est talis Bryennius Nicephorus, cuius haec historia prius meminit, religione praeclarus, in amicitia firmus, providus in praesentiendo futuro, acer in praecavendo, rei quoque bellicae peritissimus et ductandis in hostes exercitibus artis ac fortitudinis probatae, is statim regiis literis ex Odrysis evocatus est. prius vero quam talis vir Constantinopolim reverteretur, communicat imperator eius ad res adhibendi consilium cuidam e senatoribus materno genere sibi coniuncto. hic erat Drungarius Constantinus Michaëlis dudum patriarchae patruelis, cui erat cognomen Cerollarius. id iste ut audivit graviter accepit, utpote qui sibi pridem ipsi imperium despondisset. rogatus igitur de re sententiam, dixit: virum quidem istum sibi notum et probatum, consilium tamen eius imperio admovendi neutiquam probari. nisi forte, inquit, velis sponte imperio universo cedere huic homini strenuo gnavoque, pro cetera sua industria et fortitudine in loco secundo non quieturo. quod si hoc non decrevisti, et vitare vis ne invitus

ῥέκτῃ, ἢ εἰ μὴ ἄκων βούλοιο τοῦτο παθεῖν, τοῦ τὸ κοινωνὸν αὐτὸν λαβέσθαι σκέμματος ἀποστῆναι. ταῦτ᾽ εἴρηκε καὶ εἰς δέος μέγα τὸν βασιλέα ἐνέβαλε καὶ ἄλλως δειλόν τε ὄντα καὶ τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ὑποπτήσσοντα, ὅ φασιν.

V 50 3. Ἀφικομένου τοίνυν τοῦ Βρυεννίου ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ D τὸν σκόπον μεταθέμενος ἐβούλετο τοῦτον δοῦκα τῆς τῶν Βουλγάρων ἀποδεῖξασθαι πάσης χώρας, ὥστε δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὸ Σθλαβίνων ἔθνος κατακυριεῦσαν ἀνασταλῆναι. καὶ δὴ ἐν Βουλγαρίᾳ γενόμενος ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐς τοσοῦτον τὸ Σθλαβίνων ἐταπείνωσεν ἔθνος, ὡς ὑπὸ ζυγὸν Ῥωμαίων αὖθις τοῦτο ποιῆσαι καὶ ἀγαπᾶν ὑπ᾽ ἐκείνου τῶν ἐν Βουλγαρίᾳ πραγμάτων κυριεύεσθαι. ἐπεὶ δὲ Χωροβάτοι καὶ Διοκλεῖς τὴν Ἰλλυρίδα κακῶς διετίθουν, καὶ τὸ P 70 Φράγγων ἔθνος κατακυριεῦσαν τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας δεινὰ κατὰ Ῥωμαίων ἐμελέτων, ἐβουλεύετο τοῦτον ὁ Μιχαὴλ ἐκ τῆς Βουλγαρίας ἐπὶ τὸ Δυρράχιον μεταβαίνειν, ὃ μητρόπολίς ἐστι τοῦ Ἰλλυρικοῦ. εὐθὺς οὖν γράμματα πρὸς ἐκεῖνον ἐπέμπετο οὐ κελεύοντα μᾶλλον ἢ ἀξιοῦντα τὴν εἰς τὸ Ἰλλυρικὸν μεταβῆναι. ἀφίκετο οὖν, καὶ πάντες ἀσμένως αὐτὸν ὑπεδέχοντο οἱ ἐγχώριοι· ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ χαριέστατος καὶ ἐλευθεριώτατος. βραχὺν δέ τινα χρόνον ἐκεῖσε ἐνδιατρίψας ὥστε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτῦσαι, B ἐστράτευσε κατὰ Διοκλέων καὶ Χωροβάτων. ἐν ὀχυρωτάτοις δὲ τούτων χωρίοις στρατοπεδευομένων, τὰς δυσχωρίας αὐτὸς καθαί-

1. ἢ] Addidi suadente Bekkero. *ibid.* βούλοιο] Ita Bekker pro βούλοιτο.

adigaris ad id quod horres, revoca sis male formatum et nimis periculosum consilium viri talis in imperii consortium assumendi. his dictis vehementer conterruit imperatorem, pavidum alioqui et suam ipsius, quod dici solet, umbram timere solitum.

3. Cum igitur advenisset Bryennius, imperator Michaël mutata priori voluntate ducem ipsum declaravit universae Bulgarorum regionis, ut praevalentem illic Slavinorum gentem comprimeret. in quo non sane spes fefellit. illuc enim profectus brevi tempore animos audacium Slavorum belli successibus deiecit, ut iugo Romanae potentiae rursus colla submitterent et facile paterentur tali Bulgariae duci obsequi ac servire sese. quoniam vero Chorobati et Dioclenses Illyricum incursabant, et gens Francorum Italia Siciliaque occupatis gravia in Romanos meditabatur, putavit e re fore Michaël Augustus si Bryennium e Bulgaria Dyrrachium transferret, quae urbs est metropolis Illyrici. statim ergo ad eum litterae mittuntur non iubentes magis quam rogantes ut in Illyricum transiret. ivit igitur, et cuncti eum libenter indigenae susceperunt, erat enim homo gratiosissimus et liberalissimus. sumpto autem ibi aliquo non magno temporis spatio ad expeditionem comparandam duxit exercitum contra Dioclenses et Chorobatos. cum autem illi in praeruptis et accessu difficilibus castra munissent locis, hanc expe-

ρειν ἔσπευδεν. ὁπλίσας γὰρ πρότερον τοὺς στρατιώτας διέβαινε τοὺς στενωπούς. δεδιότος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐν τῷ ὑποστρέφειν τὰ δυσδιόδευτα, ἐκέλευε τοὺς ἐγχωρίους συχνὰς ἀξίνας ἐπιφερομένους ὄπισθεν ἕπεσθαι καὶ καθαίρειν τὰ δύσβατα καὶ τὰς ὁδοὺς εὐρύνειν. οὗ γενομένου προθύμως οἱ στρατιῶται κατὰ τῶν πολεμίων ἐχώρουν, καὶ οὕτω κατὰ τὸν τόπον γενόμενος ἔνθα τὸ τῶν ἐναντίων στράτευμα ἦν, προσέβαλε τούτῳ καὶ μάχης ἰσχυρᾶς γενομένης κατὰ κράτος ἐνίκησε. τὰς γοῦν πόλεις ἁπάσας ὑποσπόνδους Ῥωμαίοις ποιησάμενος καθάπερ τὸ πρότερον καὶ C ὁμήρους λαβὼν καὶ φρουρὰν ἀποχρῶσαν ἐφ' ἑκάστην χώραν καταλιπὼν ἐπανῆκεν εἰς τὸ Δυρράχιον. ἐπεὶ δ' ἐξ Ἰταλίας πεμπόμεναι νῆες τὰς φορτηγοὺς ναῦς καταιρούσας κακῶς διετίθουν, σκόπον ἔθετο καὶ τούτων τὴν ὁρμὴν ἀναστεῖλαι. καὶ μέντοι καὶ ἀνέστειλε ταύτην ταχέως τριήρεις κατ' αὐτῶν ἐξοπλίσας καὶ πολλὰς μὲν τῶν λῃστρικῶν καταποντίσας νηῶν οὐκ ὀλίγας δὲ κατασχών, ὡς ὑποπτῆξαι πάντα τὸν ἐν Ἰταλίᾳ στόλον καὶ συσταλῆναι.

4. Ταῦτα μὲν οὕτω πέπρακτο ἄξια ὄντα τιμῆς καὶ γερῶν. ἀλλ' ὁ φθόνος οὐκ ἤνεγκεν ἔργα τοιαῦτα ἀνδρὸς ἀρίστου, ἀλλὰ τὰς συκοφαντῶν ἠρέθισε γλώσσας τῶν λαλούντων εἰρήνην D μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, ὅ φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. ὑπεισελθόντες οὖν τὴν τοῦ βασιλέως κουφότητα κατελάλουν λάθρα τοῦ ἀνδρὸς ὡς τυραννεῖν μελετῶντος,

diendi purgandique quod ad hostes ferebat itineris rationem iniit. armatos prius milites per angustias traiecit. metuente vero ex ipsa experientia praesentis difficultatis laborem, qui redeuntibus per tam impeditas semitas exantlandus superesset, iussit dux indigenas magno numero armatos asciis pone agmen sequi et per quemcumque saltum angustum aegre milites perruperant aperire virgultis excidendis complanandis ac dilatandis viis. quod videntes milites securo animo in hostes ibant. cum sic ad locum processisset, ubi castra erant hostilia, direxit aciem acrique praelio commisso praeclare vicit. moxque civitatibus eius tractus cunctis sub Romani ut prius foederis conditionem redactis, obsidibus acceptis et idoneis cuique loco praesidiis impositis, Dyrrachium revertit. quoniam vero piraticae ex Italia naves onerarias negotiatorum nostrorum depraedabantur, huic quoque malo remedium facere decrevit et sane ut decreverat fecit. armavit enim et immisit in classem piraticam triremes, quae multas Italicarum navium partim depresserunt, partim ceperunt. unde factum ut metu per Italiae littora vulgato grassationes latronum illinc prius erumpentium sisterentur.

4. Haec sic gesta digna honore ac praemiis erant. sed invidia non tulit opera talia viri optimi, verum in eum calumniatorum irritavit linguas loquentium pacem cum proximo suo, ut ait divinus David, mala autem in cordibus eorum. subrepentes igitur insidiose imperatoris levitati obtrectabantur clam

ὧν κινηθεὶς τοῖς λόγοις ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ πιστοτάτων ἕνα (ὁ Καππαδόκης οὗτος Εὐστάθιος ἦν) πρὸς τὴν Ἰλλυρίδα ἐκπέπομφε, παραγγείλας αὐτῷ λάθρα τὰ περὶ τῶν μηνυθέντων ἐξακριβώσασθαι. ἀπελθόντα δὲ τοῦτον μάλα ἀσμένως ὁ Βρυέννιος ὑποδέχεται, καὶ τοσοῦτον αὐτὸν ᾠκειώσατο ὡς καὶ τὰ τοῦ δράματος αὐτῷ ἀπαγγεῖλαι καὶ ὅτου χάριν πρὸς βασιλέως ἐπέμφθη. τούτων P 71 δ᾽ ἀκούσας ἐκεῖνος ἐδάκνετο τὴν ψυχὴν καὶ εἰς δέος ἐνέπιπτεν. οὐ μέντοι καὶ πρὸς ὀργὴν ἐκινεῖτο, ἀλλ᾽ ἐπεῖχε τέως καὶ ἐσκόπει V 51 τί ποτ᾽ ἂν δράσειεν. ἔτι δ᾽ ἐν τούτοις ὄντος ὁ ἐκείνου αὐτάδελφος ἐφοίτα πρὸς τὸ Βυζάντιον προσεχῶς ἀριστεύσας κατὰ Σκυθῶν. ᾔτει οὖν ἐκ βασιλέως τῆς ἀριστείας τὰς ἀμοιβὰς τῷ λογοθέτῃ δι᾽ ὄχλου γινόμενος. ὡς δὲ παρωρᾶτο καὶ κενὸς ἀπεπέμπετο, ἐδυσφόρει μάλα καὶ ἠνιᾶτο. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τοῦ Φλώρου υἱὸς Βασιλάκης ἐκ Παφλαγόνων ἀφίκετο οἰόμενος καὶ αὐτὸς ἐκ βασιλέως δωρεάς τινας σχεῖν (καὶ γὰρ ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς τὰ πολεμικά), ἀπετύγχανε δὲ καὶ οὗτος τῶν κατὰ σκοπὸν καὶ διὰ τοῦτο B ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλεν, ἐντυχόντες ἀλλήλοιν εἰς λόγους ἠλθέτην ἄμφω καὶ πολλὰ κατεβόων τῆς τοῦ βασιλέως ἀνελευθερίας καὶ τῆς τοῦ λογοθέτου σκληρότητος. εἰς τοσοῦτον οὖν αὐτοῖν τὰ τῆς ἐντυχίας προῆλθον, ὡς καὶ ὅρκια δοῦναι καὶ λαβεῖν ἐπὶ τῷ σκέψασθαί τι σφῷν συνοῖσον καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ μέντοι καὶ ἀνέκφορα τηρῆσαι τὰ βουλευθέντα. τὰ δὲ ἦσαν ἀποσκευάσασθαι μὲν τὸν οὕτως ἀνελεύθερον καὶ ἀνοικονόμητον, καταστῆσαι δὲ εἰς

2. Καππαδόκης] V. Καππάδοκος. 18. ἀνελευθερίας] Ita P. pro ἐλευθερίας.

Bryennio tamquam imperium affectanti. quorum sermonibus motus ille unum ex sibi fidissimis (erat is Eustathius Cappadox) in Illyricum mittit, dato illi clam mandato inquirendi de rebus ad se delatis. hunc ad se profectum libentissime Bryennius excepit tantumque demeruit ut arcanum ei aperiret indicaretque cuius rei causa mitteretur ab imperatore. pupugit id vehementer viri animum et metu non parvo affecit, non tamen in iram accendit: tenuit enim se adhuc et deliberabat tantum quid ageret. dum in eo erat, frater eius Constantinopolim rediit re paulo ante bene gesta contra Scythas. petebat igitur ab imperatore pretium operae fortiter navatae frequenter id urgens apud logothetam. ut autem despiciebatur et dimittebatur vacuus, haud parum indignabatur et aegre ferebat. postquam autem et Flori filius Basilaces e Paphlagonia venit sperans et ipse ab imperatore munera, erat enim vir bello fortis, et spe frustratus ipse quoque est nec patientius repulsam tulit, convenientes ambo murmurabant invicem de illiberalitate imperatoris et logothetae duritie tantumque illo congressu sunt provecti, ut mutuo coniurarent consideraturos se quid utile ipsis et Romano imperio foret, interim autem in arcano habituros quae molirentur. haec autem erant: removere de solio ita illiberalem et male dispensantem opes imperii principem; impo-

τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἄνδρα πολλοῖς κομῶντα πλεονεκτήμασι, καὶ μὴ ὑπ᾽ ἀνδρὸς ἐκτομίου οὕτω τοὺς στρατηγοὺς Ῥωμαίων ἐμπαίζεσθαι. ἐδόκει οὖν αὐτοῖν ὡς τάχιστα τὸν Βρυέννιον ἐξ Ἰλλυρίδος μεταπέμπεσθαι κἀκεῖνον ἀρχηγὸν τοῦ σκέμματος καθιστᾶν. C

5. Τούτων τοίνυν βεβουλευμένων ὁ μὲν Βρυέννιος Ἰωάννης οἴκαδε ἀπῄει, ὁ δὲ Βασιλάκης εἰς τὸ Βυζάντιον ἔμεινεν. οὔπω βραχὺς διῆλθε καιρός, καὶ τῶν βαρβάρων τις τῶν πελεκηφόρων, οἷς ἡ τῶν βασιλείων πεπίστευτο φυλακή, ἐν Ὀδρυσοῖς ἐφοίτα πρὸς τὴν πάλαι μὲν Ὀρεστιάδα καλουμένην νυνὶ δὲ Ἀδριανούπολιν· ὃς καταλύσας ἔν τινι πανδοχείῳ, ἐπειδὴ ἱκανῶς οἴνου ἀνεφορεῖτο, ἀπεφοίβαζε τὰ ἐντὸς ὡς πεμφθείη πρὸς τοῦ λογοθέτου δόλῳ μετελθεῖν καὶ ἀνελεῖν τὸν Βρυέννιον. μηνυθέντων δὲ τούτων τῷ Βρυεννίῳ ὁ βάρβαρος εὐθὺς ξυλλαμβάνεται καὶ πρὸς ἐξέτασιν D ἤγετο, καὶ εἴθ᾽ ἑκὼν εἴτε ἄκων ξυνετίθετο ταῦθ᾽ οὕτως ἔχειν. τὴν ῥῖνα οὖν αὐτοῦ προστάξας τμηθῆναι ὁ Βρυέννιος Ἰωάννης πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐθὺς ἐξέπεμψε γράμματα πρὸς ἀποστασίαν αὐτὸν ἐρεθίζοντα. διακομισθέντων οὖν πρὸς αὐτὸν τῶν γραμμάτων κατὰ τὸ Δυρράχιον, πλήρης ἦν ὁ ἀνὴρ φροντίδος οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε. τό τε γὰρ πρὸς ἀποστασίαν χωρῆσαι δεινὸν ᾤετο καὶ μεγίστων κακῶν αἴτιον, τό τε ἑαυτὸν εἰς προῦπτον κίνδυνον παραδοῦναι πάντων καταφρονήσαντα οὐκ ἀνδρὸς ἔκρινεν ἀγαθοῦ εἶναι καὶ συνετοῦ καὶ γενναίου. τούτοις παλαιῶν τοῖς

11. ἀνεφορεῖτο] ἐνεφορεῖτο?

nere vero Romano imperio virum aliquem virtutibus et rebus gestis eo loco dignum, nec diutius pati semivirum eunuchum sic Romanae militiae ducibus illudere. visum autem utrique est quam primum arcessendum ex Illyrico Bryennium et illum factionis suae principem constituere.

5. His ita decretis Ioannes Bryennius domum abit. Basilaces vero Byzantii substitit. non multo post quidam e barbaris securigeris, quibus palatii imperialis credita custodia est, in Odrysos venit ad civitatem olim quidem Orestiadem vocatam: nunc Adrianopolis dicitur. hic cum divertisset in stabulum publicum et multo mero se ingurgitasset, quae acceperat arcana palam aperuit, mitti se proclamans a logotheta ut dolo circumventum occideret Bryennium. ea cum indicata Bryennio essent, barbarus statim comprehenditur et tormentis admotus volens nolensque cogitur fateri rem ita habere. Ioannes Bryennius iussit huic nasum amputari statimque ad fratrem dat literas quibus eum ad rebellionem hortabatur. his Dyrrachium ad Nicephorum Bryennium perlatis plenus ille sollicitudine erat nesciens quid ageret. tunc enim rebellare grave putabat et maxima mala inde eventura providebat: rursus obiectare se manifesto periculo consiliis et indiciis quae undique afferebantur omnibus contemptis non iudicabat viri fortis et prudentis esse. his

λογισμοῖς διέμεινε μέχρι πολλοῦ, καίτοι συχνῶς ὑπὸ ἐπιστολῶν
ἐρεθιζόμενος ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ.
P 72 6. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον ἐν τούτοις ἦν. ὁ δὲ καῖσαρ
τὴν πρὸς θάνατον φερόμενον ὁρῶν τὸν υἱὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐ-
τοῦ κομιδῇ νέους, ἔσπευδεν ὡς ἔοικεν ἐπίκουρον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνου
εἰσαγαγεῖν, ἐκείνου τε πρὸς τοῦτο αὐτὸν παραθήγοντος καὶ τῆς
καλλίστης πασῶν γυναικῶν αὐτοῦ ὁμευνέτιδος, ἧς τῷ ἔξωθεν
κάλλει τὸ ἐντὸς ξυνεξέλαμπε κάλλος, καὶ τῇ περιφανείᾳ τοῦ γέ-
νους αἱ τῶν ἀρετῶν ἀγλαΐαι καὶ ἡ τῶν ἠθῶν κοσμιότης συνή-
B στραπτε. πατρόθεν γὰρ εἰς τὸν βασιλέα Βουλγάρων τὸν Σαμουὴλ
ἀνεῖλκε τὸ γένος, Τρωϊάννου θυγάτηρ οὖσα τοῦ ἐκείνου υἱέος,
μητρόθεν δὲ ἐς τοὺς Κοντοστεφάνους καὶ τοὺς Ἀβαλλάντας καὶ
τοὺς Φωκάδας τοὺς πάλαι περιφανεστάτους καὶ πλούτῳ πολλῷ
V 52 κομῶντας. αὕτη γοῦν ἡ συνέσει πασῶν γυναικῶν διαφέρουσα
οὐκ ἀνῆκε τὸν ἄνδρα παραθήγουσα ἀρωγὸν τῶν ἐκείνου παίδων
εἰσαγαγεῖν τινα, καὶ μέντοι καὶ γνώμην εἰσήνεγκεν ὡς μὲν συνε-
τωτάτην ὡς δὲ λυσιτελεστάτην. ἡ δὲ ἦν τὸ τὸν Κομνηνὸν Ἀλέ-
ξιον συνάψαι τῇ πρωτοτόκῳ τῶν θυγατέρων. τριῶν γὰρ θυγατέ-
C ρων ἀποδειχθέντες γεννήτορες τὴν μὲν νεωτέραν Θεοδώραν ἐκ
βρέφους αὐτὴν τῷ θεῷ προσανέθεντο καὶ τῷ καθαρῷ δι' ἀπα-
θείας νυμφίῳ προσήρμοσαν, ἀμφοῖν δὲ ταῖν ἄλλαιν ἐφρόντιζον,

21. ταῖν ἄλλαιν] V. ταῖς ἄλλαις.

fluctuans cogitationibus diu haesit, quamquam frequenter epistolis a fratre urgeretur.

6. Ac Bryennii quidem res hoc loco erant. Caesar vero morientem incurabili morbo filium videns filiolos aetate adhuc tenerrima relinquentem plures, cogitabat si quo modo posset labanti domui aliquem insinuare qui praesidio ipsi foret in dubiis fortunae casibus. ad hoc patrem Caesarem ipse Andronicus hortabatur. hoc idem apud virum et socerum urgebat pulcherrima mulierum uxor Andronici: cuius praecellenti formae corporis egregia virtus animi et claritati generis illustri laudatissima morum innocentia vitaeque officiorum constantia pari splendore respondebat. nam paternum quidem genus a Samuële ducebat Bulgarorum rege, e cuius filio Troïanno nata ipsa erat. materna vero ei prosapia referebatur ad Contostephanos, Aballantes, et Phocadas, familias olim illustrissimas opibusque praestantes. haec igitur non prudentia minus quam ceteris dotibus supra reliquas mulieres excellens nullum finem faciebat instigandi viri socerique ut defensorem infirmae puerorum aetati prospicerent inducerentque domum, nec rem designasse in genere contenta singillatim nominatimque monstrabat Alexium Comnenum, cui si darent coniugem primogenitam communium filiarum non illi solum uni puellae, sed fratribus praeterea eius sororibusque consulerent. tres porro filias susceperant, quarum minimam natu Theodoram ab ipsa prima infantia deo sacratam virginalibus nuptiis immaculato sponso coniunxerant. de aliis duabus

καὶ μᾶλλον τῆς ἤδη ῥηθείσης Εἰρήνης· καὶ γὰρ ἦν χαρίτων ἡ νεᾶνις ἀνάπλεως, ὥρᾳ τε σώματος διαλάμπουσα καὶ ἠθῶν ἀγλαΐαις. ὡς γοῦν ἡ ταύτης μήτηρ τὴν γνώμην εἰσήνεγκεν, ὅ τε καῖσαρ ἐπῄνει καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος, ὁ κλεινός φημι Ἀνδρόνικος, ἥσθη καὶ μονονοὺ καὶ τῆς νόσου ἐπελανθάνετο. καὶ φοιτήσαντά ποτε πρὸς αὐτὸν τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον ἰδίᾳ παραλαβὼν ἐπυνθάνετο εἰ βούλοιτο γυναικὶ συναφθῆναι· καὶ γὰρ ἔφθη ἀπο- D
βιοῦσα ἡ πρώην τούτῳ συναρμοσθεῖσα θυγάτηρ τοῦ Ἀργυροῦ ἐκείνου ἀνδρὸς εὐγενοῦς καὶ πλούτῳ κομῶντος καὶ κτήσεως ὅτι πλείστης ὄντος δεσπότου. ὡς δὲ συντιθέμενον τοῦτον εὗρεν, εὐθὺς περὶ τοῦ κήδους ἀπήγγελλεν. ὁ δὲ ξυνετώτατος ὢν εἴπερ τις ἄλλος τῶν νέων ἥσθη μὲν τῷ ἀκούσματι, ἀνῄρτα δ' ὅμως τὰ περὶ τούτου τῷ θελήματι τῆς μητρός. ἐν ἀγῶσιν οὖν εὐθὺς ἅπας ὁ οἶκος τοῦ καίσαρος, τῆς καλλίστης πασῶν γυναικῶν διεγειράσης ἅπαν τὸ θεραπευτικὸν καὶ οἰκίδιον. οὔτε γὰρ τῷ βασι- P 73
λεῖ πρόθυμον ἦν τὸ διὰ κήδους συναφθῆναι τῷ τούτου γένει τὸν Κομνηνόν, οὔθ' ἡ μήτηρ τούτου πρόθυμος ἦν ἀρχαίαν ἔχουσα τὴν δυσμένειαν πρὸς καίσαρά τε καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ καίσαρος, ὅ τε μὴν τοῦ κρατοῦντος αὐτάδελφος ὁ Πορφυρογέννητος Κωνσταντῖνος σφόδρα φιλῶν τὸν γενναῖον Ἀλέξιον οὐ συνεχώρει τούτῳ τὸν γάμον ἀσπάσασθαι τὸν τῆς ἐκείνου ἀνεψιᾶς· ἦν γὰρ αὐτῷ ἀδελφὴ πρεσβυτέρα, Ζωὴ τὸ ὄνομα, ἣν ἐβούλετο τούτῳ συζεῦξαι. τοσούτων τοίνυν ὄντων τῶν ἐμποδίων οὐκ ἀνῆκεν ἡ συνε-

solliciti erant, maxime autem de modo memorata Irene. erat enim adolescentula gratiis affluens, forma pariter corporis et splendore morum fulgens. ut autem huius coniugii mentionem mater intulit, concurrerunt certatim in ea comprobanda Caesar et protovestiarius ipse, inclytus inquam Andronicus, qui quidem ea propositione tantum est gavisus ut paene morbi oblivisceretur. quare ventitantem ad se officii causa Comnenum Alexium cum privatim aggressus interrogasset, ecquid vellet uxorem ducere? (nam paulo ante vivere desierat quam is sibi nuper desponderat filia Argyri illius viri nobilis et pecunia possessionibusque omnis generis abundantis) ut autem assentientem invenit, cogitatam affinitatem aperuit. hic ille omnium prudentissimus iuvenis rem quidem valde probavit et propositione delectatus est, significavit tamen se pendere in hoc ex voluntate matris. magna hic occupatio facta est universae Caesaris domui, pulcherrima Andronici coniuge familiares omnes adhibente urgenteque ut pro se quisque contenderent in expediendo negotio non modicis difficultatibus impedito. nam neque imperatori placebat ei generi coniungi nuptiali necessitudine Comnenum, neque in hoc propendebat ipsius Comneni mater antiqua offensione a Caesare ac familia Caesaris abhorrens. praeterea frater imperatoris Porphyrogenitus Constantinus vehementer amans generosum Alexium non permittebat ipsi ut in nuptias cum fratris sui Caesaris nepte consentiret: erat enim ipsi soror natu grandior Zoë nomine, quam Alexio volebat uxorem dare. tot obstaculis destinatas Alexii cum Irene nu-

B τωτάτη πασῶν γυναικῶν, οὐδ' ἔδωκεν ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς
οὐδὲ νυσταγμὸν τοῖς βλεφάροις, οὐδὲ χρημάτων ἐφείσατο ἔστ'
ἂν τῷ καλλίστῳ τῶν νεανιῶν τὴν καλλίστην ἐμνηστεύσατο. ὁ μὲν
οὖν πατὴρ μετὰ τὴν μνηστείαν βραχύν τινα χρόνον ἐπιβιοὺς ἐτε-
λεύτα ἐπ' ἀγαθαῖς ταῖς ἐλπίσι τὴν φιλτάτην παῖδα καταλιπών.
ἀλλ' αὖθις νικᾶν ἐδόκουν οἱ πονηροί, καὶ ὁ γάμος εὖ παρετίθετο,
τῶν ἀρχῆθεν κακῶν ἐπεισερχομένων τὴν τοῦ βασιλέως ἁπλότητα·
οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὴν ἐκείνου κουφότητα. ἀλλ' ὑπερενίκα
πάλιν τὰ τῆς προνοίας, καὶ τὰ τοῦ φθόνου ὡς σμῆνος ἐκ καπνοῦ
C ὑπεχώρει καὶ διελύετο, καὶ οἱ καλῶς μνηστευθέντες μετ' οὐ πολὺ
καὶ νυμφίοι ἀπεδείχθησαν κάλλιστοι. τὸν δὲ τρόπον ἐροῦμεν ἐπὶ
τὴν ἀρχῆθεν ἀκολουθίαν ἀναδραμόντες τοῦ λόγου.

7. Ὁ Βρυέννιος Ἰωάννης, οὗ πρὸ βραχέος ὁ λόγος ἐμνή-
σθη, ὁρῶν τὸν ἀδελφὸν ἔτι μέλλοντα καὶ ἀναδυόμενον καὶ δια-
V 53 δρᾶναι ὡς οἷόν τε σπεύδοντα ἢ εἰς ἀποστασίαν χωρῆσαι, δεῖν
ᾠήθη παρασκευάσαι τοῦτον καὶ ἄκοντα τοῦ ἔργου ἅψασθαι. τοὺς
προύχοντας τοίνυν πάντας τῆς πόλεως κοινωνῆσαι αὐτῷ τοῦ σκέμ-
D ματος πείσας καὶ τὴν Ἀδριανούπολιν ἅπασαν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιησά-
μενος συχνῶς μετεκαλεῖτο τὸν ἀδελφόν. ἐπεὶ δ' ἀνθίστατο ταῖς
τούτου πράξεσιν ὁ Ταραχανειώτης, ἀνὴρ νέος μὲν ἔτι συνετώτα-
τος δ' εἴπερ τις ἄλλος καὶ φρονιμώτατος, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα
καὶ τὸν λογοθέτην ἐπέστελλε ζητῶν ἐπικουρῆσαι διὰ στρατεύμα-

6. εὖ παρετίθετο] P. εὐθὺς παρῃτεῖτο. fort. ὑπερετίθετο.

ptias morantibus non remisit contentionem prudentissima mulier Irenes mater, nec dedit somnum oculis, nec dormitationem palpebris, nec denique pecuniis pepercit quoad pulcherrimo iuvenum pulcherrimam virginum copulavit, Alexio Irenem. ac pater quidem virginis post celebrata sponsalia brevi superstes spatio decessit in bonis spebus carissimam filiam relinquens. sed rursus vincere videbantur mali: et consensus in hasce nuptias recta recusabatur, pravis hominibus ut dudum solebant imperatoris simplicitati denuo in suum quaestum obrepentibus. simplicitatem voco quae levitas forte melius diceretur. verum ad extremum superavit providentia, et omnes illi ab invidia structi apparatus sic evanuerunt, ut solent admoto fumo apes fugere. et qui sponsalia celebraverant postmodum legitimis rite nuptiis sunt coniuncti. quomodo id contigerit postea dicetur, ubi hunc sermonem resumemus.

7. Ioannes Bryennius, cuius paulo superius facta est mentio, videns fratrem cunctantem et tergiversantem ac omni ope vitare cupientem ne in defectionem et rebellionem implicaretur, decrevit sibi efficiendum ut omnino is adigeretur quantumvis invitus rem capessere. cum igitur cives suos Adrianopolitas universos primoribus prius sibi devinctis in suam sententiam traxisset, crebro invitabat et accersebat fratrem, interposito nomine patriae communis ipsum ad summum honorem concorditer vocantis. obstabat vero his eorum coeptis Tarachaniotes, iuvenis ille quidem sed prudens si quisquam alius et solers maxime. hic ad imperatorem atque ad logothetam literis datis

τος, ὡς δυνηθῆναι τὴν ἀνάψασαν ἤδη ἀποστασίαν καθελεῖν. οὗτοι δὲ εἴτ᾽ ἀποροῦντες στρατιωτῶν εἴτ᾽ ἀμελῶς πρὸς τὸ ἔργον διατιθέμενοι οὐδεμίαν αὐτῷ βοήθειαν ἀπεπόμφασιν. ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας οὖν ἀντισχὼν ὡς ἑώρα ὁμοφρονήσαντας ἅπαντας καὶ ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον προὖπτον καταστάντα, μικρὸν ἐνεδίδου τῆς πολ- P 74 λῆς ἐνστάσεως, καὶ τῆς Βρυεννίων μητρὸς τῆς κουροπαλατίσσης Ἄννης διὰ κήδους συνάψαι τοῦτον τοῖς παισὶ μηνυσάσης ξυγκατετίθετο, καὶ τὴν τούτου ἀδελφὴν Ἑλένην κάλλει τε διαλάμπουσαν καὶ κοσμιότητι τῶν ἡλίκων πασῶν ὑπερφέρουσαν κατεγγυᾶται τῷ τοῦ ἀδελφοῦ Νικηφόρου υἱῷ, καὶ οὕτω τούτοις συνάπτεται.

8. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀγνοήσας οἶμαι τὰς μεταξὺ τοῦ Βρυεννίου καὶ τοῦ Βασιλάκη συμβιβάσεις καὶ τὰ ὅρκια, δοῦκα τὸν Βασιλάκην τῶν Ἰλλυριῶν ἐξαπέστειλε, παραγγείλας αὐτῷ εἰ οἷόν τε κατασχεῖν τὸν Βρυέννιον καὶ δεσμώτην τοῦτον ἐκπέμπειν B πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἀπαγγελθέντος δὲ τούτου τῷ Βρυεννίῳ, δεῖν ᾠήθη μηκέτι μένειν, ἀλλ᾽ ἐξορμᾶν καὶ οἴκαδε ἀπιέναι. ἐξῄει οὖν ὀλίγην τινὰ μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἐπιφερόμενος δύναμιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Βασιλάκης πρὸς τὸ Δυρράχιον ἐπειγόμενος ἐκεῖ καταλαβεῖν τὸν Βρυέννιον ἔσπευδε, συνέβη τούτους ἀπαντῆσαι περὶ Θεσσαλονίκην τοῦ Βασιλάκη προκατειληφότος τὸ ἄστυ. ὃς ἰδὼν τὸν Βρυέννιον βραχεῖαν ἐπιφερόμενον δύναμιν καὶ κατὰ πολὺ τῆς ἐκείνου ἐλάττονα, τῶν ὁρκίων ὥσπερ ἐπιλαθόμενος καὶ

2. εἴτ᾽ ἀμελῶς] Ita P. pro ὄντ᾽ ἀμελῶς.

saepius exposuit rem omnem mitti copias exposcens, quae tumescentem iam et mox erupturam mature coniurationem opprimerent. illi autem sive milites ad manum non haberent, sive rem negligerent, nullum ipsi auxilium miserunt. perseveravit tamen in fide sic desertus diebus aliquot. sed postea cum denique videret consentientes contra universos seque in praesenti periculo stare paulum remisit de vehementia prioris studii adeoque agi secum de compositione passus est, ut etiam audiret Bryenniorum matrem curopalatissam Annam annueretque petenti ne filiis suis coniungi affinitate recusaret. itaque ille suam sororem Helenam pulcritudine modestia virtutisque fama aequalibus cunctis antistantem despondet fratris Nicephori filio, et sic in horum partes palam transit.

8. At imperator Michaël ignorans opinor conventiones quae inter Bryennium et Basilacem intercedebant ducem Illyriorum Basilacem mittit, mandans ei ut si fieri posset, Bryennium caperet et vinctum Constantinopolim deducendum curaret. quod cum Bryennio indicatum esset, non putavit is sibi amplius cunctandum, sed erumpendum statim et petendam patriam. ibat igitur exiguis comitantibus copiis. cum autem Basilaces Dyrrachium festinans ibi reperire Bryennium cuperet, contigit eo iam egresso ambos sibi ad Thessalonicam occurrere, Basilace praeoccupante civitatem, qui ut animadvertit paucas infirmasque copias Bryennio adesse multoque suis infe-

C τῶν πρὸς τὸν ἐκείνου αὐτάδελφον συνθηκῶν ἐξώρμησε κατ' αὐτοῦ. γενναίως δὲ τὴν τούτου ὁρμὴν ὑποστάντος τοῦ Βρυεννίου καὶ πολλοὺς τῶν αὐτοῦ καταβαλόντος εἰς φυγὴν τέτραπτο καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς συνεκλείετο. ἐκεῖθεν οὖν πρέσβεις ἐκπέμψας ᾔτει ἀνανεωθῆναι σφίσι τὰς τοῦ ἀδελφοῦ συνθήκας τε καὶ τὰ ὅρκια. κἀκεῖνος αὐτὸν ὑποδέχεται μάλα ἀσμένως καὶ τὰς ξυμβάσεις ἐκύρου. ἀλλ' ὁ μὲν ἥπτετο τῆς πρὸς Ἀδριανούπολιν, ὁ ἀδελφὸς δὲ ἀπήντα μετὰ πλείστης ὅτι δυνάμεως. Μακεδόνων τε γὰρ καὶ Θρᾳκῶν τὰς τάξεις ἁπάσας εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ἅμα λοχαγοῖς καὶ φαλαγγάρχαις καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς στρατηγοῖς. καὶ οἱ ἄρχοντες D δὲ τῶν πόλεων ξυνῆσαν αὐτῷ ἅπαντες, κἀκεῖνος ἅπαντας χαριέντως ὑπεδέχετο· καὶ γὰρ ἦν προσηνὴς ὁ ἀνὴρ καὶ εὐόμιλος εἴπερ τις ἄλλος. τότε μὲν οὖν στρατοπεδευσάμενοι ἀριστεῦσαι παρεσκευάζοντο. ἀλλὰ τῷ Βρυεννίῳ Ἰωάννῃ ἠρεμεῖν οὔτι δέον ἐδόκει οὐδ' ἀναβαλέσθαι τὸν καιρόν. ἐπιφερόμενος οὖν μεθ' ἑαυτοῦ τὰ τῆς βασιλείας παράσημα ἠνάγκαζε τὸν ἀδελφὸν ταῦτα V 54 περιβαλέσθαι. ἐκείνου δὲ ἀναδυομένου καὶ σκέψασθαι περὶ τούτου ζητοῦντος, αὐτὸς ἀνέπειθε πάντας εἰ οἷόν τε τὸν ἄνδρα βιάσασθαι. ἐνίκα δ' ὅμως ἐκείνου τὸ σταθηρὸν τῆς γνώμης· ἀπεφαίνετο γὰρ ἐς νέωτα συναθροίζειν ἄρχοντάς τε καὶ στρατηγοὺς ἅμα καὶ P 75 λοχαγούς, καὶ βουλὴν προθεῖναι. καὶ ζητῆσαι κοινῇ τὸ πᾶσι συμφέρον. κατὰ μὲν αὐτὴν ἡμέραν ἐκείνην οὕτω κατεύνασε τὴν τοῦ

8. γὰρ] Hoc addidit P. 20. ἅμα καὶ] καὶ addidit Bekker. 21. προθεῖναι] V. προσθῆναι.

riores, oblitus subito iurisiurandi et foederum cum eius germano ictorum hostiliter in eum impetum fecit. sed Bryennio fortiter resistente et multos e Basilaceanis occidente, ad extremum ipse Basilaces in fugam vertitur et intra urbem circumcluditur. unde legatis missis pacem orat veniamque renovarique inter ipsos postulat conventiones pacis, quas prius ipse cum eius fratre iuramento firmaverat. annuit valde libenter Bryennius et foedus cum Basilace sancit. sicque iter capessit Adrianopolim versus: quo itinere fratrem habuit obvium cum maximo exercitu. Macedonum enim et Thracum legiones omnes habebat secum cum centurionibus et tribunis ipsisque ducibus. principes quoque civitatum una omnes aderant: ipse porro universos comiter excipiebat, erat enim congressu humanus si quis alius. omnes illi autem tunc armati et pransi parati ad rem bene gerendam erant. quare Ioanni Bryennio nequaquam visum esse cunctandum aut negligendam occasionem. adiit ergo fratrem ferens secum insignia imperii induereque illa ipsum urgebat. cum autem adhuc ille frustraretur et tempus ad deliberandum posceret, persuasit Ioannes cunctis militibus et ducibus, ut qua quisque posset illum impellerent et cogerent ad assentiendum. vicit adhuc tamen viri constantia tam vividum impetum instantium, obtinuitque moram in diem posterum, quo, ut aiebat, congregatis ducibus et tribunis disquireret quid facto esset opus quidque in commune expediret. et diem quidem illam lucro apposuit consopito interim

ἀδελφοῦ τε καὶ τῶν ἀρχόντων ὁρμήν. ἀλλά τι ξυμπεσὸν ἔπεισε τοῦτον τῇ ἐπιούσῃ καὶ ἄκοντα ὑπεῖξαι τῷ τούτων θελήματι.

9. Τῆς γὰρ Τραϊανουπόλεως στρατοπεδευσάμενοι εὔνοιαν φυλάξαι πρὸς τὸν κρατοῦντα βουλόμενοι τὰς πύλας τῆς πόλεως ἀπεκλείσαντο καὶ ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις ἀνῄεσαν φρουροῦντες δῆθεν τὴν πόλιν. πυθόμενοι δὲ τοῦτο πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν ἐξέθεον ὡς πρὸς τὴν θέαν ἄοπλοι, οἱ δὲ τῆς πόλεως ὠνείδιζόν τε τοὺς ἐπιόντας καὶ εἰς ἀπιστίαν ἀπέσκωπτον, καὶ οἱ ἐκτὸς ἀντωνείδιζον. B εἶτα καὶ ἀκροβολισμοῖς τοῖς διὰ σφενδόνης κατ' ἀλλήλων ἐκέχρηντο. τούτου τοίνυν ἀπαγγελθέντος εἰς τὸ στρατόπεδον ξυνέθεον πλείονες· οἱ δὲ καὶ κλίμακα ἐσχεδίαζον τὴν πόλιν αἱρήσειν αὐτοβοεὶ ἀπειλοῦντες. φθάσαντος δὲ τοῦ λόγου καὶ πρὸς τὸν Βρυέννιον δεινὸν ᾤετο εἰ αὐτοῦ μέλλοντος ἔτι καὶ ἀναδυομένου πρὸς τὴν τυραννίδα οἱ στρατιῶται τὰ τῆς τυραννίδος ἐνδείξονται, καὶ ταῦτα εἰς πόλιν ἄνδρας φέρουσαν ἀγαθούς, καὶ ἐκ πρώτης ὅ φασι βαλβῖδος ἐμφυλίῳ αἵματι τὰς χεῖρας μιανοῦσιν. εὐθὺς οὖν ἐξέπεμπε τοὺς ἀπείρξοντας τὴν ὁρμὴν τῶν στρατιωτῶν, οἳ C φθάσαντες πρὸ τοῦ εἰς μέγα τὴν μάχην ἐξάψαι τὰς ὁρμὰς ἐνεχαίτισαν αὐτῶν. οὗ γενομένου ἐδόκει ἀποχρῶσαν φυλακὴν ἔγγιστα τῶν τειχῶν τῆς πόλεως καταλειφθῆναι, μή πως νυκτὸς ἐκδραμόντες τινὲς τῆς πόλεως τὸ στράτευμα θορυβήσωσιν. ὡς δὲ καὶ τοῦτο

3. στρατοπεδευσάμενοι] Fort. οἱ ἐνστρατοπεδευσάμενοι. Cod. σρατοπεδευσάμενον, quod corr. P. 12. τὸν Βρυέννιον] P. αὐτὸν τόν.

fratris et principum impetu. ceterum aliquid postridie contigit quo plane coactus est quantumvis invitus voluntati eorum acquiescere.

9. Hoc tale quiddam fuit. praesidiarii civitatis Traianopolis officium et fidem praestare imperatori cupientes portas urbis clauserunt insederuntque murorum pinnas tamquam propugnaturi civitatem. hoc audito multi e militibus Bryennii studio visendi rem novam inermes accurrerunt. Traianopolitani vero milites in sic accedentes convicia iaciebant infidelitatem increpantes. Bryenniani porro et ipsi exprobrabant inclusis, et post verba saxa utrimque mittebantur: sicque bellum velitationibus fundarum inchoabatur. hoc ergo in castra nuntiato concurrerunt plures, quorum et aliqui scalas expedierunt, tamquam mox aggressuri vi aperta civitatem et primo clamore se capturos minantes. hoc tumultu ad Bryennium perlato grave illi nec tolerandum videbatur ut se adhuc de sumptione imperii cunctante milites eius sic pro eo tamquam imperatore declarato pugnarent, et in eam urbem pugnarent quae virorum fortium foecunda est ac sic a primis (quod aiunt) carceribus civili sanguine macularent manus. statim igitur misit qui militum impetus revocarent. missi ad hoc satis mature adfuerunt. cum enim certamen nondum valde incaluisset, represserunt ruentes. quo facto visum Bryennianis est satis fore si prope muros civitatis militares excubiae ponerentur, ne si forte per noctem erumperent Traianopoli quidam tumultum in castris cierent.

τετέλεστο, ὁ τοῦ βασιλειῶντος ἤδη Νικηφόρου υἱὸς ὁ πατρίκιος
Βρυέννιος, ἄρτι τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπερελάσας καὶ μειράκιον
D ὢν θυμοειδὲς καὶ γενναῖον, τοὺς συνηλικιώτας παραλαβὼν (ἤστην
δὲ τούτω ὁ Κατζαμούντης καὶ ὁ Κουρτίκης Βασίλειος, ὃν καὶ
Ἰωαννίκιον ἐκάλουν) ἀπήει παιδιᾶς χάριν πρὸς τοὺς τὴν ἔξω τῆς
πόλεως πεπιστευμένους φρουρὰν στρατιώτας, καὶ ἀγρυπνοῦντας
ἅπαντας ἐκείνους εὑρὼν ἐπαίνων ἠξίου, καὶ παρελθὼν αὐτοὺς
πλησίον τῆς πόλεως γέγονε καὶ περιῄει ἀγχοῦ τῶν τειχῶν τὴν τῆς
πόλεως περισκοπῶν φυλακήν. ὡς δ' ὑπνώττοντας ἅπαντας τοὺς
ἔνδον φυλάττοντας κατεμάνθανεν, ὑποστρέφων ταῖς σχεδιασθεί-
σαις ἐντετύχηκε κλίμαξι. καὶ ταύτας ἄραι προστάξας τοῖς ἑπομέ-
νοις τῷ τῆς πόλεως τείχει προσήρεισε καὶ πρῶτος αὐτὸς ἀνῄει ὡς
ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις. ξυνείποντο δέ οἱ καὶ οἱ λοιποί. εὑρόντες δὲ
P 76 τοὺς φύλακας βαθέως ὑπνώττοντας καὶ μηδέν τι τῶν δρωμένων
προαισθομένους, τὰ ξίφη γυμνώσαντες περιέστησαν αὐτοῖς ἀφυ-
πνιζόν τε καὶ βασιλέα Ῥωμαίων τὸν Νικηφόρον εὐφημεῖν ἐκέλευον.
τῷ γοῦν αἰφνιδίῳ καταπλαγέντες οὗτοι καὶ οἷ κακῶν εἰσι συναι-
σθόμενοι οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τειχῶν σφᾶς αὐτοὺς κατεκρήμνιζον, οἱ
δὲ τὸ κελευσθὲν ἐποίουν βραχείᾳ καὶ διακεκομμένῃ φωνῇ· διέ-
κοπτε γὰρ αὐτοῖς τὰς φωνὰς ὁ φόβος. οἱ δὲ τῆς πόλεως οἰκήτο-
V 55 ρες αἰσθόμενοι τὸ συμβάν, ὑπειληφότες τὴν πόλιν ἤδη πᾶσαν
ἑαλωκέναι, συνέθεον ἅπαντες, οὐ πρὸς ὅπλα χωροῦντες οὐδὲ

3. ἤστην δὲ τούτω] Cod. ἤσθη δὲ τοῦτο. P. ἦσαν δὲ οὗτοι. 8. ἀπήει] Cod. ἀπείην. corr. P. 20. φόβος] Ita P. pro λόγος.

hoc loco res erat cum Nicephori iam regnaturientis filius patricius Bryennius vixdum puerilem supergressus aetatem adolescentulus naturae ardentis et generosum spirans, aequalibus pueris secum assumptis; hi autem erant, Catzamuntes et Curtices Basilius, quem et Ioannicium vocabant: abit quasi ludi causa ad excubitores contra civitatem ut dictum est dispositos, et omnes quidem illos vigilantes inveniens laudibus affecit ultraque progrediens propinquavit muris urbis gyransque circum e vicino explorabat ecquid ibi ad custodiam vigilaretur. ut autem non dubiis argumentis perspexit plane omnes qui murum obtinebant obdormivisse custodes reversus retro ad suos et scalis prius paratis temere repertis eas tolli iussas a comitibus muro civitatis admovet primusque ipse conscendit sequentibus reliquis. cum muri superiora tenuissent, reperiunt profunde dormientes milites, ne tunc quidem quidquam eorum quae fierent sentientes, quos circumsteterunt ensibus strictis et repente excitatos Nicephorum Bryennium Romanum imperatorem acclamare iusserunt. circumventi illi necopinato casu et ubi malorum essent sentientes partim e muro praecipites se demiserunt, partim quod iubebantur fecerunt exili et fracta voce: non enim constanter eos et fortiter metus quo turbabantur sinebat. at cives urbis admoniti strepitu primo et civitatem iam universam captam existimantes concurrerunt omnes, non ad arma, neque defensandi studio, quarum rerum tempus praeteriisse arbitrabantur, nec spei

ἀμύνειν σπεύδοντες (ἤδη γὰρ ἀπεγνώκεισαν), ἀλλὰ μίαν ἡγούμε- B νοι σωτηρίας ὑπόθεσιν τὸ βασιλέα Ῥωμαίων ἀναγορεῦσαι τὸν Βρυέννιον. εὐθὺς οὖν τοῦτο ἐγένετο, καὶ πάντες ἀνευφήμουν καὶ πρὸς τοὺς ἄνω τῶν τειχῶν τὰς χεῖρας ἐκτείνοντες ἱκέτευον σώζειν τὴν πόλιν. τῆς γοῦν κραυγῆς ἰσχυρᾶς γενομένης τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν συνέθεον πρὸς τὴν πόλιν, προσεπειρῶντο δὲ τῶν κλιμάκων ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰ τείχη. ἀλλ' ὁ τοῦ Βρυεννίου υἱὸς κατέσχεν αὐτοὺς τῆς ὁρμῆς, κελεύσας κάτωθεν ἱσταμένους συνεφάπτεσθαι τοῖς ἐντὸς τῆς εὐφημίας.

10. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ἡ Τραϊανούπολις πρώτη C τὸν Βρυέννιον βασιλέα Ῥωμαίων ἀνευφήμησεν. ἕωθεν δὲ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ἅμα στρατηγοῖς τε καὶ λοχαγοῖς συναθροισθὲν περὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἐβιάζοντο τοῦτόν τήν τε ἁλουργίδα περιθέσθαι καὶ τὰ κοκκοβαφῆ ὑποδήσασθαι πέδιλα. ὁ δ' ὀψὲ καὶ μόλις εἴξας τῇ τούτων βίᾳ ταῦτα περιεβάλλετο καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἤδη ἀνηγόρευτο. ἄρας οὖν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἀδριανούπολιν ἐχώρει, καὶ παριόντα τοῦτον αἱ πόλεις καὶ αἱ κῶμαι ἅπασαι ἀνευφήμουν. φθάσαντες δὲ τὴν πόλιν περιχαρῶς οἱ τῆς πόλεως ὑπεδέχοντο ἅπαντες. ὁ δὲ ἐπὶ τὸν ναὸν φοιτήσας τῆς θεομήτορος καὶ τῇ D μητρὶ τοῦ θεοῦ τὰ χαριστήρια θύσας οἴκαδε ἐπανέζευξε καὶ περὶ τῶν ἑξῆς ἐβουλεύετο, καὶ στρατηγοὺς καὶ ἄρχοντας ἅπαντας εἰς ἐκκλησίαν ἐκάλει καὶ βουλὴν προυτίθει, εἰ δέον ἐστὶν ἀποπειρᾶσθαι

6. τῶν κλιμάκων] διὰ τῶν κλιμάκων? 14. ὑποδήσασθαι] V. ὑποδύσασθαι.

quidquam superesse: sed unam salutis viam superesse autumantes, si Bryennium Romanorum imperatorem salutarent. hoc igitur statim factum est, et per civitatem increbescebant voces Bryennium imperatorem ingeminantium moxque manus protendentium muros versus ad Bryennianos ut putabant milites cuncta obtinentes et servari civitatem parcique obnoxiis orantium. talia vociferantium clamor ad castra pervenit excivitque milites, qui magno impetu in civitatem ruentes scalis nitebantur superare muros: sed eos id facere vetuit Bryennii filius, mandans ut potius infra stantes coniungerent voces cum civibus intus Bryennium imperatorem acclamantibus.

10. Per hunc modum Traianopolis prima civitatum imperatorem acclamavit Bryennium. mane vero proxime secuto universus exercitus cum tribunis et ducibus congregatus circa Bryennii tabernaculum cogebant ipsum et purpuram induere et rubra calceamenta, principatus insigne, sumere: ille autem tarde et aegre tandem victus instantia illorum acquievit et salutari se imperatorem passus pro tali se gessit. iter hinc igitur Adrianopolim versus pronuntiavit. quo itinere urbes et oppida obvia eum ut imperatorem alacritate magna recipiebant. Adrianopoli praesertim, ubi eo pervenit, exceptus est ab omnibus gratulatione ac gaudio ingenti. ille autem recta tetendit in templum deiparae nec nisi gratiis ibi prolixe actis matri dei, domum abiit. ubi consilia habebat deliberans de his quae sibi deinceps agenda essent. inter ea hoc praecipuum, quod ducibus ac principibus omnibus vocatis disceptan-

τοὺς τῆς μεγαλοπόλεως. ἐδόκει δὲ πᾶσι μὴ αὐτίκα χωρεῖν αὐτὸν μετὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ἀλλ᾽ ἐκπέμπειν τινὰ τῶν στρατηγῶν μετὰ δυνάμεως ἀποχρώσης, ἅμα τε καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν κρατοῦντα περὶ εἰρήνης τε καὶ δικαιοπραγίας.
P 77 ἐκπέμπειν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τέλει πάντας χρυσοσημάντους γραφὰς πλήρεις οὔσας ὑποσχέσεων τιμῶν τε καὶ δωρεῶν μεγίστων, καὶ οὕτω τῆς γνώμης τούτων ἀποπειρᾶσθαι.

11. Τούτου γοῦν δόξαντος ὁ Βρυέννιος τὸν οἰκεῖον ὁμαίμονα τὸν μάγιστρον Ἰωάννην κουροπαλάτην τιμήσας καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν ἀποδείξας μετὰ δυνάμεως ἀποχρώσης ἐξέπεμπε, δοὺς αὐτῷ καὶ τῶν ἀρχόντων μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην. ὁ δὲ τὰς
B δυνάμεις ἀναλαβὼν ἀπῄει πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ξυνείπετο δὲ καὶ Σκυθῶν οὐκ ἐλαχίστη τις δύναμις, οὐ τῶν ξένων καὶ μισθοφόρων ἀλλὰ τῶν πρὸ πολλοῦ αὐτομολησάντων ὑπὸ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων. φθάσας οὖν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ἐγγὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐστρατοπέδευε καὶ ἀπεπειρᾶτο ταύτης. καὶ οἱ ἐντὸς ἅμα μὲν δι᾽ ὀργῆς ἄγοντες τὸν κρατοῦντα καὶ τὸ γεν-
V 56 ναῖον καὶ σταθηρὸν τοῦ Βρυεννίου γινώσκοντες, ἣν ἐντὸς ἔκρυπτον εἰς ἐκεῖνον εὔνοιαν ἀνεκάλυπτον ἤδη. ἀλλὰ τὸ δαιμόνιον ἀντωπῆσαν τὴν πάντων εὔνοιαν ταχέως εἰς τὸ δύσνουν μετέστρεψε
C κατά τινα συντυχίαν τοιάνδε.

1. τοὺς τῆς] P. τῶν τῆς.

dum proposuit: ecquid expediret tentari armis regiam civitatem. visum autem cunctis est non convenire ipsum statim cum exercitu universo ire adversus Byzantium, sed mittere illo ducem aliquem cum idonea parte copiarum, et simul legatos de pace et aequa compositione tractaturos cum potente rerum, aliosque conventuros singillatim omnes illos qui magistratus gerunt, aut alioqui dignitate eminent ostensurosque ipsis diplomata bullis aureis munita, promissiones honorum donorumque maximorum continentia, quo sic tentarentur, ecquid in partes trahi possent.

11. His ita decretis Bryennius intimum consanguineum suum magistrum Ioannem curopalatem honore auctum et domesticum scholarum declaratum mittit cum eo numero militum qui sufficere ad scopum posset addiditque non exiguam ducum ac principum manum. quibus ille copiis assumptis recta Constantinopolim tendebat, sequente praeterea ipsum Scytharum non parvo exercitu, non e peregre profectis et stipendiariis, sed ex iis qui non multo ante a popularibus suis ad Romanam dominationem sponte transfugerant. cum ergo pervenisset domesticus scholarum prope Constantinopolim, castra munivit et tentabat civitatem non multum abhorrentem ab eo recipiendo. nam et in ea plerique civium odio et ira praeoccupati adversus imperatorem erant et generositatem sibi notam constantiamque Bryennii reputantes trahebantur in eum tanto studio ut iam a significationibus externis favoris in eum sui non temperarent. sed fatale quoddam ne res procederet impedimentum obstitit, quo benevolentia civitatis in Bryennium prona acerbo repente odio commutata est. casum uti contigit referam.

12. Τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀντικρὺ τῶν ἐν Βλαχέρναις παλατίων στρατοπεδεύσαντος περὶ τὸν τόπον ὃν καλοῦσι Κοσμίδιον, ἐν ᾧ καὶ ναὸς ἐπ᾿ ὀνόματι τῶν θαυματουργῶν Ἀναργύρων ἵδρυται μέγιστός τε καὶ κάλλιστος καὶ φρούριον ᾠκοδόμηται, τινὲς τῶν τοῦ θητικοῦ, ἔτι γε μὴν καὶ τῶν τοῦ στρατιωτικοῦ τοῦ χάρακος ὑπεκθέοντες διέβαινόν τε τὴν γέφυραν καὶ καταντικρὺ τῆς πόλεως ἐν τοῖς τοῦ Στενοῦ φοιτῶντες μέρεσιν ἀφορμῆς δῆθεν τῆς τῶν ἀναγκαίων συγκομιδῆς διαρπάζειν τὰ προστυχόντα D ἐβούλοντο. τῶν δ᾿ οἰκητόρων φθασάντων πάντα ἐντὸς συγκομίσαι τῆς πόλεως οἱ ἐκδραμόντες, ἐπεὶ κενὰς τὰς οἰκίας λαφύρων ἑώρων, θυμοῦ τε ἐνεπίμπλαντο καὶ πυρπολεῖν αὐτὰς ἐπεχείρουν. ἀλλὰ τοῦτο αἰσθόμενος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ἀπέστειλε διὰ τάχους τοὺς εἴρξοντας αὐτοὺς τῆς ἀτάκτου ὁρμῆς καὶ τὸ πῦρ κατασβέσοντας. εἰς οὐδὲν δ᾿ αὐτῷ τὰ τῆς ὁρμῆς κατέληξε, τοῦ πυρὸς εἰς μέγα ἀρθέντος καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν καταφλέγοντος. ξυνέβη γοῦν ἐκ τούτου πολλὰ τῶν καλλίστων προαστείων πυρποληθῆναι. τοῦτο τὸ ἔργον εἰς θυμὸν τοὺς πολίτας διήγειρε καὶ P 78 τὴν εὔνοιαν τούτων μετέστησεν. ἀπογνοὺς τοίνυν ὁ τῶν ταγμάτων ἔξαρχος τοῦ πειθοῖ τὴν πόλιν παραστήσασθαι πρὸς πολιορκίαν ἐχώρει.

13. Ὁ δὲ τηνικαῦτα κρατῶν τῆς τῶν κατὰ τὴν χέρσον τειχῶν φρουρᾶς ἐπέστησε φύλακας τόν τε οἰκεῖον ὁμαίμονα Κων-

7. ἀφορμῆς] ἐξ ἀφορμῆς?

12. Domestico scholarum e regione palatii Blachernarum castra habente circa locum quem vocant Cosmidium, ubi et templum in nomine sanctorum Cosmae ac Damiani erectum est maximum atque pulcherrimum iuxtaque arx adstructa, quidam e servili genere lixarum aut e gregariis militibus vallo procurrentes traiecerunt pontem et ex adverso civitatis per oram angustissimo divisam freto cursabant studio ac necessitate corradendi res opportunas et rapiendis obviis quibusque se accingebant. quoniam vero qui illic habitabant iam antea sua omnia intra civitatem transtulerant, ubi nihil isti temerarii cursores supellectilis aut praedae intra domos repererunt, irati subiicere ignem parabant. sed hoc sentiens domesticus scholarum misit statim qui revocarent a vecordi coepto et ignem exstinguerent. at hi serius advenerunt incendio iam invalescente alteque sublato et obvium quidvis consumente. per hunc errorem contigit speciosissima quaeque pulcherrimi suburbii flammis deformari. id vero civibus Constantinopolitanis perindignum visum eorum odia in Bryennii partes movit favoremque priorem omnem ac benevolentiam exstinxit. cuius novae invidiae indiciis videlicet erumpentibus desperans dux exercitus adduci posse ad suas partes persuasione civitatem vim experiri constituit et ad oppugnationem se accingebat.

13. Interim imperator muris ad mediterranea obiectis firma praesidia imposuit, ducibus praefectis proprio fratre Constantino Porphyrogenito et

σταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον καὶ τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον, οἳ στρατιωτῶν ἀπορίᾳ τῶν προστυχόντων τινὰς ἐπὶ τὰ τείχη ἀναβιβάσαντες καὶ τοὺς ἑαυτῶν καθοπλίσαντες αὐτοὶ περιθέοντες ἐφρούρουν τὴν πόλιν. ἐν μιᾷ δὲ τῶν ὡρῶν περισκοπῶν ὁ Κομνη-
B *νὸς Ἀλέξιος τοὺς ἀπὸ στρατοπέδου τοῦ Βρυεννίου προνομῆς χάριν πρὸς τὰ παράλια τῶν χωρῶν κατιόντας καὶ αὖθις πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀναστρέφοντας, ὀλίγους δὲ κομιδῇ καταλειφθέντας, τὰς πύλας ἀναπετάσας ἔξεισι μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν καὶ ἐπιθέμενος τούτοις ζωγρεῖ ἄνδρας μέχρι τῶν εἴκοσι, καὶ πρὶν ἢ τοὺς ἄλλους γνῶναι τὸ δρᾶμα ἐπάνεισι μετ' αὐτῶν εἰς τὴν πόλιν. καὶ εὐθὺς περιλάλητος ἦν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή. ὁ δὲ φθόνος ὑπέκνιζε τὸν Κωνσταντῖνον τοσοῦτον ὡς καὶ κατὰ πρόσωπον τῷ ἀνδρὶ λοιδορήσασθαι ὅτι μὴ καὶ τοῦτον συμπράκτορα ἔσχε τοῦ ἔργου. ὁ δὲ κρατῶν ἠγάσθη τε τούτου τὴν πρᾶξιν καὶ χάριτας αὐτῷ φανερῶς ὡμολόγει. ταύτην τὴν πρᾶξιν τοῦ Κο-*
C *μνηνοῦ ἀφορμὴν ὁ καῖσαρ εὑρὼν τὸν γάμον ἐξαιτεῖ τῆς θυγατριδῆς τελεσθῆναι τοῦ γάμου συναφείᾳ. καὶ τελεῖται ταχέως ἅμα τῷ λυθῆναι τὴν πολιορκίαν τῇ πόλει. ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.*

14. *Ὁ δὲ τῶν ταγμάτων κατάρχων τοῦ Βρυεννίου τηνάλλως ὁρῶν τριβόμενον τὸν τῆς πολιορκίας καιρόν, ἵνα μὴ πλέον κακοπαθῇ οἱ τὸ στράτευμα, ἐβούλετο μὲν τὴν πολιορκίαν λῦσαι,*
V 57 *ᾐσχύνετο δ' ὅμως καὶ ἐδεδίει μή ποτέ τι ξυμβαίη σχίσμα περὶ*

4. ὡρῶν] φρουρῶν?

Comneno Alexio. qui penuria militum quosdam ex obviis auctoratos et tumultuarie armatos custodibus murorum miscuerunt, propriis etiam quisque familiis pariter armatis, ipsi ultro citroque cursantes defensioni urbis attendebant. quo tempore Comnenus Alexius cum e speculis observasset manus e Bryennianis castris ad praedandum egressas versus oram maritimam descendisse rursumque plerisque in castra redeuntibus valde paucos retro relictos haesisse, patefactis subito portis cum familiaribus erumpit impetuque in hos facto vivos capit numero viginti ac prius quam alii sentirent intra urbem rapit. quo facto per civitatem statim fama vulgato, omnia viri laudibus personabant. unde invidia ussit Constantinum in tantum ut coram in os Comneno iurgium ferret, quod is se socium ad id facinus non adhibuisset. imperator tamen factum probavit et Alexio palam gratias egit. ex hoc Comneni successu indeque orta offensione Constantini occasionem Caesar captavit opportunam urgendi nuptias propriae neptis cum Alexio, quae et post sub obsidionis solutionem rite celebratae sunt.

14. Inter haec enim Bryenniani ductor exercitus frustra videns teri obsidione tempus, ne vexatio irrita exercitus cresceret, solvere obsidionem cogitabat, retardabaturque solum pudore quodam et metu, ne dissensionum aliquid inter male cohaerentes copias et defectio secessioque quorumdam in

τὴν παλινόστησιν. ἐζήτει οὖν τινα πρόφασιν ἐφευρεῖν ὥστε καὶ τὴν πολιορκίαν λῦσαι καὶ μηδέν τι ἐκ τούτου περιέσεσθαι βλαβερόν. οὕτω δ' αὐτοῦ διανοουμένου, ἀπαγγέλλεταί τι πλῆθος Σκυθῶν διαβὰν τὸν Αἷμον καὶ τὰ κατὰ τὴν Χερρόνησον κατατρέχον χωρία καὶ ληϊζόμενον. τοῦτο τοίνυν ἀφορμὴν εὑρὼν ὁ D στρατάρχης λύει τὴν πολιορκίαν κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐξορμήσας, καὶ ἐντυχὼν αὐτοῖς ἐπανιοῦσιν ἐτρέψατο κατὰ κράτος καὶ φόνον ὅτι πλεῖστον εἰργάσατο, παμπόλλους δὲ ζωγρήσας πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐπανῆκε. γίνονται οὖν οἱ ἑαλωκότες ἐκείνῳ ἀφορμὴ πρὸς τοὺς Σκύθας εἰρήνης τε καὶ ξυμβάσεως· ὁμήρους γὰρ τῶν ἐπιφανῶν δόντες τούς τε οἰκείους αἰχμαλώτους εἰλήφασι καὶ σύμμαχοι τούτῳ κατέστησαν.

15. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ὁ Βοτανειάτης Νικηφόρος, εἷς ὢν τῶν ἐκ τῆς ἑῴας εὐγενεστάτων, στρατηγὸς τῶν P 79 ἀνατολικῶν πρὸ πολλοῦ καταστὰς παρὰ βασιλέως, ἣν ὤδινεν ἐπανάστασιν εἰς τοὐμφανὲς ἐξήγαγε. μαθὼν γὰρ ἐν ταραχαῖς εἶναι τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν, ὡς τῶν πόλεων ἁπασῶν ὑπὸ τὸν Βρυέννιον γενομένων, τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ αὐτὸς συναθροίσας στρατιώτας καὶ τὸν Χρυσόσκουλον ἐπιδημοῦντα τηνικαῦτα τοῖς τῆς ἑσπέρας μέρεσι προσλαβόμενος (πάλαι γὰρ ἔφθη προσχωρήσας Ῥωμαίοις, ὁπηνίκα τὰς ἡνίας ἦγε τῆς βασιλείας ὁ Ῥωμανὸς Διογένης, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν) ἐπιὼν τὰς πόλεις ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο. πάντων δ' αὐτῷ προσκεχωρηκότων ὁ Μελισσηνὸς Νικηφόρος, ἐς Βουρτζίους τε καὶ Μελισσηνοὺς B

discessu oriretur. quaerebat igitur quo pacto securam et innoxiam obsidionis solutionem haberet. haec eum agitanti nuntius venit Scytharum aliquam multitudinem Haemum transgressam agros pagosque circa Chersonesum incursare vastareque. hinc rapto praetextu recedit a civitate quasi Scythas reprimendi studio iisque commodum a praeda revertentibus occurrens pugnam secundam fecit, fusis fugatisque cunctis, plurimis interfectis nec paucioribus captis, quos ad fratrem rediens ei obtulit. qui ex iis occasione transigendae cum Scythis pacis opportune capta, redditis captivis alios e primoribus Scytharum obsides accepit societate cum iis firma constituta.

15. Dum autem haec gerebantur, Botaniates Nicephorus unus e nobilissimis Orientis, quem dudum imperator universis Orientalis tractus praefecerat copiis, quam pridem parturiebat rebellionem aliquando palam protulit. intelligens enim turbatas esse res Occidentis, civitatibus plerisque Bryennium sequentibus, collectis et ipse in unum qui erant varie per Orientales provincias sparsi militibus et assumpto Chrysosculo qui tunc in Occiduas partes profectionem adornabat (dudum enim ante hoc tempus is Romanis accesserat, iam tum ex quo imperium administrabat Romanus Diogenes, ut superius in hac historia docuimus), obiens civitates sibi subiiciebat. cunctis autem passim in eius partes transeuntibus Melissenus Nicephorus e Burtziis

ἀνέλκων τὸ γένος, τῷ κρατοῦντι τηνικαῦτα Ῥωμαίων πίστιν τηρῶν πολέμιον ἑαυτῷ τὸν Βοτανειάτην ἀπέδειξε. προσεχώρησε δὲ τούτῳ καὶ ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος, ἀνὴρ ὢν γενναῖος κἀν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις ἄριστος, ἄρτι δ' ἐκ Μεσοποταμίας ἐλθὼν (ξυνῆν γὰρ ἐκεῖσε τῷ ἰδίῳ πατρὶ διέποντι τὴν τῆς Μεσοποταμίας ἀρχήν), βουλόμενος εἰς τὸν κρατοῦντα πίστιν τηρῆσαι ἀκράδαντον.

16. Ὁ γοῦν Βοτανειάτης τῶν ἄλλων ἁπάντων αὐτῷ
C προσκεχωρηκότων ἀπάρας ἐκ τῆς Φρυγίας πρὸς τὴν Βιθυνίαν ἠπείγετο, διεπέμπετο δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει λάθρα, τιμὰς μεγίστας καὶ δωρεὰς τοῖς ἄρχουσιν ἐπαγγελλόμενος εἰ συνεργοὺς αὐτοὺς σχοίη πρὸς τὸ τῆς βασιλείας Ῥωμαίων ἐγκρατῆ γενέσθαι. ἐπεὶ γοῦν πολλοὶ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τῶν τοῦ βήματος δυσμενῶς εἶχον πρός τε τὸν κρατοῦντα καὶ πρὸς τὸν λογοθέτην, μάλιστα δὲ πάντων ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας Αἰμυλιανός, οὗ πρόσθεν ὁ λόγος ἐμνήσθη, καιρὸν ἐζήτουν ὥστε σφίσι συμφέροντα δρᾶσαι. ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ ὁ λογοθέτης τὸν ἐντὸς ἀγνοήσαντες πόλεμον πρὸς τὸν ἔξωθεν ἐξηρτύοντο, καὶ πρὸς τὸν τῶν Τούρκων διεπρεσβεύοντο ἄρχοντα (ἦν δὲ τηνικαῦτα τούτων κατάρχων Σολυμὰν ὁ τοῦ Κουτουλμοῦς υἱός), ἐξοπλίζοντες τοῦτον
D κατὰ τοῦ Βοτανειάτου. ὁ δὲ σπεισάμενος τούτοις τὸν κατὰ ἐκείνου πόλεμον ἀνεδέξατο, καὶ ἔκτοτε τὰς ὁδούς τε ἐτήρει καὶ τοὺς στενωποὺς κατεῖχε καὶ τὴν τοῦ Βοτανειάτου ἐπετήρει δύναμιν καὶ διάβασιν. ὁ δὲ τὸ Κοτυάειον καταλαβὼν καὶ τὰ κατὰ τὸν Σολυμὰν πυθόμενος, ἐπειδὴ σπανίζων ἦν στρατεύματός καὶ δυνάμεως

et Melissenis genus ducens, fidem imperatori servans, in se arma Botaniatae convertit. Melisseno se adiunxit pari fidelitatis Michaëli praestandae studio Palaeologus Georgius vir fortis et bellicis facinoribus egregius, recens e Mesopotamia, ubi patri eam provinciam administranti adfuerat.

16. Botaniates igitur aliis cunctis praeter hos duos ipsi obtemperantibus, motis castris e Phrygia in Bithyniam ferebatur. miserat autem in urbem clam qui suo nomine principibus promitterent summos honores et dona pretiosissima si cooperari sibi vellent Romanum imperium usurpanti. quoniam ergo multi cum e senatu tum ex ecclesiastico ordine exosos habebant imperatorem et logothetam maxime vero omnium patriarcha Aemilianus, cuius ante meminimus, hi omnes imminebant in occasionem suis ipsorum rationibus consulendi. at imperator et logotheta, domesticarum quas ignorabant insidiarum securi, ad bellum externum se comparabant et ad principem Turcorum legationem miserant (erat autem is tunc temporis Solyman Cutulmusi filius), qua ei suadebant ut bellum adversus Botaniatem capesseret. id quod ille fecit foedere cum legatis Michaëlis icto, et ex tunc vias obsidebat angustiis praeoccupatis Botaniatae copias et transitum observans. ille autem ubi Cotiaeum pervenisset Solymanis consilio cognito, quoniam exercitum haud-

ἀποχρώσης πρὸς τὸ πλῆθος τὸ τοσοῦτον τῶν ἐναντίων, βουλὴν βουλεύεται συνετήν. τὰς γὰρ εὐθείας καταλιπὼν ὁδοὺς ἐν αἷς προσδοκήσιμος ἦν, νυκτὸς ἀπάρας ἐκεῖθεν καὶ λαθὼν τοὺς φυλάσσοντας γέγονε περί τι φρούριον ἔγγιστα τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ διακείμενον, ὅπερ Ἀτζούλα καλεῖται, ἀπέχον Νικαίας περί που τὰ διακόσια μίλια. ἐκεῖθεν δ' αὖθις ἀπάρας ἤπειγε πρὸς τὴν P 80 V 58 Νίκαιαν πρὸ τοῦ τοὺς Τούρκους αἰσθέσθαι τῆς ἐκείνου ἐφόδου. ἀλλ' οἱ Τοῦρκοι πυθόμενοι τὴν ἐκεῖθεν λαθραίαν διάβασίν τε καὶ δύναμιν οἱ μὲν ἐπῄεσαν τεταγμένοι, ὀλίγους δὲ τῶν ἱππέων ἐξαποστείλαντες ἐπὶ τὸ ἀσχολῆ τοῦτον καὶ βραδυτέραν αὐτοῦ πορείαν ποιήσασθαι, οὐ πάνυ τοῦ σκέμματος ἔτυχον. φθάνουσιν οὖν τοῦτον οἱ προπεμφθέντες οὐ πόρρω Νικαίας, καὶ ἀλαλάξαντες κωλύειν τοῖς τοξεύμασιν ἐπειρῶντο τὴν τούτου πορείαν. οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γενναῖοι ὄντες, εἰ καὶ ὀλίγοι, ἀλλ' ὅμως ἐξώρμων κατὰ τῶν Τούρκων καὶ τὰς ἐκείνων ὁρμὰς ἀνέστελλον. δείσαντες δ' οἱ περὶ αὐτὸν μὴ τοῦ πλήθους τῶν Τούρκων φθάσαντος κυ- B κλωθεῖεν ὁμοῦ καὶ ἁλῶεν, τὸν Χρυσόσκουλον πρὸς αὐτοὺς ἐκπεπόμφασιν. ὁ δὲ ὁμιλήσας ἐκείνοις καὶ πείσας χρήματα λαβεῖν καὶ παλινοστῆσαι ἄδειαν τούτοις παρέσχεν ἐλθεῖν πρὸς τὴν Νίκαιαν.

17. Γενόμενοι δὲ περὶ τὰ ταύτης προάστεια ὁρῶσι λαὸν ὅτι πλεῖστον κατὰ φάλαγγας τεταγμένον. οὓς οἰηθέντες πολε-

6. ἤπειγε] ἠπείγετο? 10. ἀσχολῆ] ἀσχολεῖν? ἀσχολῆσαι? *ibid.* **πορείαν**] **Malim τὴν πορείαν.**

quaquam satis numerosum sibi adesse videbat, quanto erat opus ad tantam hostium multitudinem aperto Marte superandam, rationem belli administrandi sane prudentem iniit. vitatis enim rectis et publicis viis ubi exspectari se sciebat, noctu vasis collectis inobservatus transiit ad praesidium quoddam proximum Sangario amni, quod Atzula dicitur, distans Nicaea circiter ducenta millia. unde rursus movens Nicaeae se admovit antequam Turci sentirent ipsius profectionem. hi porro audito tandem eius furtivo transitu indicioque habito numeri copiarum eius acie instructa sequebantur, praemissis equitibus paucis qui eunti facesserent negotium et festinationem properantis morarentur. hi non multum profecerunt. assecuti enim agmen Botaniatae non longe Nicaea, iaculatione in illud multa eminus cum barbara vociferatione facta, morari coeptum iter conabantur. at Botaniatae milites pauci quidem illi, ceterum fortes, impetu in Turcos facto vim eorum represserunt. veritus tamen Botaniates ne tandem paucitas suorum circumveniretur ab abundantibus numero barbaris misit ad eos Chrysosculum, qui locutus cum ipsis facile persuasit ut pecuniis acceptis retro redirent sicque Romani securum habuerunt Nicaeam usque reliquum iter.

17. Ubi porro ad ipsa Nicaeae suburbia processerunt, vident multitudinem ingentem per phalanges ordinatam. quam cum infensam sibi et mox

μίους εἶναι καὶ κατ' αὐτῶν μέλλειν χωρεῖν μικροῦ δ' ἂν ὑπὸ τοῦ δέους ἐπεπήγεσαν, ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν· τὸ γὰρ μάχεσθαι πρὸς τοσοῦτον πλῆθος ὀλίγους ὄντας ἀμήχανον τούτοις ἐδόκει, τό τε χωρεῖν εἰς τοὐπίσω καὶ λίαν ἦν ἐπικίνδυνον. πέμψαντες C τοίνυν ἀγγέλους ἠρώτων τίνες τε εἶεν καὶ ὅ τι βούλονται; οἱ δὲ μιᾷ φωνῇ βασιλέα τὸν Βοτανειάτην Ῥωμαίων εὐφήμουν. ὅπερ πυθόμενος ἐκεῖνος καὶ τοῦ δέους ἀπολυθεὶς εἴσεισιν εἰς τὴν Νίκαιαν, παραδόξως οὕτω διασωθείς. οἱ γὰρ ξὺν αὐτῷ πρὸς ἀποστασίαν χωρήσαντες οὐ πλείους ἦσαν τριακοσίων ἀνδρῶν, οἵτινες ἅμα αὐτῷ διαβάντες μέσον παγίδων, πολλῶν δηλαδὴ τῶν ἐνεδρευόντων αὐτούς, ὑπὸ τῆς θείας προνοίας ἀσινεῖς διεσώθησαν, δεικνύοντος τοῦ θεοῦ κἀνταῦθα ὡς ἐκείνου διδόντος φθόνος οὐ κατισχύει, καὶ μὴ διδόντος μάταιοι μὲν οὗτοι, μάταια δὲ τῶν στρατευμάτων πλήθη καὶ λόχοι καὶ φάλαγγες ταττόμεναι ἄριστα, κενὰ δὲ δεινὰ στρατηγήματα καὶ βουλεύματα καὶ παντάπασιν D ἄπρακτα.

18. Διαδοθείσης οὖν τῆς τοῦ Βοτανειάτου παρουσίας τοῖς ἐν τῇ πόλει καὶ ὡς ἡ Νικαέων ὑπτίαις χερσὶν αὐτὸν ὑπεδέξατο, εὐθὺς ἐν λόγοις ἅπαντες ἦσαν καὶ σκέμμασιν οἵ τε τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ συχνοὶ τοῦ βήματος, καὶ ἐσκόπουν ὅπως ἀποσκευάσονται τὸν κρατοῦντα, βασιλεύουσι δὲ ἑαυτοῖς τὸν Βοτανειάτην· ἔφθησαν γὰρ πρὸς αὐτὸν οἱ πλεῖστοι λάθρα διαπρεσβεύσασθαι καὶ χρυσοσημάντους γραφὰς ὑποδέξασθαι. ἐβουλεί-

1. *μικροῦ δ' ἂν*] *μικροῦ δεῖν?* 21. *βασιλεύουσι — Βοτανειάτην*]?

in ipsos impetum facturam opinarentur, metu videlicet vehementi constricti sunt et in summam salutis desperationem venerunt: quomodo enim resisterent tam pauci tanto pluribus, aut quo fugerent parata victoribus persequendi et circumveniendi facultate? missi ergo trepide qui explorarent quaererentque ab armatis qui essent et quid vellent. ad ea illi una omnes voce Botaniatem Romanorum imperatorem acclamarunt. quod ille audiens magna cura solutus Nicaeam ingressus est, miro eventu a praesenti periculo se liberatum gratulans. qui enim cum ipso rebellaverant non plures trecentis erant. qui hactenus per medios insidiarum multiplicium laqueos divina utique manu ducente in tutum hoc quo diximus modo pervenerunt, ostendente hic quoque deo, nihil invidiam in eos posse quibus ipse faverit; uti e contrario nisi deus annuerit et adiuverit, vana consilia, stultae machinationes, inutiles exercitus, irritae bellorum artes, spes fallaces et coepta successu cassa.

18. Didita porro per urbem et aulam regiam fama adventus Botaniatae, et amicae a Nicaeensibus exceptionis, multus sermo multa deliberatio Constantinopolitanorum procerum erat. universus fere senatus et ex ecclesiastico gradu plerique quaerebant modum redigendi Michaëlis in ordinem et Botaniatae imperio praeficiendi: cuius videlicet occultis de quibus dictum est legationibus corrupti et in spes sibi amplas diplomatibus eius auro signatis

σαντο οὖν πρὸς τὸν περιώνυμον τοῦ θεοῦ σοφίας ναὸν ἀθροισθῆ- P 81
ναι, καὶ τοὺς περὶ αὐτοὺς καθοπλίσαι καὶ τοὺς δεσμώτας ἐξαγα-
γεῖν τῆς φρουρᾶς, καὶ οὕτως ἐξαποστέλλειν πρὸς τοὺς ἐν τέλει
τοὺς μὴ τοῦ σκέμματος κοινωνήσαντας, καὶ τούτους καλεῖν πρὸς
κοινοπραγίαν. κατάρχοντες δὲ τοῦ σκέμματος ἦσαν ὅ τε Αἰμυ-
λιανός, ἀνὴρ πανοῦργος ὁμοῦ καὶ δραστήριος καὶ δῆμον πρὸς
ἀταξίαν κινῆσαι εἴπερ τις ἄλλος καὶ δυνάμενος καὶ βουλόμενος,
ξὺν τούτῳ δὲ καὶ συχνοὶ τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς. ἔδοξεν οὖν
αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἔργου κοινωνὸν τοῦ σκέμματος λαβεῖν καὶ τὸν
καίσαρα, καὶ πέμπουσι πρὸς αὐτὸν τὸν Βαρὺν Μιχαήλ, ἄνδρα B
φρονήσει καὶ πείρᾳ πολλῶν διαφέροντα. ἦν δὲ ὁ καῖσαρ τηνι-
καῦτα ἐνδιατρίβων πρὸς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν· ἐν τούτῳ γὰρ V 59
ἔτυχε παρεῖναι καὶ αὐτὸν βασιλέα. καὶ δὴ ἐντυχὼν ὁ Βαρὺς αὐτῷ
περὶ δείλην ὀψίαν ἀπήγγειλε τὰ τοῦ δράματος καὶ γραφήν τινα
χρυσοσήμαντον ὑπεδείκνυ τούτῳ πεμφθεῖσαν παρὰ τοῦ Βοτανειά-
του δωρεάς τε πλείστας καὶ τιμὰς ἐπαγγελλομένην τῷ καίσαρι.
ὁ δὲ τούτων ἀκούσας μηδὲ τὸ τυχὸν ἀναμείνας ἀντέφησε πρὸς
τὸν ἄνδρα ὡς οὔτι ἑκὼν πρόοιτο ἂν τὸ τοῦ ἀνεψιοῦ καὶ βασιλέως
συμφέρον. καὶ χρὴ *** τοῦτον ἀπιόντα πρὸς τὸν λογοθέτην
ἐξέπεμπεν, ἀκοῦσαι τούτου κελεύων καὶ ἀκούσαντα πρὸς βασιλέα C
ἀνενεγκεῖν καὶ οἰκονομῆσαι τὰ δέοντα.

19. Ὁ δὲ ἀπιὼν τῶν περὶ αὐτὸν ἕνα καλέσας ἀπέστειλε πρὸς τοὺς συνωμότας, μηνύων αὐτοῖς ὡς ἐπειδήπερ ἁλῴη μὴ

16. τε] V. δέ. 19. καὶ χρὴ] Indicavi lacunam. P. χρὴ delevit.

erecti fuerant. decreverunt igitur in celebre dei sapientiae templum convenire familia quemque ipsorum propria armata, vinctos quoque educere publicis custodiis, et manum ex his paratam mittere circum praecipuos magistratus qui coniurationis conscientiam non habebant, ut per eos non modo ad consensum sed et ad auxilium attraherentur. horum consiliorum auctores et universae factionis duces erant in primis Aemilianus homo solers pariter et strenuus, quo nemo populum in seditionem concitare efficacius posset, ardentius vellet. tum plerique senatores, quibus ante omnia visum est tentari oportere si Caesar in partes trahi posset, mittunt ad eum Michaëlem Varum virum prudentia et usu rerum in paucis clarum. erat tunc Caesar in templo Blachernarum ubi forte imperator versabatur. ibi eum convenit Varus sub vesperam mandataque coniuratorum exposuit, et litteras quasdam auro signatas ostendit ad eum missas a Botaniate dona ei plurima et maximos honores pollicentes. quibus ille auditis nihil cunctatus renuit, aiens nullis se umquam conditionibus eo adducendum ut volens imperatorem fratris sui filium proderet. mox eum qui ad se venerat ad logothetam mittit, rogans ut eum audiret auditaque ad imperatorem referret, et quae in rem tali tempore forent ageret.

19. At is qui ad Caesarem venerat se deprehensum et logothetae deditum videns quemdam e familiaribus adstantem in aurem alloquens ad coniura-

οἷός τε ὢν φέρειν μάστιγας ἢ καὶ τὰς ἐκ βασάνων ποινὰς ἕτοιμός ἐστι φράζειν ἅπερ εἰδοίη. "μελήσει δ' ὑμῖν" φησὶν "ὀξέως βουλεύσασθαι περὶ τοῦ ξυμφέροντος." ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ἀπήγετο πρὸς τὸν λογοθέτην καὶ πάντα ἔφραζεν ὅσα ἠπίστατο. ὁ δὲ πρὸς τὸν κρατοῦντα πάντα ἀνέφερεν. ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα παρὼν
D καὶ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, καὶ γνώμην εἰσενεγκεῖν ἀπαιτούμενος βουλὴν ἀρίστην εἰσήνεγκε, φήσας ὡς χρὴ ταχέως στρατιώτας ἐκπέμπειν καὶ τοῦ σκέμματος ἄρχοντας ξυλλαμβάνειν. ἐφαίνετο μὲν καὶ τῷ καίσαρι καὶ τῷ λογοθέτῃ ἀρίστη πασῶν ἡ βουλὴ αὕτη, τῷ δὲ κρατοῦντι οὐκ ἤρεσκεν· ἤδη γὰρ ὀψίας οὔσης τῆς ὥρας ἐδόκει θόρυβόν τε καὶ ταραχὴν γενέσθαι τῇ πόλει τινά, ἣν ἁλῷέν τινες. τῆς γοῦν προνοίας σφηλάσης τὴν τοῦ κρατοῦντος γνώμην καὶ εἰς τὴν αὔριον τηρησάσης τὰ τῆς τούτων ζωγρήσεως, ἅπαντες ὄρθρου βαθέος ἐν τῷ ναῷ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας συναθροισθέντες τάς τε φρουρὰς τὰς ἐν τῇ πόλει ἀνοίξαντες καὶ τοὺς καταδίκους
P 82 ὁπλίσαντες, πρὸς δὲ καὶ ὅσον εἶχεν ἕκαστος θεραπευτικὸν καὶ οἰκετικόν, ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς τῶν ἐν τέλει μὴ μετασχόντας αὐτῶν τοῦ βουλεύματος, καὶ ἐμπιπρᾶν τὰς οἰκίας ἠπείλουν εἰ μὴ πρὸς αὐτοὺς παραγένοιντο καὶ τοῦ σκέμματος κοινωνήσαιεν. γράμμασι δὲ στελλομένους ἐφοδιάζοντες ἐπέγραφον οὕτως "οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι, ἡ σύνοδος καὶ ἡ σύγκλητος συγκαλοῦσιν ὑμᾶς

13. τὰ τῆς] Addidi τά. 17. μετασχόντας] V. μετασχόντων.

tos misit indicatum, se haudquaquam sibi conscium esse earum virium animi et corporis, quae resistere tormentis et vocem in quaestione continere possent. quare sic haberent se fassurum omnia quae sciret. esse ipsorum prudentiae cito providere, quo pacto ei occurrere incommodo maturius agendo quae serius destinassent queant. his ille dictis adductus ad logothetam quae nota habebat cuncta protulit. logotheta vero mox imperatori omnia referente adfuit forte praesens Comnenus Alexius et quid agendum censeret dicere iussus optime censuit oporter equam primum missis militibus coniuratos comprehendere. idem quoque videbatur Caesari, et logotheta probabat. sed imperatori non placuit timenti, ut aiebat, ne, si per noctem quae iam ingruebat aliqui militari manu caperentur, tumultus in civitate fieret. sic igitur divina providentia errare permittente imperatoris iudicium et non ultra quam in diem crastinum differente eius et ei adhaerentium captivitatem, relicti coniurati securi in eam noctem postridie bene mane in templo S. Sophiae congregati, apertis urbis custodiis et iis qui prius erant vincti damnatique armatis, praeterea quantum quisque habuit servorum et domesticorum armavit, manumque ex his validam circummisit ad potentiores a coniuratione alienos cum minis incendendi domos eorum, ni in coniuratorum partes transirent. litterae porro quas mandata haec eorum obeuntibus dederunt hoc titulo praescriptae erant: sanctissimi patriarchae, synodus et senatus convocant vos

περὶ τὸν περιώνυμον τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας." καὶ οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ ἄκοντες συνέτρεχον.

20. Ἀγγελθέντων δὲ τούτων τῷ βασιλεῖ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος μετεπέμπετο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο τούτου ὅ τι χρὴ B πράττειν ἐπὶ τοῖς ξυμβᾶσιν. ὁ δὲ βουλὴν εἰσῆγε μάλα μὲν ἀρίστην μάλα δὲ λυσιτελεστάτην. ἔφησε γὰρ ὡς τοῦ συναθροισθέντος πλήθους τὸ πλεῖστον ἀπόλεμόν τέ ἐστι καὶ βάναυσον, καὶ οὐκ ἂν ὑποσταῖεν καθωπλισμένους ἄνδρας ἰδόντες καὶ πρὸς μάχην ἑτοίμους· "χρὴ γοῦν πελεκηφόρους καθοπλίσαντας βασιλέων φύλακας κατ᾽ ἐκείνων ἐπιπέμπειν σὺν στρατηγῷ." ὁ δὲ κρατῶν τῶν λεχθέντων ἀκούσας τὴν βουλὴν ἀπεστρέφετο, εἴτε δειλίᾳ συσχεθεὶς εἴτε ἀρετῆς ὑπερβολῇ ἀνωτέρω τῶν ξυμπιπτόντων ἤδη τούτῳ παθῶν γενόμενος, οὐκ ἐπίσταμαι. τέως γοῦν ἐνὸν καταλῦσαι τὴν στάσιν καὶ κατασβέσαι τὸ πῦρ πρὸ τοῦ εἰς μεγίστην C ἀναφθῆναι φλόγα, ὁ δὲ οὐκ ἠθέλησεν.

21. Ἀλλ᾽ ὁ Κομνηνὸς καὶ αὖθις ἠνάγκαζεν αὐτὸν πρὸς τὴν πρᾶξιν καὶ παντοίως ἠρέθιζεν, ἕως ἀκήκοεν ἀποσκώψαντος V 60 κατ᾽ αὐτοῦ εἰς ὠμότητα. τέλος ἔλεξε τάδε πρὸς αὐτὸν ὁ κρατῶν "ἐμοὶ πάλαι σκοπὸς ἦν τὴν βασιλείαν ἀποσκευάσασθαι. ὃ γοῦν ἑκὼν ἐμελέτων ἐπείπερ ἡ πρόνοια καὶ ἄκοντος ἐμοῦ ἐψηφίσατο, ἀσμένως προσίεμαι. σὺ δέ, ἢν βούλοιο, τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν Κωνσταντῖνον βασιλέα κατάστησον ἀντ᾽ ἐμοῦ." ταῦθ᾽ ὁ μὲν εἶπεν,

4. τούτου] V. τούτῳ.

in celebre templum S. Sophiae. ad quam citationem partim volentes, partim inviti passim quo vocabantur concurrebant.

20. His principi nuntiatis Comnenus Alexius raptim arcessitur, et imperator ex eo quaerit quid opus facto tali articulo rerum. consilium huius fuit optimum et utilissimum. dixit enim congregatae apud coniuratos multitudinis pleramque partem imbellem et vilis conditionis esse: quare ipsos nequaquam in loco constituros, si contra se venientes viderent viros bellicosos certo pugnandi consilio. oportere igitur securigeros custodes principum statim in eos immittere sub aliquo duce forti. haec audiens imperator improbavit, an ignavia correptus, an excellentia virtutis superiorem casibus humanis animum gerens nescio. illud constat ipsum, cum potuisset opprimere seditionem et flammam orientem priusquam in incendium maximum invalesceret exstinguere, noluisse.

21. Nec tamen hic cessavit Comnenus urgere principem ad moliendum in suo tanto periculo quod conveniret: finem tandem frustra sollicitandi fecit, cum increpitus graviter ab eo est quasi crudelia suadens. quibus verbis haec ipsa imperator subiecit: "mihi dudum decretum erat imperium deponere. quod ergo sponte cogitabam cum divina providentia invito immittat, libens suscipio. tu vero si volueris, fratrem meum Constantinum imperatorem pro me constitue." haec ille cum dixisset Alexius scripto mandari quod dixerat

D ὁ δὲ γραφῇ πιστώσασθαι τὰ λεχθέντα ἐζήτει. καὶ εὐθὺς τὸ γράμμα ἐσχεδιάζετο σημασίᾳ. καὶ ὁ μὲν κρατῶν αὐτίκα πρὸς τὸν ἐν Βλαχέρναις ἐξώρμα ναὸν τῆς θεομήτορος, ὁ δὲ Κομνηνὸς τὸ γράμμα λαβὼν ἀπῄει πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον καὶ ἕπεσθαί οἱ παρεκάλει πρὸς τὰ βασίλεια τὴν βασιλείαν παραληψόμενον. ὁ δὲ ταύτην ἀπεσκευάζετο νεότητος λογισμοῖς ὑποσκάζων καὶ οἰόμενος ὡς ἐσεῖται τούτῳ καλῶς πάντα εἰ τῶν σκήπτρων ἐγκρατὴς ὁ Βοτανειάτης γένοιτο, καὶ ἠξίου τὸν πρὸ τοῦ πόντου πορθμὸν διαπεράσαντα πρὸς τὸν Βοτανειάτην φοιτῆσαι. ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν οὕτω.

P 83 22. Ὁ δὲ Βοτανειάτης τὴν ἐν τῇ πόλει στάσιν μαθὼν ἀπάρας ἐκ τῆς Νικαέων ἠπείγετο πρὸς τὴν μεγαλόπολιν, καὶ τῇ Πραινέτῳ γενόμενος ἐξέπεμπε τοὺς τὰ βασίλεια παραληψομένους ἀρχηγὸν ἔχοντας ἕνα τῶν πιστοτάτων αὐτῷ οἰκετῶν, ᾧ Βορίλλιος ἦν ὄνομα. μετ᾽ ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν πόλιν ἠπείγετο. φθάσας οὖν ἐν τοῖς τῶν Ῥουφιανῶν παλατίοις ἔμενε τὸν βασιλικὸν ἐκδεχόμενος δρόμωνα καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. ἀφικέσθην δὲ πρὸς αὐτὸν ἄμφω, ὅ τε Πορφυρογέννητος Κωνσταντῖνος καὶ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, ὁ μὲν πρὸ τῆς πείρας ἀγνοήσας τὰ τούτῳ ἑπόμενα, ὁ δὲ καὶ προγνοὺς καὶ προαγγείλας πάντα πρὸ τῆς ἐκ-
B βάσεως. *** μὲν οὖν μήτε δεξιὰν δόντος αὐτοῦ τοῦ βασιλέως μήτε ἀσπασαμένου τοιούτων ἤρχετο λόγων πρὸς τὸν ἤδη κρατοῦντα. "οἶδας, ὦ ἄριστε βασιλεῦ, ὡς ὁ Πορφυρογέννητος οὗ-

19. ἑπόμενα] ἐσόμενα? 20. μὲν οὖν] Fort. οὗτος praefigendum et pro αὐτοῦ scribendum αὐτῷ h. e. Constantino. P. locum ita constituit: *Κωνσταντίνῳ μὲν οὖν — τοιούτων ὁ Κομνηνὸς ἤρχετο λόγων* etc.

petiit. nec abnuit Michaël. statimque rite subscriptum et bulla munitum diploma est Constantinum imperatorem designantis Michaëlis. qui Michaël dato scripto statim ad deiparae templum in Blachernas recessit. Alexius porro cum diplomate accurrit ad Constantinum sequi sese adhortans in palatium imperii possessionem initurum. verum ille recusavit iuvenili consilio deceptus et existimans optimo loco res suas futuras sub imperio Botaniatae. quare studebat inter primos occurrere venienti novo imperatori et antequam fretum traiiceret ad ipsum ire. sic se habebant in civitate res.

22. At Botaniates certior factus de intestinis dissensionibus urbis Nicaea movens Constantinopolim properabat. quo itinere cum Praenetum venisset, misit inde qui palatium praeoccuparent, imposito ipsis duce fidissimo servorum suorum, cui nomen erat Borillius. hos paulo post ipse sequens in Rufianorum palatiis constitit, regiam navim et ceterum apparatum exspectans. huc ad eum venerunt Porphyrogenitus Constantinus et Alexius Comnenus, ille ante experientiam ignorans quae ipsi eventura erant, hic praesciens et praenuntians cuncta prius quam fierent. cum igitur salutanti Constantino neque dexteram novus imperator dedisset neque ipsum amplexu dignatus esset, Comnenus ad Botaniatem sic locutus est. "scis optime imperator hunc

τος, ἐγκρατοῦς ὄντος τοῦ βασιλέως τούτου τοῦ ὁμαίμονος, οὐδέν τι πέπονθεν ὑπ' ἐκείνου χρηστόν, ἀλλ' ὡς ἐν εἱρκτῇ καθειργμένος ζοφώδει διῆγε τὸν ἅπαντα βίον. νῦν οὖν ἐλπίδας ἔχει χρηστάς, ὅτι περ αὐτῷ τὰ τοῦ ζόφου διαλυθήσεται καὶ φῶς ὄψεται καθαρώτατον τῆς σῆς βασιλείας τυχὼν εὐμενοῦς καὶ πατρικῶ αὐτοῦ κηδομένης."

23. Τοῦ δὲ συγκαταθεμένου τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγων αὖ- C
θις ἤρχετο "οἶδας, ὦ βασιλεῦ," "λέγων" ὡς εὔνους τῷ πρὸ σοῦ κρατοῦντι ἕως τέλους διέμεινα, καὶ πάντων πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν ἀποκλινάντων αὐτὸς μέχρι καὶ ἐς δεῦρο τὴν πρὸς ἐκεῖνον πίστιν τετήρηκα, μήτε πρέσβεις πρός σε πεπομφὼς μήτε γράμματα. ὡς γοῦν τὴν πρὸς ἐκεῖνον πίστιν ἄδολον διετήρησα, οὕτω καὶ τὴν πρὸς σὲ τηρήσω ἀκράδαντον." ἐπὶ τούτοις τοῦ βασιλέως αὐτὸν ἐπαινέσαντος ὁ Ἀλέξιος ἀπηλλάττετο. μαθὼν οὖν ὁ Βοτανειάτης ὡς οἱ προπεμφθέντες τῶν βασιλείων γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἀπήει διαπεράσων πρὸς τὰ βασίλεια. γενομένου δ' αὐτοῦ πρὸς D
τὴν κατ' ἀντιπέρας τῆς πόλεως ἠϊόνα, ἔνθα καὶ δάμαλις λιθίνη ἐπὶ κίονος ἵστατο, ὁ δρόμων ὁ βασίλειος ὑπεδέχετο. καὶ εὐθὺς μετ' εὐφημιῶν καὶ κρότων διεπεραιοῦτο πρὸς τὰ βασίλεια.

24. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ παραυτίκα τήν τε κόμην ἐκείρατο καὶ τὸ μοναδικὸν περιεβάλλετο σχῆμα, συνόντος αὐτῷ V 61
καὶ τοῦ θείου καὶ καίσαρος, ὃς τό τε κοῦφον τοῦ κρατήσαντος

1. τοῦ βασιλέως] P. τῆς βασιλείας. 6. αὐτοῦ] V. αὐτῷ. 17. ἠϊόνα] Ita P. pro ἠϊόνιν. Fort. πρὸς τῇ — ἠϊόνι.

Porphyrogenitum imperii fratris sui nullum fructum cepisse. neque enim ab illo ullo beneficio affectus est, sed potius tenebrosa custodia detentus obscuram et miseram vitam omnem egit hactenus: nunc luce a te sibi nova oborta sperat discutiendas suas tenebras exortu principatus tui, teque sibi favente ac paternam de se curam concipiente serenos tranquillosque visurum dies."

23. Annuente ad haec Botaniate, rursus exorsus Alexius. "non te fugit Auguste, inquit, quam constans ego in fide erga eum qui ante te imperavit fuerim, ita ut cunctis ad tibi obsequendum versis unus fere hactenus perstiterim, nullis ad te nec legatis nec literis missis. exemplum habes in alio eius quod exspectare ipse a me potes. ut enim ad extremum illi fidus exstiti, sic meam erga te sinceram inviolatamque habebis fidem." ob haec collaudatus a Botaniate Alexius recessit. interim certior factus Botaniates palatium a suis quos praemiserat occupatum teneri exivit transfretaturus in regiam domum. cum autem venisset ad litus civitati adversum, ubi vacca lapidea in columna stat, navis eum imperatoria, quae dicitur dromo, excepit statimque cum acclamationibus et vario applausu in palatium traiecit.

24. Inter haec imperator Michaël subito comam totondit et monasticum induit habitum, praesente ac suadente patruo Caesare, qui levitatem eius

ἐπιστάμενος καὶ τὸ αὔθαδες τῶν περὶ αὐτόν, ἐπεὶ καὶ δουλοκρατουμένην ἑώρα τούτου τὴν ἐξουσίαν, δείσας περὶ τοῦ ἀνεψιοῦ μή τι πάθῃ καινότερον συνεβούλευε τούτῳ τῷ θεῷ καθιερωθῆναι. ὁ τοίνυν τηνικαῦτα τὸν τῆς πατριαρχίας θρόνον ἰθύνων (ἦν δὲ P 84 Θωμᾶς ὁ μέγας καὶ περιβόητος) τὴν καθαρότητα τοῦ ἀνδρὸς γινώσκων τῷ κλήρῳ αὐτὸν συγκατέλεξε καὶ μετ' ὀλίγον μητροπολίτην Ἐφέσου κεχειροτόνηκεν.

25. Ὁ Βοτανειάτης δὲ τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων γενόμενος ἐγκρατής, καίτοι τοῖς οὐδοῖς προσεγγίσας τοῦ γήραος, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ἔνδον γενόμενος, καὶ δυσὶ γάμοις προσομιλήσας πρότερον, ὅμως αὖθις τὴν βασιλίδα Μαρίαν ἠγάγετο. καὶ γὰρ ἅμα τῷ τὸν Βοτανειάτην ἐγκρατῆ τῆς βασιλείας γενέσθαι εἰς τὸ ἀγχοῦ τῆς Σιδηρᾶς διακείμενον μοναστήριον, ὃ Πετρίον ὀνο- B μάζεται, ἡ βασιλὶς Μαρία ἀπελθοῦσα ἐκεῖσε τὴν οἴκησιν ἐποιήσατο. ἐπεὶ δὲ τῷ θελήματι τοῦ καίσαρος, ὡς ὁ λόγος σαφέστερον ἐν ὑστέρῳ δηλώσει, καταπειθὴς γεγονὼς ὁ Βοτανειάτης ἀγαγέσθαι ταύτην προείλετο, μετακαλεσάμενος αὐτὴν ὁ καῖσαρ εἰς τὰ βασίλεια εἰσάγει, κἄπειτα τῶν πρὸς τὴν μνηστείαν ἑτοιμασθέντων καὶ πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ τεμένους τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς βασιλίδος νυμφίων ἤδη ἱσταμένων, ἐπεὶ ὁ μέλλων τὴν μνηστείαν τελέσαι ἑαυτοῦ γεγονὼς καὶ πτοηθεὶς τὴν καθαίρεσιν διὰ

1. *δουλοκρατουμένην*] Ita P. pro *δολοκρατουμένην*. 5. *Θωμᾶς*] Fabricius Biblioth. gr. VII. p. 674. Harl. corrigit *Κόσμας*.

qui praevaluerat, et audaciam eorum qui cum ipso erant reputans (videbat enim eum gubernari consilio servorum) atque inde iure metuens fratris filio ne quod triste ac nefarium exemplum in eo ederetur, auctor ipsi fuit ut deo se consecraret. qui ergo tunc patriarchatus insidebat throno Thomas ille magnus ac percelebris, puritatem viri compertam habens clero ipsum allegit, et paulo post metropolitam Ephesi ordinavit.

25. Botaniates vero potens imperii factus, etsi in limine senectutis erat, aut potius in eam ingressus iam erat, et bis uxorem prius duxerat, tamen rursus imperatricem Mariam sibi copulavit. etenim ut iam plane imperii compotem Botaniaten vidit Maria Augusta, in monasterium prope Sideram sive Ferream situm, quod Petrium nominatur, secedens ibi commorabatur. postquam persuasione Caesaris, ut postea distinctius trademus, adductus Botaniates decrevit eam uxorem ducere, accersens eam inde Caesar in palatium induxit. deinde rebus ad nuptiarum celebrationem paratis, cum iam ante fores templi imperator Botaniates et Maria Augusta novi sponsi consisterent, postquam qui sacra cerimonia fungi sacerdos debebat, quid ageret reputavit et vereri coepit ne sacerdotio deponeretur si mulierem, cuius vir Michaël nempe Ducas nuper imperator adhuc viveret cum Botaniate iam regnante coniungeret, cuius uxor quam secundis nuptiis ante imperium duxerat, adhuc item superstes in vivis erat considerans haec inquam et plane intelligens quantum mali conscisceret, si pro legitimo matrimonio adulterium

τὸ τόν τε βασιλέα καὶ δοῦκα καὶ σύνευνον αὐτῆς καὶ ἣν εἶχεν ὁ Βοτανειάτης ἐκ δευτέρου συνοικεσίου ὁμευνέτιν ἔτι τῷ βίῳ περιεῖ- C ναι, συναγαγὼν ἑαυτὸν καὶ γνοὺς ὅπη κακοῦ φέρεται μοιχείαν ἅμα καὶ τριγαμίαν εὐλογῶν, ἀνεβάλλετο τέως τὴν ἐκ τοῦ βήματος πρόοδον, τοῦτο θεασάμενος καὶ στοχασάμενος τοῦ ὀχλοῦντος τὸν ἱερέα λογισμοῦ ἐν ἀγωνίᾳ ἦν μὴ τὴν τελουμένην μνηστείαν λύσει ὁ πατριάρχης ἐνωτισθεὶς περὶ τούτου καὶ αὖθις πρὸς τὴν Εὐδοκίαν ἀπονεύσει. φράσαι δὲ τὸ βουλητὸν διὰ τοὺς περιεστῶτας μὴ θέλων πρὸς τὸν ἔκγονον αὐτοῦ Μιχαὴλ τὸν Δούκα ἐνατενίσας διὰ τοῦ βλέμματος τὸ ἀπόρρητον ἐπισημήνασθαι ἤθελεν· ὁ δὲ νεανίας οὗτος τὴν ἀναβολὴν τοῦ ἱερέως ὁρῶν καὶ τὸ εἰς ἑαυτὸν βλέμμα τοῦ καίσαρος γοργῶς συνῆκε τὸ δέον, καὶ εὐθὺς ἕτερον D ἱερέα ἑτοιμάσας τὸν τὴν μνηστείαν τελέσοντα τέως εἶχεν ἀφανῆ, αὐτὸς δὲ τῷ θυσιαστηρίῳ πλησιάσας προσκαλεῖται τὸν παραιτούμενον τὴν μνηστείαν ἱερέα. ὁ δὲ ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη δι᾽ ὃ προσκαλοῖτο· καὶ ὃς τῶν ἀμφίων αὐτοῦ ἁψάμενος μεθίστησι τοῦτον ἐκεῖθεν ἠρέμα, ἀντεισάγει δὲ τὸν ἕτερον, ὃς καὶ τὴν ἱερολογίαν ἐτέλεσεν. ἐντεῦθέν ὁ καῖσαρ τὴν πρὸς βασιλίδα παρρησίαν ἔσχηκεν.

26. Ἐπὶ τούτοις ὁ λογοθέτης τῶν παρακειμένων καὶ τοῦ βασιλέως ἀπογνοὺς ἐξώρμησε φεύγειν πρὸς τὸν Βρυέννιον, καὶ τῇ P 85 Σηλυμβρίᾳ γενόμενος καὶ τῷ Οὐρσελίῳ προσομιλήσας μετὰ τῶν τάξεων ἐκεῖσε πρὸς αὐτοῦ τε καὶ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ πεμφθέντι

5. θεασάμενος] Fort. excidit nomen Botaniatae.

et trigamiam sacra benedictione comprobaret, prodire cunctabatur e sacris septis. quod Caesar videns et suspicans cunctationis causam et scrupuli quo sacerdos conflictabatur, in angustia erat male metuens ne hactenus promotam affinitatem patriarcha dissolveret, his in eius aures perlatis, et potius ad Eudociam inclinaret. eloqui vero quod cogitaret propter circumstantes nolens nepoti suo Michaëli Ducae coniectu oculorum innuit et significavit quid vellet. iuvenis autem cunctationem sacerdotis exspectati videns et ut solers erat, facile penetrans velle avum ut alium sacerdotem accerseret qui optatam cerimoniam obiret, illum statim paravit et occultum habuit. tunc ipse ad altare propius accedens vocat recusantem ministerium bene precandi nuptiis sacerdotem. illo autem interrogante cuius rei causa vocaretur, Michaël correpta eius veste sensim ac placide septis eum educit inque locum eius illum alium clam paratum introduxit, qui et mox sine ullo scrupulo nuptialis ritus cerimoniam peregit. hinc Caesar aditum ad Augustae gratiam invenit.

26. Super haec logotheta consumpta omni et damnata spe quam aut in consuetis, quibus ante vallabatur praesidiis, aut in imperatore habuerat, fugere decrevit ad Bryennium, et cum Selymbriam venisset ac cum Urselio locutus esset illuc cum aliquot cohortibus a se et ab imperatore Michaële

ἐβούλετο ξὺν αὐτῷ ἀπαίρειν πρὸς τὸν Βρυέννιον. ὁ δὲ συλλαβὼν τοῦτον δεσμώτην πρὸς τὸν Βοτανειάτην ἀπήγαγε, καὶ τῇ Ὀξείᾳ καλουμένῃ νήσῳ περιορισθεὶς μετὰ μικρὸν ἀπανθρώπως τε καὶ ἀνηλεῶς ἐτασθεὶς ἀπεβίω. τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν τοῦ Δούκα Μιχαήλ.

misso, volebat cum ipso proficisci ad Bryennium, sed Urselius comprehensum illum et vinctum ad Botaniaten adduxit, a quo exulatum in Oxeam sic dictam insulam missus paulo post inhumane ac crudeliter tortus obiit. hunc finem habuit imperium Michaëlis Ducae.

ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

P 87
V 62 1. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Βοτανειάτης Νικηφόρος ἐπειλημμένος τῶν
τῆς βασιλείας σκήπτρων ἔσπευδεν ὡς οἷόν τε τὴν τῶν πολιτῶν εὔ-
νοιαν ἐπισπάσασθαι, μάλιστα καὶ τὰ κατὰ τὸν Βρυέννιον πυνθα-
νόμενος καὶ τὰς περὶ αὐτὸν ἀθροισθείσας δυνάμεις· ᾔδει γὰρ
αὐτὸν πρὸς τῷ στρατηγικώτατον εἶναι καὶ ἐλευθεριώτατον ὄντα
ὁμοῦ καὶ δραστηριώτατον. διὰ τοῦτο τὴν τῶν πολιτῶν δῆθεν
θηρώμενος εὔνοιαν ἐπεσπάσατο ταύτην καὶ μάλιστα ἐλευθεριώτα-
B τος ἄλλος ἀναδειχθῆναι φιλονεικήσας, πλὴν οὐ ξὺν λόγῳ τῷ
δέοντι. ταύτῃ τοι καὶ μεγάλης συγχύσεως τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων

10. πρὸς τῷ] V. πρὸς τό.

LIBER IV.

1. Sic occupato imperio Nicephorus Botaniates, quo se ad id secure fruendum egere intelligebat amore ac favore populi, eius sibi conciliandi quam efficacissimas potuit reperire rationes iniit. in quo ille maxime sibi cavebat a comparatione illustris aemuli et virium non paucarum videlicet Bryennii. de illo enim percrebuisse sciebat non minus eum arte bellica praestantem et manu consilioque praeclarum, quam liberalissimum eumdem ac beneficentissimum esse. propterea ne hoc tenero initio rerum in illum copiarum numero potentem studia vulgi spe ac commendatione liberalitatis propenderent, civium ipse quoque sibi gratiam largitionibus quam effusissimis emereri constituit, efficereque amplissime donando ne quisquam largior ac munificentior haberetur. in quo illum popularis aurae studium longius extulit quam rei publicae rationes ferrent, quas haec prodigentia graviter conturbavit, ut non dicam penitus afflixit. cum enim duo copiarum quasi fontes essent rei publicae Romanae, unde habebant eius principes quo redderent praemia meritis et aliorum in se benevolentiam allicerent, utrumque inconsulta ista

γέγονεν αἴτιος. δυοῖν γὰρ ὄντοιν πόροιν ἐξ ὧν ἡ βασιλεία Ῥωμαίων τὰ μέγιστα ἐσεμνύνετο ὀχετηγοῦσα τὰ γέρα τοῖς ἀριστεύουσι καὶ τοῖς ἄλλως εὔνοιαν συνεισφέρουσιν, ἄμφω τούτους ἀναστομώσας τοῖς πᾶσι προῖκα ἐκεῖθεν ἀρδεύεσθαι δαψιλῶς ἐχορήγησε. τῶν τε γὰρ ἀξιωμάτων τὰ μέγιστα οὐκ ἀριστεῦσι καὶ στρατιώταις καὶ τοῖς ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς καταγομένοις πεφιλοτίμητο οὐδὲ V 63 C τοῖς εὔνοιάν τινα συνεισφέρουσιν, ἀλλὰ παντὶ τῷ αἰτοῦντι· ταὐτὸ δὲ καὶ τοῖς λεγομένοις παρὰ Ῥωμαίοις ὀφφικίοις ἐπετελεῖτο, ὥστε ξυμβῆναι πολλαπλασίους τὰς ἐξόδους τῆς εἰσόδου γενέσθαι. κἀκ τῆς τοιαύτης αἰτίας μετὰ βραχύν τινα χρόνον τῶν χρημάτων ἐκλελοιπότων τό τε νόμισμα κεκιβδήλευτο λοιπὸν καὶ αὐτοῖς ἀξιώμασι καὶ τοῖς ὀφφικίοις ἐκ βασιλέως ἀνήκουσαι δωρεαὶ διὰ τῶν χρημάτων σπάνιν ὑπεκρούοντο. τῆς γὰρ τῶν χρημάτων ἐπεισροῆς τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας χορηγουμένων τοῖς ταμείοις ἀποφυγούσης ἐκ τοῦ D τῆς Ἀσίας ἁπάσης κατακυριεῦσαι τοὺς Τούρκους, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης παντάπασι στενωθέντων, τῶν τε προϋπαρχόντων κακῶς καταναλισκομένων ξυνέβαινε σπάνιν ὅτι πλείστην εἶναι χρημάτων τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις. ἀλλ᾽ οὕτω μὲν ἐκεῖνος ἐλευθέριος θέλων ἀποδειχθῆναι παρεχρήσατο τῇ ἐλευθερίᾳ, εὔνουν ἑαυτῷ τὸ πόλισμα καταστῆσαι βουλόμενος, ὡς προείρηται.

2. Ὁ δὲ Βρυέννιος ἐν Ὀδρυσοῖς διάγων καὶ τὰ κατὰ τὸν P 83 βασιλέα Μιχαὴλ πυθόμενος καὶ τὴν κατ᾽ ἐκείνου στάσιν τῆς πό-

11. καὶ αὐτοῖς] καὶ αἱ τοῖς? 12. διὰ τῶν] διὰ τήν? an διὰ τὴν τῶν?

exhausit atque obstruxit ambitio, dum ex iis cuicumque sine discrimine sine merito gratis ac quantum vellet hauriendi Botaniates malo exemplo publicam copiam fecit. dignitates enim maximae quaeque non bellico aut alias heroico facinore claris, non iis qui saltem stipendia fecissent aut in senatorium relati ordinem essent, ne iis quidem qui studium aliquod aut benevolentiam ostendissent, sed passim cuicumque petenti condonabantur: similiter et quae a Romanis officia dicuntur; unde fiebat ut quod una tantum via illabebatur plurimis statim efflueret. quae causa fuit cur brevissimo tempore aerario penitus exhausto eo ad extremum ventum sit, ut monetae publicae qualitas admixtione sequioris metalli adulteranda esset, nec tamen vel sic imperanti suppeteret unde consueta legitimaque dignitatibus et officiis ex more dari solita stipendia solverentur. nam cum vectigalium ex Asia segnius iam venae fluerent, late dominantibus et pleraque illic intercipientibus Turcis Europaea vero quasi funditus exaruissent, quod ea priores principes dilapidassent, redactum erat aerarium publicum in ultimam egestatem. et sic tamen in res iam perditas incumbebat ultima clades prodigae novi principis ambitionis liberalitate perquam intempestive abutentis ad benevolentiam, ut dictum est, civium sibi quomodocumque demerendam.

3. Interim Bryennius apud Odrysos degens, auditis quae Michaëli contigerant, defectione nimirum ab eo civitatis, Macedonum et Thracum

λεως, τὸ Μακεδονικὸν καὶ Θρᾳκικὸν στράτευμα συλλεξάμενος ὅλον, ἐπαγόμενος καὶ συμμάχους, ἐξώρμα πρὸς τὸ Βυζάντιον. ἀλλὰ μαθὼν ὁ Βοτανειάτης καὶ δείσας μὴ μετὰ τοσαύτης δυνάμεως πλησιάσας τῇ πόλει ἐκπεσεῖν αὐτὸν παρασκευάσει τῆς βασιλείας πρὸ τοῦ ταύτην σχεδὸν ἐνιδρυνθῆναι, τέως μὲν πρέσβεις ἐδόκει πέμπειν πρὸς ἐκεῖνον τοὺς περὶ διαλλαγῶν καὶ ξυμβάσεων ὁμιλή-
B σοντας, εἶτα τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον υἱοθετηθέντα τῇ βασιλίδι Μαρίᾳ δομέστικον τῶν σχολῶν ἀποδείξας τῆς δύσεως ηὐτρέπιζε πέμπειν πρὸς ἀντιπαράταξιν. στρατεύματος δ' ἀπορῶν οἰκείου διεπέμπετο πρὸς τοὺς τῶν Τούρκων ἐξάρχοντας ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας διατρίβοντας· ἤστην δὲ τούτῳ Μασοὺρ καὶ Σολυμὰν οἱ τοῦ Κουτλουμοῦς παῖδες. καὶ αὐτίκα ἐκεῖνοι συμμάχους ἐξέπεμπον οὐκ ἐλάττονας δισχιλίων καὶ κατὰ πόδας ἑτέρους ηὐτρέπιζον. μήπω δὲ τῶν συμμάχων φθασάντων ἐδόκει τοὺς πρέσβεις ἀπιέναι, καὶ ἐπέμποντο ὅ τε Χοιροσφάκτης Κωνσταντῖνος εἰς προέδρους τότε τελῶν, ἀνὴρ νουνεχής τε καὶ λόγιος καὶ πᾶσι κομῶν τοῖς καλοῖς ὁπόσα πολιτικὸν ἄνδρα κοσμοῦσι, καὶ ὁ Στραβορω-
C μανός, ὃς ἐκ Πενταπόλεως ὥρμητο τῆς Φρυγίας, ἀνὴρ δεινὸς καὶ δραστήριος, τὸ γένος ἀνέλκων εἰς τούτους καὶ συγγενὴς ὢν τῷ βασιλεῖ Νικηφόρῳ. ἀπελθόντες οὖν ἐντυγχάνουσι τῷ Βρυεννίῳ περὶ τὴν Θεοδωρούπολιν τὴν φάλαγγα τάξαντι καὶ βάδην πορευομένῳ. ἔτι δὲ πόρρω ὄντες καὶ τὰς τάξεις θεώμενοι καὶ τὴν φάλαγγα κοσμίως συντεταγμένην ἐθαύμαζόν τε τὸ πλῆθος ὁμοῦ

6. ὁμιλήσοντας] V. ὁμιλήσαντας.

omni congregato exercitu, adiunctis auxiliis sociorum infestum exercitum adversus urbem Constantinopolim movebat. quod audiens Botaniates et non sine causa veritus, ne, si cum tanto exercitu vir talis se civitati admovisset, nascentem suam et male adhuc nixam potentiam everteret: primum quidem ut eum tantisper moraretur, legatos mittere constituit qui conditiones pacis offerrent, deinde Comnenum Alexium Augustae Mariae adoptatum et domesticum scholarum Occidentis declaratum instruere copiis et exercitu decrevit, quo is bellum in eum administraret. verum ad hoc cum deessent Romani milites, mittit ad Turcorum principes apud Nicaeam Bithyniae degentes. erant hi autem Masurus et Solyman, Cutlumusi filii: qui statim auxiliares copias miserunt duum millium Turcorum et plures continuo parabant. nondum porro appulsis exspectatis auxiliis, visum est legatos proficisci oportere. Missi sunt Choerosphactes Constantinus, e prohedrorum sive praesidentium ordine, vir prudens et multarum artium cunctisque iis dotibus insignis quae virum politicum absolvunt, et cum eo Straboromanus oriundus e Pentapoli Phrygiae, homo acer et industrius, consanguineus ipsius Nicephori Augusti. hi profecti Bryennio occurrunt circa Theodoropolim aciem instructam ducenti lento et militari passu. quae cum ex propinquo cernerent, numerum et ordinem disciplinamque mirabantur ducemque taciti laudabant.

καὶ τὴν τάξιν καὶ τὸν ἄγοντα ἐμεγάλυνον. ἐπεὶ δ' ἐγένοντο πλησίον, οἱ ἐπὶ τῶν ἑταιρειῶν τεταγμένοι καὶ τὰ τούτων πρὸς τὸν βασιλειῶντα ἀνέφερον. ὁ δὲ κελεύσας τὰς τάξεις στῆναι καὶ τοὺς λογάδας παραλαβών, τόν τε Μακεδόνων ἄρχοντα καὶ Θρᾳκῶν στρατηγούς τε καὶ ἰλάρχας καὶ ἄρχοντας, μικρόν τι τῆς φάλαγ- D
γος ὑπεξῄει, καὶ πάντων ἀποβάντων τῶν ἵππων καὶ στοιχηδὸν παρ' ἀλλήλων στάντων μόνος ἔφιππος ἦν, ἵππου λευκοῦ τὴν χρείαν αὐτοῦ πληροῦντος. ἵστατο δὲ οὐκ ἐν τοῖς ὅπλοις ἀλλ' ἐν κόσμῳ βασιλικῷ, ὃν ἐδόκει μᾶλλον ἐκεῖνος κοσμεῖν ἀνὴρ ὢν ἀγαθός τε τὸ εἶδος καὶ ὁμιλῆσαι δεινότατος. ἐγγισάντων δὲ τῶν πρέσβεων καὶ τὴν συνήθη πρέσβεσι ποιησαμένων προσηγορίαν, V 64
καὶ αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος ἀντιπροσαγορεύσαντος καὶ αὐτοῖς ἠπίως προσφερομένου, ἐπειρᾶτο ἀναδιδάσκειν αὐτοὺς δι' ἣν αἰτίαν τὴν παρ' αὐτὸν ἐποιήσαντο ἄφιξιν. χάριν εἰρήνης τε καὶ σπονδῶν φαμένων καὶ κοινοπραγίας πεμφθῆναι παρὰ τοῦ κρατοῦντος, αὖθις ἐπήρετο ἐπὶ τίσι τὰς ξυμβάσεις αἰτοῦσιν, οἱ δὲ πάντα διεξῄεσαν τὰ παρὰ βασιλέως, τοῦ Στραβορωμανοῦ τῶν λόγων κα- P 89
τάρχοντος. οὗτος γὰρ καὶ τὸ τῆς πρεσβείας εἶχε κῦρος ἅτε οἰκεῖος ὢν βασιλεῖ. ὁ δὲ ἕτερος χάριν τοῦ πείθειν ἀπέσταλτο διὰ τὴν πρὸς τὸν βασιλειῶντα ἐκ τοῦ κήδους οἰκειότητα.

3. Τὰ δὲ τῆς πρεσβείας ἦσαν τοιάδε. "ἐγὼ" φησὶν ὁ κρατῶν "πάλαι τὸν σὸν πατέρα γινώσκων, ἄνδρα δεινὸν μὲν στρατηγῆσαι καὶ πολλὰ κατὰ Σκυθῶν ἀναστήσαντα τρόπαια, καὶ

13. **ἐπειρᾶτο] Bekker ἐπηρώτα.**

mox cum prope accessissent praecurrentium cohortium ductores, adesse a Constantinopoli legatos missis nuntiis Bryennio indicarunt, qui iussa consistere acie, primoribus exercitus, duce nempe Macedonum et Thracum tribunis ac praefectis alarum, secum assumptis paululum e phalange processit, ubi cunctis circa ex equo delapsis et serie hinc inde continua stantibus, solus ipse in equo candido eminens, cataphractus imperatorio ornatu, cui ornamentum ex sese addere specie praeclara videbatur, forma heroica excellens et egregiam in congressu humanitatem spirans, legatos excepit venerationem ipsi congruam et primas ut decebat salutationes exhibentes. quos humanissima vicissim allocutione dignatus percontabatur, quid venirent, quamque rem vellent, iisque respondentibus se ad tractandam pacem ab imperatore missos: rursus quaerebat quas conditiones conventionis ferrent. tunc illi cuncta retulerunt quae imperator iusserat, Straboromano verba faciente, hic enim utpote consanguineus imperatori legationis caput erat. alter vero quod Bryennio erat affinis, eius pelliciendi causa fuerat adiunctus.

3. His autem fere verbis nomine imperatoris Botaniatae expressa legationis sententia ad Bryennium est. "ego patrem tuum olim novi, praeclarum belli ducem quique multa devictis Scythis tropaea statuit. cui etiam memini

μέντοι καὶ ξυστρατεύσας αὐτῷ καὶ ταῖς ἑταιρείαις πρότερον σύντροφον σχών, οὐχ ἧττον καὶ σὲ ἐπίσταμαι ἄξιον ὄντα παῖδα
B τοιούτου πατρός. διὰ ταῦτα ἐπεί με θεὸς εἰς τὸ βασίλειον ὕψος ἀνήγαγε, βούλομαί σοι γενέσθαι ἀντὶ πατρὸς φιλοστόργου. γένοιο οὖν σὺ κἀμοὶ υἱὸς εὐγνώμων ἀνθ᾽ υἱοῦ ἀγνώμονος, ὑπερείδων τὴν ἐκ τοῦ γήρως ἀσθένειαν. καὶ νῦν μὲν τὴν μετὰ βασιλείαν δευτέραν τιμὴν λάμβανε, φημὶ δὴ τὴν τοῦ καίσαρος, μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ διάδοχος ἡμῖν χρηματίσεις τῆς βασιλείας Ῥωμαίων." ταῦτα διεξελθόντων τῶν πρέσβεων, μηδὲν μελλήσας ἐκεῖνος (καὶ γὰρ ἦν εἴπερ τις ἄλλος ἀγχίνους) εὐθὺς ἀπεκρίνατο τὰς συμβάσεις ἐθέλειν καὶ τὴν εἰρήνην ἀσπάζεσθαι καὶ τὸν πόλεμον κατα-
C λῦσαι ἐμφύλιον καὶ τὴν παρὰ βασιλέως τιμὴν δέχεσθαι. βούλεσθαι δὲ μὴ αὐτὸν μόνον τυχεῖν τῶν τῆς εἰρήνης καλῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ξυμμετασχόντας αὐτῷ τοῦ ἔργου, στρατηγούς τε καὶ στρατιώτας καὶ ἄρχοντας, ὧν τὸ ξυμφέρον προδοῦναι ἴσον αὐτῷ τοῦ ἀσεβῆσαι νενόμισται· φιλαυτίας γὰρ εἴη ἐσχάτης, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀπανθρωπίας, ζητοῦντα τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον τὸ τῶν ἄλλων προδοῦναι. οὐκ ἄλλως οὖν τὴν υἱοθεσίαν λαμβάνειν καὶ τὴν τιμήν, εἰ μὴ πρότερον τὰ ἐκείνων ἐξασφαλίσαιτο. βούλεται οὖν πρότερον τῷ βασιλεῖ βεβαιῶσαι τὰ παρ᾽ αὐτοῦ σφίσιν ἐκείνοις

9. μελλήσας] Ita P. pro μελήσας. 14. καὶ] Hoc addidi. 16. εἴη] εἶναι? 20. τῷ βασιλεῖ] τὸν βασιλέα?

et meminisse iuvat me socium in expeditionibus ac contubernalem sodalemque fuisse; nec minus persuasum habeo te dignum talis patris minimeque degenerem esse filium; quae cum ita sint, quoniam me deus ad imperii culmen evexit, caritate indulgentissimi patris te volens amplector; quare vicissim aequum fuerit concipere te quoque in me affectum ac sensum pii filii potius quam ingrati superbe contemnentis infirmitatem senectutis meae. et nunc secundum a me honoris locum sub imperiali fastigio accipe, dictus a me interim Caesar, dum paulo post nobis in imperio succedens in solidum accipias haereditatem regni, cuius nunc pignoris loco parte non modica dignaris." talia cum legati protulissent, nihil ille cunctatus, erat enim si quis alius in propositis rebus statim ac penitus percipiendis velox, subito respondit: accipere se quae offerebantur ac modum compositionis probare, nec moram penes se fore quin mox finito civili bello delatum ab imperatore honorem admitteret. velle autem non se solum frui bonis pacis: sed et participari ea cupere ab iis qui secum in negotii periculo fuissent. ducibus nimirum militibusque et eorum praefectis, quorum utilitates prodidisse crimen nihilo levius impietate sibi foret. improbi enim privatorum commodorum studii fuerit, sic propriis rationibus consulere, ut aliorum spes ac commoditates negligantur. ita igitur sese oblatam adoptionem accipere, si prius de statu et praemiis commilitonum ac sociorum suorum certum aliquid fixumque statuatur. igitur aequum censere ante omnia imperatorem promissis et pignoribus ido-

ἐπαγγελθέντα, καὶ οὕτω τῆς πόλεως ἐξελθεῖν σὺν τῷ πατριάρχῃ
καὶ περὶ τὸν ναὸν γενέσθαι τοῦ ταξιάρχου τῶν ἄνω δυνάμεων D
Μιχαήλ, ὃς ἵδρυται ἐν τῷ περὶ τὴν Θρᾴκην χωρίῳ Δαμοκρανίας;
κἀκεῖσε τὰ τῆς υἱοθεσίας ἐπὶ τοῖς καίσαρσι γίνεσθαι καὶ τῷ στεφάνῳ ταινιωθῆναι συνήθως. τῶν δὲ πρέσβεων ἐρομένων διὰ τί οὐ βούλεται τὰ τῆς τελετῆς αὐτοῦ γενέσθαι γενομένῳ κατὰ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν οὐδένα πλὴν τὸν θεόν, ἀπιστεῖν δὲ τῶν περὶ τὸν βασιλέα τοῖς πλείστοις.

4. Ἐπὶ τούτοις οἱ πρέσβεις ἀπαλλαγέντες ἀπῄεσαν. ξυνέβη P 90
δὲ μικροῦ δεῖν αὐτοῖς κινδυνεῦσαι τοῖς σκοποῖς ἐντυχοῦσιν· ὅμως μέντοι ἐσώθησαν συνέσει τοῦ τῶν σκοπῶν κατάρχοντος. τούτων οὖν ἀπελθόντων καὶ τῷ βασιλεῖ ἀπαγγειλάντων τὰ τῶν ξυμβάσεων, ἐδόκει μὴ τρίβεσθαι τὸν καιρόν, ἀλλ' ἐκπέμπειν μετὰ τῶν στρατευμάτων τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν· ἀπεγνώσθη γὰρ τὰς V 65
ξυμβάσεις ὡς τοῦ Βρυεννίου δοκοῦντος ἀπαιτεῖν. ἐξῄει οὖν ὁ Κομνηνός, σχὼν μεθ' ἑαυτοῦ τούς τε ξυμμάχους Τούρκους καὶ τοὺς Χωματηνοὺς λεγομένους, οἳ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐληλύθεισαν τοῦ Βοτανειάτου, καὶ Φράγγων τῶν ἐξ Ἰταλίας ἐλθόντων ἀπό- B
μοιράν τινα καὶ τῆς τῶν ἀθανάτων καλουμένων φάλαγγος ἐπαγόμενος. τίνες δὲ οἱ ἀθάνατοι οὗτοι εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ, ἢ τἀληθὲς εἰπεῖν ὁ ἐκτομίας Νικηφόρος ὁ λογοθέτης,

5. *ταινιωθῆναι*] Ita P. pro *τενιωθῆναι*. *ibid.* *διὰ τί*] Ita P. pro *εἴ τινα*. fort. *ἵνα τί*. 10. *αὐτοῖς*] Ita Bekker pro *αὐτούς*. 15. *ἀπαιτεῖν*]? *ἀπ. ἀδύνατα?*

neis cavere incolumitati ornamentisque horum. tum si videbitur prodire ipsum foras e civitate una cum patriarcha ad templum ductoris caelestium legionum S. Michaëlis situm in oppido Thraciae, cui nomen Damocranea, ibique se legitima adoptione titulum Caesaris accipere consuetoque eius honoris insigni redimiri. ad ea legatis quaerentibus, quid ita recusaret cerimoniam adoptionis suae fieri Constantinopoli, respondit Bryennius, nullum quidem se timere praeter deum: diffidere autem plerisque eorum qui circa imperatorem erant.

4. In haec dimissi legati abierunt: ac, quod obiter meminisse tanti est, parum abfuit quin male mulctarentur incidentes in exploratores. servati tamen sunt incolumes prudentia eius qui exploratoribus praeerat. cum ergo rediissent et imperatori conditiones a Bryennio propositas retulissent, visum est non terendum ultra tempus, sed domesticum scholarum cum exercitu mittendum. auditis enim Bryennii postulatis de compositione desperatum est. profectus est igitur Comnenus habens secum praeter auxiliares Turcos, etiam eos qui Chomateni dicuntur qui cum imperatore Botaniate venerant, et Francorum ex Italia profectorum partem quamdam, quibus adiecta est phalanx eorum qui vocantur immortales. quinam autem hi sint breviter explicandum est. imperator Michaël, aut ut verius dicam Nicephorus logo-

ἰδὼν τὸ τῆς ἑῴας στράτευμα ἅπαν ἤδη ἐκλελοιπὸς ὡς ὑποχείριον τῶν Τούρκων γενόμενον, ἐφρόντιζεν ὡς οἷόν τε στράτευμα καταστῆσαι νεόλεκτον, καὶ δή τινας τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας διασπαρέντων καὶ ἐπὶ μισθῷ δουλευόντων συλλέγων θώρακάς τε ἐνέδυε καὶ θυρεοὺς ἐδίδου καὶ κράνη φέρειν καὶ δόρατα. ἐπιστήσας δὲ αὐτοῖς ἕνα τῶν στρατηγῶν εὐφυῶς ὁμοῦ καὶ ἐπιδεξίως πρὸς τὴν ἐκείνων C ἄσκησιν ἔχοντα (ἦν δὲ οὗτος ὁ Καππάδοξ Κωνσταντῖνος, ἀνὴρ πρὸς γένος ἐγγίζων τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ καὶ συνήθης τούτῳ καὶ σύντροφος) ἐγύμναζε δι' αὐτοῦ καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐξεπαίδευεν. ὁπηνίκα δὲ καὶ διιππεύειν ἀσφαλῶς ἤδη δύναιντο καὶ τὰ ὅπλα φέρειν ἱκανῶς καὶ εὐφυῶς ἐδόκει γεγυμνάσθαι κατὰ τὸ ἔξωθεν, ἐδόκει γυμνάζειν τούτων καὶ τὰς ψυχάς. ὁπλίζεσθαι γοῦν αὐτοὺς παρασκευάζων περιῄρει μὲν τῶν δοράτων τὰ ξίφη, κατὰ ἴλας δὲ αὐτοὺς διαιρῶν κατὰ πρόσωπον ἵστα ἀλλήλους, εἶτα ἐκέλευε σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ τοὺς ἵππους ἐλαύνοντας χωρεῖν κατ' ἀλλήλων D καὶ παίειν ὡς οἷόν τε τοῖς δόρασιν, καὶ οὕτω τοὺς τολμηρότερον πρὸς τὸ ἔργον χωροῦντας τοῖς πρώτοις κατέλεγε. τοὺς γοῦν πολλάκις ἐν τῇ κατ' ἀλλήλων συμπλοκῇ ἀρίστους ἀναφανέντας ἀθανάτους ὠνόμασε, καὶ οὕτως ξυνέβη πάντας τοὺς τὴν συλλεγεῖσαν ἀναπληροῦντας φάλαγγα ἀθανάτους ὀνομασθῆναι.

5. Τούτους ὁ Κομνηνὸς παραλαβὼν Ἀλέξιος ξὺν τοῖς ἄλλοις ἀπελθὼν ἐστρατοπέδευσε παρὰ ποταμὸν οὐκ οἶδ' ὅπως

10. δὲ] Hoc addidi. 16. τοὺς — χωροῦντας] Ita P. pro τοῖς — χωροῦσι.

theta spado, videns Orientalis limitis exercitum paene omnem defecisse subiugatum a Turcis, curavit alias copias ex novis delectibus sufficere. quare quosdam ex sparsis per Asiam mercede servientibus colligens loricis ipsos induit scutaque galeas et hastas iis ferendas dedit, praefectoque ipsis ad eos exercendos formandosque in arte bellica duce quodam natura et industria ad id prae ceteris apto (fuit is Constantinus Cappadox genere, propinquus imperatori Michaëli et simul cum eo nutritus) erudivit ad rem militarem eatenus ut satis belle equitarent et perite armis uterentur. hactenus visus satis exercitasse et armasse ad bellum corpora, eo quoque animum applicuit ut animos in id ipsum instrueret intrepidos, eos pugnaces reddendo. hoc sic assequebatur: educebat in campum istos suos iuvenes armatos, nisi quod cuspides ferreas hastis dempserant, divisosque in turmas et oppositos invicem altrinsecus incurrere in se mutuo equis quam concitatissimis iubebat tundereque invicem clipeos hastis: quo qui audentius defungi viderentur, eos primis accensebat. hos porro qui saepius ista meditatione vires animumque probaverant, immortales appellavit: quod nomen inde adhaesit legioni ex his scriptae.

5. His aliisque Comnenus Alexius assumptis, egressus castra posuit ad fluvium nescio quomodo antiquitus appellatum (nam pleraque talium no-

ἀρχῆθεν καλούμενον διὰ τὸ ἀμειφθῆναι τῶν ὀνομάτων τὰ πλεῖστα, τέως δ' οὖν ἐκ τῶν Θρᾳκικῶν ὀρῶν καταρρέοντα καὶ Ἁλμυρὸν κατὰ ἐγχωρίων καλούμενον. ἐν ᾧ καὶ φρούριον ἐπὶ λόφου ἵδρυται· Καλοβρύῃ τούτῳ τὸ ὄνομα. ἐκεῖσε τοίνυν στρατοπεδεύσας οὔτε τάφρον ὤρυξεν οὔτε ἐπήξατο χάρακα· ἐβούλετο γὰρ αὐτοῦ μὴ πολεμίων ἐφοδῶν ἔφοδον καὶ τὴν νίκην βλέπειν εἰ οἷόν τε. P 91 καὶ γὰρ ἔμελλε μετ' ὀλίγων μάχεσθαι πρὸς πολλοὺς στρατηγούς τε ἅμα γενναίους καὶ πολυπειροτάτους, ὧν καθάπερ ἀστέρων ἥλιος ἐξῆρχεν ὁ βασιλειῶν. διὰ τοῦτο ἐβούλετο τῷ πλήθει καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐλαττούμενος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν μὴ τόλμῃ μόνον ἀλλὰ καὶ μελέτῃ καὶ ἀγχινοίᾳ καταστρατηγῆσαι τῶν πολεμίων. σκοποὺς δὲ πέμπων ἐμάνθανε στρατοπεδεύειν τοὺς περὶ τὸν Βρυέννιον ἐν τοῖς κατὰ τοῦ Κηδόκτου πεδίοις.

6. Ὁ μὲν οὖν Βρυέννιος κατὰ τὸν ἐκεῖσε ναὸν τῆς τοῦ θεοῦ λόγου μητρὸς ἑσπέρας γενόμενος καὶ τὰ εἰκότα τελέσας, B ἐπεὶ μεμαθήκει τοὺς ἀντιπάλους περὶ Καλοβρύην στρατοπεδεύειν (καὶ γὰρ τῶν μετὰ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου Τούρκων τινὲς νύκτωρ ἀπιόντες ἐπὶ τὸ τοῦ Βρυεννίου στράτευμα κατασκέψασθαι τοῖς σκοποῖς ἐμπεσόντες ἑάλωσαν καὶ ἀχθέντες πάντα ἀπήγγειλαν), ἕωθεν ἀναστὰς ἐκέλευεν ἅπαν ὁπλοφορεῖν τὸ στράτευμα καὶ κατ'

3. κατὰ] παρά? 6. πολεμίων — βλέπειν] Probabiliter P. πολεμίων μένειν ἔφοδον, ἀλλὰ τὴν νίκην κλέπτειν. 13. Κηδόκτου] Ita P. pro Κυδόκτου.

mina mutari contigit) nunc quidem ab accolis Halmyrus dicitur ex Thraciae montibus fluens, cui adsitum castellum in colle munitum visitur Calobrya vocatum. hic posita castra neque fossa neque vallo circumdedit. non enim confidebat usitatis belli artibus; nec statuerat exspectare ibi adventum impetumve hostium, sed victoriam furari si qua arte posset. conditionem quippe videbat imparem, seque cum paucis comparatum adversus multos non milites solum fortes sed duces quoque generosos scientissimos et experientissimos rei bellicae, inter quos velut sol inter astra praefulgebat candidatus imperii Bryennius. quare omnem honestam sibi putabat fore rationem expediendae in tanta sortis iniquitate victoriae et compensandae ac supplendae suorum paucitatis, non magis abundantia fiduciae quam ingenio et industria, quibus hostes in insidias pertractos strategemate debellaret. hoc consilio missis exploratoribus didicit castra metari Bryennianos in campis iuxta Cedoctum.

6. Ac Bryennius quidem ad templum ibi situm matris divini verbi vespere profectus et deum deiparamque rite veneratus, ubi cognovit adversarios ad Calobryam habere castra (hoc enim didicerat a Turcis quibusdam ex Alexiano exercitu, qui cum per noctem explorabundi incautius admovissent se Bryennianis castris a vigilibus capti et ad eum ducti fuerant) postridie mane iussit omnem exercitum armari, quem per turmas ordinabat in hunc

ἴλας τοῦτο συνέταττεν. εἶχε δὲ αὐτῷ τὰ τῆς συντάξεως ὧδε. τοῦ
V 66 μὲν δεξιοῦ κέρως ὁ τούτου κατῆρχεν ὁμαίμων ὁ κουροπαλάτης Ἰωάννης ὃν δομέστικον κατέστησε τῶν σχολῶν. συνεπλήρουν δὲ ταύτην τὴν φάλαγγα οἵ τε ἐξ Ἰταλίας παρὰ τοῦ Μανιάκη ἐκείνου
C κομισθέντες Φράγγοι καὶ τῶν ἐκ Θετταλίας ἱππέων συχνοί, ἔτι γε μὴν καὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἑταιρειῶν λεγομένων μοῖρα οὐκ ἐλαχίστη, οὐκ ἐλάττους ὄντες οἱ πάντες τῶν πεντακισχιλίων. τὸ μὲν οὖν δεξιὸν οὕτως ἐτέτακτο, τοῦ δ' εὐωνύμου κέρως ἐξῆρχε μὲν ὁ Ταρχανειώτης Κατακαλών, ἀνὴρ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ καὶ στρατηγικαῖς μελέταις κοσμούμενος, ἐπλήρουν δὲ ταύτην τὴν φάλαγγα αἱ τῶν Μακεδόνων τε καὶ Θρᾳκῶν ἴλαι ἐς τρισχιλίους ποσούμεναι. τὸ δὲ μέσον τῆς φάλαγγος αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Βρυέννιος ἦγεν, ἐν ᾧ τό τε
D ἀρχοντικὸν ἐτάττετο ἅπαν καὶ Θρᾳκῶν δὲ καὶ Μακεδόνων καὶ τῆς ἵππου τῶν Θεσσαλῶν ὅσον ἐπίλεκτον. ἔξωθεν δὲ τοῦ εὐωνύμου κέρως τὸ συμμαχικὸν Σκυθικὸν ἐτέτακτο προτρέχον ταύτης δυοῖν σταδίων διάστημα. ἀλλ' οὕτω μὲν ἐκεῖνος τὸ στράτευμα ἔταξεν, ἐκτείνας εἰς μῆκος τὴν φάλαγγα καὶ παραγγείλας, ἐπὴν οἱ πολέμιοι φανεῖεν καὶ ἡ σάλπιγξ ἠχήσῃ τὸ ἐνυάλιον, πειρᾶσθαι τοὺς ἀμφὶ τὸ Σκυθικὸν ξὺν ἀλαλαγμῷ καὶ βοῇ κατὰ νώτου γενέσθαι τῶν πολεμίων. ὁ μὲν οὕτω τοῖς ἡγεμόσι παρήγγειλεν.

7. Ὁ δὲ Κομνηνὸς Ἀλέξιος μαθὼν διὰ τῶν σκοπῶν ἐγγίζειν ἤδη τοὺς πολεμίους· τὸ μὲν στράτευμα ἅπαν ἐν κοιλάσι κατέ-
P 92 κρυψεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ λόφον ἀνελθὼν κατεσκόπει τὰ ἐκείνων.

modum. dextro quidem cornui praeerat eius frater curopalates Ioannes, quem ipse domesticum scholarum creaverat. id autem corpus conflabant qui ex Italia deducti a Maniace fuerant Franci et equitum ex Thessalia plerique: praeterea ex sodalitatibus (sic dictae certae militum manus) pars non exigua. hi omnes quinque millium numerum facile implentes dextrum cornu faciebant. sinistrum cornu ductabat Tarchaniotes Catacalo, vir et moribus et eloquentia et bellica gloria praeclarus, cui suberant Macedonum et Thracum alae, milites non pauciores tribus millibus. mediam aciem ipse Bryennius regebat, in quo praetoriana militia cuncta Thracumque ac Macedonum, nec non equitatus Thessalici flos ipse ac robur. extra sinistrum cornu Scythae auxiliares dispositi fuerant provecti ultra aciem duorum stadiorum intervallo. sic Bryennius aciem instruxerat, extensa in longitudinem phalange: suisque praeceperat ut quam primum hostes apparuissent et tuba classicum cecinisset, conarentur praecurrentes Scythae quam tumultuosissime cum vociferatione et ululatu ipsis solito circumvenire hostes et ipsis a tergo instare. tale ille mandatum ducibus dederat.

7. At Comnenus Alexius accepto per exploratores indicio adventus hostium iamque ipsos non longe distare, copias suas omnes in vallibus abscondit. ipse vero in eminentem ascendens collem observabat longe venientes.

ἰδὼν δὲ πλῆθος καὶ διανοησάμενος μή πως οἱ ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοι πρὸ τοῦ προσβαλεῖν τούτους τοῖς πολεμίοις εἰς φυγὴν ἐξορμήσωσιν, ἐβουλεύσατο βουλὴν ἀρίστην ὁμοῦ καὶ συνετωτάτην, ὥστε μηδ' ὅλως καταφανεῖς γενέσθαι τῷ τούτου στρατεύματι τοὺς πολεμίους. μάλιστα δ' ἐφόβει τοῦτον τὸ παρὰ γνώμην τοῦ βασιλέως μάχεσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην· ἔφθη γὰρ τῇ πρὸ ταύτης ἑσπέρᾳ γράμματα πεμφθῆναι αὐτῷ πρὸς τοῦ βασιλέως κελεύοντα μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ μένειν τὴν ἔλευσιν τῶν ἄρτι πεμφθέντων πρὸς τῶν Τούρκων συμμάχων. μένειν μὲν οὐχ οἷόν τε ἦν μὴ συνάψαντα πόλεμον, τῶν πολεμίων εἰς χεῖρας ἤδη ἰόντων· ὑποχωρεῖν δὲ ἄνευ B πολέμου ἀνάξιον ἔδοξεν αὐτῷ. βεβούλευτο οὖν αὐτῷ ἢ νικᾶν ἢ θνήσκειν μαχόμενον ἢ οὕτως ἀγεννῶς τε καὶ ἀνάνδρως παλινοστεῖν διὰ τὸν ἐκ βασιλέως φόβον. κατασκοπήσας οὖν τὸν τόπον, ἐπεὶ εἶδε τὸ μὲν ἀναπεπταμένον τὸ δὲ λόφους καὶ κοιλάδας ἔχον, ὥστε δύνασθαι τὸ μὲν τῆς Βρυεννίου φάλαγγος ἀποκρύπτεσθαι τὸ δ' εἶναι καταφανές, τὸν στρατὸν ὁπλίσας καὶ δίχη διελὼν τῶν μὲν ἀθανάτων καὶ Φράγγων αὐτὸς εἶχε τὴν ἡγεμονίαν, τῶν Χωματηνῶν δὲ καὶ τῶν Τούρκων τὸν Κατακαλὼν Κωνσταντῖνον ἡγεμόνα κατέστησε, κατέναντι τῆς Σκυθῶν φάλαγγος τάξας αὐτούς. C

8. Ἐπεὶ γοῦν κατὰ τοὺς κοιλώδεις τόπους τὸ τοῦ Βρυεννίου γέγονε στράτευμα, καὶ τοὺς κατὰ δεξιὸν κέρας ταττομένους ὑπεδείκνυε καὶ χωρεῖν κατὰ τούτων σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ ἐκέλευε. κα-

quorum ubi multitudinem aestimavit oculis, providens facile fore ut si eadem suis tanto paucioribus offerretur, ii visu primo desperantes statim in fugam verterentur, optimo consilio decrevit cavere ne in suorum militum conspectum hostilis exercitus veniret. maxime autem eo articulo rerum conturbabat ipsum pridie appulsus ab imperatore nuntius qui omnino vetabat eo die pugnari, sed exspectari adventum auxiliarium Turcorum qui iam esse in itinere dicebantur. atqui tali loco et tempore deprehensis defugiendi praelii nulla facultas restabat, utique hostibus iam praesentibus et manus tantum non conserentibus, nisi probrosum suscipere dedecus vellet recedendo sine pugna. quare generose decrevit aut vincere aut pugnando mori, neque obiicere se post cladem ignominia plenum irae imperatoris, culpae ut fit imputaturi fortunae casum. speculatus ergo locum, ubi animadvertisset partim illum apertum et late patentem, partim intercisum iugis collium et concavis vallium, qua varietate situs facile poterat assequi ut pars dumtaxat exercitus Bryenniani a suis videretur pars absconderetur, copias armavit et bifariam divisit. immortales et Francos ipse duxit. Chomatenis et Turcis Constantinum Catacalonem ducem praeposuit opponens eos ex adverso Scythis.

8. Postquam autem Bryenniani in loca concava iam progressi erant, dextrum eorum cornu suis ostendit et impetum in eos facere quam vehemen-

ταπηδήσαντες οὖν ὥσπερ ἀπὸ ἐνέδρας καὶ τῷ αἰφνιδίῳ τοὺς ἀν-
τιπάλους καταπλήξαντες μικροῦ δεῖν ἐκκλίνειν αὐτοὺς πρὸς φυγὴν
παρεσκεύασαν, ἕως ὁ τούτων καθηγεμὼν ὁ Βρυέννιος Ἰωάννης
V 67 τὸν ἀκινάκην σπασάμενος σὺν ὀλίγοις τὸν πρώτως ἐπιόντα τῶν
ἀθανάτων κατέβαλε καὶ ἄλλοι ἑτέρους, καὶ τὴν φάλαγγα πᾶσαν
D συνέστησεν, ὥστε τοὺς ἀντιπάλους τρέψασθαι. οἱ μὲν οὖν ἀθά-
νατοι τοῦτον τὸν τρόπον πάντες ᾤχοντο, ὁ δὲ Κομνηνὸς Ἀλέξιος
κατὰ νώτου τῶν πολεμίων γενόμενος καὶ δοκῶν ξυνέπεσθαί οἱ τὴν
φάλαγγα τὴν ἰδίαν γενναίως τε ἠγωνίζετο καὶ τοὺς εἰς χεῖρας ἰόν-
τας κατέβαλεν. ἐπεὶ δὲ εἶδε τὴν ἑαυτοῦ φάλαγγα εἰς φυγὴν τρα-
πεῖσαν, παρακαλέσας τοὺς ἑαυτοῦ (ἦσαν γὰρ σὺν αὐτῷ τῶν ἰδίων
τινὲς ἀγαθοὶ στρατιῶται εἰς ἓξ ποσούμενοι) βουλὴν ἐβουλεύσατο
τολμηράν, γενέσθαι κατὰ νώτου τοῦ Βρυεννίου καὶ ξυμμίσγοντα
τοῖς τούτου ἠρέμα ἰέναι μέχρις αὐτῷ πλησιάσαιεν, ἐπειδὰν δ' ἐγ-
γὺς τούτῳ γένοιντο, σπασάμενοι ξίφη αὐτὸν ἀνελεῖν. κἂν ξυμ-
βαίη καὶ τούτοις σὺν ἐκείνῳ πεσεῖν, αἱρετώτερον εἶναι μᾶλλον
P 93 αὐτῷ ἢ τὸ παρακούσαντα βασιλέως δίκας εἰσπραχθήσεται τῆς
παρακοῆς πρὸς ἐκεῖνον. ἀπεῖρξε δὲ τοῦτον τοῦ τοιούτου βουλεύ-
ματος ὁ Θεόδοτος, οὗ πρόσθεν ὁ λόγος ἐμνήσθη, εἰπὼν τοῦτο
μὲν εἶναι πρὸς τῷ παραβόλῳ καὶ εὔηθες. νυνὶ δὲ χρὴ ἐξελθόν-
τας τοῦ τῶν πολεμίων στρατεύματος ἀπιέναι πρὸς τοὺς ἰδίους,
ἐπειδὰν δὲ τούτοις συμμίξειαν, εἰ βούλοιτο, λαβόντα κἀκείνων

17. εἰσπραχθήσεται] εἰσπραχθήσεσθαι? 20. χρὴ] χρῆναι?

tissime iussit. exsiliunt igitur velut ex insidiis et celeritate inopinatae impressionis adversarios turbatos parum abfuit quin in fugam verterent. gliscebatque trepidatio, quoad dux eorum Ioannes Bryennius acinace stricto cum paucis occurrens primum ex immortalibus invehentem se deiecit et alii alios: quo viso phalanx Bryenniana constitit, Alexiana vero terga vertit, adeo ut nullus ex immortalibus locum tueretur, sed retro ferrentur omnes in fugam. interim Alexius Comnenus circuitis hostibus a tergo in ipsos ferebatur, et existimans propriam phalangem ipsum sequi, fortissime pugnabat prosternens obvios quosque. verum ut animadvertit propriam phalangem in fugam versam, advocatis sociis qui ex familiaribus sex numero bellatores optimi aderant ipsi, consilium audax proponebat dicens velle se cum ipsis assectari a tergo Bryennium, et ubi ad ipsum penetrassent, strictis subito ensibus ipsum occidere. in quo si contingeret ipsos mori, tamen sortem illam tolerabiliorem fore quam si victi ad imperatorem redirent poenas haud dubie graves eius arbitrio daturi neglecti eius mandati, quo pugnam illo die committi vetuerat. avertit autem eum a tali coepto Theodotus, cuius supra meminimus aiens id praeterquam temerarium, etiam stultum. cui enim non patere primam curam eorum qui a suis interclusi hostium multitudini paucissimi ipsi se immixtos sentiunt, esse debere, referre se quantocius ad suos, iisque ubi aggregati fuerint adiungere sibi ex ipsis quam plurimos poterunt et

ὁπόσους δυνατὸν κοινωνοὺς οὕτω χωρεῖν πρὸς τὸν κίνδυνον. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

9. *Κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον οἱ περὶ τὸν Κατακαλὼν Κων-* B *σταντῖνον Σκύθαι ἰδόντες Χωματηνοὺς εὐθὺς ἐξώρμησαν κατ' αὐτῶν ξὺν βοῇ πολλῇ καὶ ἀλαλαγμῷ, καὶ θᾶττον ἢ λόγος τούτους τρεψάμενοι τοῦ διώκειν παυσάμενοι σὺν τάξει ὑπέστρεφον καὶ κατὰ τῶν τὴν οὐραγίαν τηρούντων τοῦ Βρυεννίου στρατεύματος ἐξώρμων σὺν προθυμίᾳ πολλῇ, καὶ ὅσον θητικὸν σκυλεύσαντες καὶ ἵππους καὶ λάφυρα λαβόντες ἀπῄεσαν οἴκαδε. συγχύσεως δὲ ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας γενομένης ταῖς τάξεσιν, ἅτε τῶν περὶ τὸ τοῦλδον Ῥωμαίοις καλούμενον εἰς αὐτὰς καταφευγόντων δέει τῷ τῶν Σκυθῶν καὶ τῶν σημείων ἀναμιχθέντων, ὁ Κομνηνὸς Ἀλέ-* C *ξιος τοῦτο κατιδὼν (ἔτι γὰρ ἐντὸς διέτριβε τοῦ τοῦ Βρυεννίου στρατεύματος) καλύψας τὸ πρόσωπον τῷ ἀπῃωρημένῳ θωρακίδι τῇ κόρυθι, τῶν ἱπποκόμων ἕνα τοῦ Βρυεννίου καταλαβὼν * * * * ἐκείνου τῇ ἁλουργῷ ἐφεστρίδι καὶ τοῖς χρυσοῖς φαλάροις κοσμούμενον, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσι παρεπομένας ῥομφαίας, λάθρα τοῦ στρατεύματος ἐξιών, ἐπειδὰν ἔξω φόβου παντὸς γέγονεν, ἐξέπεμπε τὸν ἵππον μετὰ κήρυκος βοῶντος μέγα ὡς ὁ Βρυέννιος πέπτωκε. τοῦτο πολλοὺς τῶν φευγόντων μένειν*

3. *Κωνσταντῖνον*] Wilken Hist. Comn. p. 55. *Ταρχανειώτην.* 14. *θωρακίδι τῇ κόρυθι*] *θωρακίῳ τῆς κόρυθος?* 15. *καταλαβὼν*] Indicavi lacunam a Wilkenio l. l. p. 56. ex Anna Comn. p. 13. ita suppletam: *ἵππον τινὰ τῶν βασιλικῶν ἐπισυρόμενον.*

cum iis, si ita lubeat, in hostes pergere periculumque iterum subire. hic successus certaminis in dextero cornu fuit.

9. In sinistro vero Scythae quos ducebat Constantinus Catacalo videntes Chomatenos statim in eos eruperunt cum clamore et ululatu magno, et dicto citius iis in fugam versis, persequendi fine facto, servatis ordinibus revertebantur, cum libido ipsis incidit irruendi magno impetu in eos qui extremum agmen Bryennianorum tuebantur: ubi facile direpta illa omni mercenaria manu, equorum insuper et spoliorum magna praeda facta domum abierunt. hinc ordinum militarium orta perturbatio: quod terrore illato in illam multitudinem sarcinariorum iumentorum, quam vulgari lingua tuldum Romani vocant, multa ex iis temere in ordines armatorum inferebantur Scythas fugientia, unde contigit signa permisceri. id cum observasset Alexius Comnenus, qui adhuc Bryennianis immixtus erat, oculario galeae tegmine ne agnosceretur demisso, corripuit obvium forte quemdam ex equisonibus Bryennii, unum ex eius equis imperiali purpura instratum et aureis phaleris ornatum ducentem: corripuit et rhomphaeas de more post imperatores gestari solitas. ac sic cum his clam exiens e Bryenniana acie ubi securum in locum devenit, praeconem misit qui equum ostentans late clamaret cecidisse Bryennium. ea vox et species multos ex Alexianis iam fugam spectantibus

D ἔπειθε, τοὺς δὲ καὶ παλινοστεῖν· ξυνέβαινε γάρ, τῶν Σκυθῶν τῶν μελλόντων διώκειν οὕτω τοῖς περὶ Βρυέννιον ἐπιβουλευσάντων, μηδενὸς ὄντος τοῦ διώκοντος μὴ πόρρωθεν φυγεῖν τοὺς περὶ τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον, ἀλλὰ πλησίον ἀλᾶσθαι ἐπαποροῦντας, ὅπως ἐκείνους φεύγοντας τόν τε ἵππον ἐδείκνυ καὶ τὰς ῥομφαίας καὶ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Βρυεννίου τρανῶς ἐκήρυττε, καὶ συνελέγοντο ἅπαντες.

P 94 V 68 10. Ξυνέπεσε δέ τι καὶ ἕτερον, Τούρκων οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν πρὸς συμμαχίαν ἄρτι πρὸς βασιλέως ἀπεστάλθαι, οὓς συνεκύρησε κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, καθ᾽ ὃν ἡ μάχη συνέστη καὶ ἡ τροπή, παραγενέσθαι. ἰδόντες οὖν φεύγοντας καὶ τὸν δομέστικον ζητήσαντες τῶν σχολῶν καὶ παρὰ τούτῳ γενόμενοι θαρρεῖν τε ἐκέλευον καὶ τοὺς πολεμίους ἐζήτουν θεάσασθαι. ὁ δὲ τοὺς ἡγεμόνας τούτων παραλαβὼν ἄνεισιν ἐπί τινα λόφον ἀφ᾽ οὗ καταφανεῖς ἔμελλον ἔσεσθαι οἱ πολέμιοι, καὶ ὑπεδείκνυ τούτους ἐκεῖ-
B θεν. οἱ δὲ ξυγκεχυμένην ἰδόντες τὴν φάλαγγα καὶ ξὺν οὐδεμιᾷ τάξει χωροῦσαν ἀλλ᾽ ἀκινήτως ὥσπερ κινουμένην καὶ φθειρομένην, πάντες γὰρ ἔξω φροντίδων ἦσαν ὡς ἤδη νενικηκότες καὶ τοὺς πολεμίους τρεψάμενοι, ἐπεὶ καὶ οἱ τοῦ Βοτανειάτου Φράγγοι τῷ Βρυεννίῳ προσκεχωρήκασιν ἅπαντες καὶ τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες,

2. τοῖς] V. τούς. 5. ὅπως] Hic etiam plura turbata sunt.

tenuit, alios autem qui fugere iam coeperant revocavit. quia enim Scythae qui debuerant insequi fugientes, ab iis impetum verterant in extremum agmen Bryennii, contigit Alexianos, utpote quos nemo a tergo urgeret, non longe fugere sed in propinquo exspectare quo res caderet, ut ex eventu consilium caperent. ergo ut viderunt Bryennianos quidem fugientes (hos enim ut diximus Scythae turbabant), equum vero quem cultus imperatorius Bryennii esse suadebat, rhomphaeis circumdatum sessore vacuum: ad haec vocem audirent clare denuntiantem occisum esse Bryennium, refecti animis et confirmati denuo congregabantur.

10. Accessit eodem quod in istud opportunissime momentum occurrit adventus non exiguae Turcorum manus ex iis quos ab imperatore in auxilium Alexio missos iam diximus. hi videntes commissam pugnam turbatosque ac fugientes hostes, quaesito domestico scholarum ac denique invento prolixissime suam operam detulerunt, ut confideret hortantes sibique ostensis hostibus aliquam partem victoriae concederet. Alexius eorum alacritate utendum ratus ducibus horum secum assumptis ascendit in tumulum, ex quo sciebat hostium aciem cerni posse, quam et ipsis inde ostendit. illi videntes confusam phalangem temere huc illuc nulla certi ordinis disciplina evagantem ac sensim se dissolventem, ut illis accidit qui nimia victoriae securitate ex versis in fugam adversariis concepta, contentionem et industriam remittunt, cui fiduciae ut languidius indormirent Bryenniani faciebat recens transfugium Francorum, qui ex Alexii signis ad ipsos transierant, exscensis equis uni-

ταῖς ἐκείνου χερσὶ τὰς χεῖρας ἐμβάλλοντες, ὡς δὴ πάτριος νόμος τούτοις ἐστί, πίστεις ἐδίδουν, * * * ξυνέθεον ἅπαντες οἱ τῆς φάλαγγος, θεαταὶ τῶν δρωμένων γενόμενοι, ταῦτ' οὖν οἱ τῶν Τούρκων ἡγεμόνες ἰδόντες, κατελθόντες ἐκεῖθεν τριχῇ τὴν οἰκείαν φάλαγγα διελόντες τὰς μὲν δύο μοίρας ἐπὶ τὸ ἐνεδρεύειν ἐξέπεμπον, C τὴν δὲ ἑτέραν ἐκέλευον πρὸς τοὺς πολεμίους χωρεῖν οὐ κατὰ φάλαγγα συντεταγμένους ἀλλὰ κατὰ λόχους ὀλίγους καὶ διεσκεδασμένως, ἐλᾶν τε τοὺς ἵππους καὶ τοῖς τοξεύμασι χρῆσθαι καὶ πέμπειν βέλη συχνὰ κατ' ἐκείνων.

11. Ξυνείπετο δὲ τούτοις καὶ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, συλλέξας τῶν ἐκ τῆς τροπῆς ὁπόσους τὸ ὀξὺ τοῦ καιροῦ συνεχώρει. οὕτω γινομένων τῶν ἀθανάτων τινὲς προεκδραμόντες τοὺς Τούρκους ἐντὸς τοῦ Βρυεννίου στρατεύματος γεγόνασι, καὶ τῶν τις ἐκείνων παίει τοῦτον κατὰ τοῦ στέρνου τῷ δόρατι. ὁ δὲ τοῦ κου- D λεοῦ τὸ ξίφος ἑλκύσας αὐτό τεδόρυ πάσας διεῖλε διχῇ καὶ τὸν βαλόντα κατὰ τῆς κλειδὸς πλήξας τὸν ὦμον ἅμα τῷ θώρακι διαμπὰξ ἐξέτεμε. καὶ εὐθέως οἱ Τοῦρκοι σὺν ἀλαλαγμῷ τὰ βέλη ἐξέπεμπον, καὶ οἱ φαλαγγάρχαι ἦσαν ἐπὶ τῷ αἰφνιδίῳ τοῦ δράματος καταπληγέντες. ὅμως ἄνδρες δεινοὶ τὰ πολεμικὰ ὄντες ἐς τάξεις ἐπειρῶντο καταστῆσαι τὴν φάλαγγα, καὶ τοὺς σφῶν παρεκάλουν

2. ἐδίδουν] Indicavi lacunam. excidisse videtur οὗ γινομένου. 15. πάσας] P. περάσας. Lachmannus ἐλάσας. 16. τῆς] V. τοῦ. 18. φαλαγγάρχαι] V. φαλαγγάρχοι, qua forma non uti solet Bryennius.

versi et dextris ad Bryennianorum manus implicitis, quae ipsis patrio more fidei obligandae formula et ritus est. ad quod spectaculum passim ex phalange discurrebatur, cunctis otiose cernentibus quid ageretur et periculi securis. haec inquam cum duces Turcorum monstrante Alexio vidissent, descendentes inde suas copias trifariam partiti sunt. harum duas partes in insidias absconderunt, tertiam iusserunt in hostes invehi non iam in phalangis modum ordinatos, sed per modicos manipulos sparsim discerptos, mandato edito ut equos in eos incitarent eminusque iacularentur et quam plurima in eos tela mitterent.

11. Sequebatur autem hos et Alexius Comnenus, congregatis circa se quotquot ex fuga retractos praesens illi fortuna obtulit. cum hoc statu res essent, immortalium quidam praecurrentes ante Turcos iam in agmen Bryennii penetraverunt tam intime ut unus eorum ipsi Bryennio pectus hasta comminus tunderet. ille vero educto strenue vagina ense hastam ictu manibus tenentis excussam in duo frusta diffregit, ipsum vero qui se pulsaverat in summa brachii cum cervice commissura assecutus humerum cum thorace penitus abscidit. hic improviso Turci cum clamore alacri grandinem telorum mittunt, haerentibus et trepidantibus ductoribus phalangis ad tam inopinatum malum: tamen ut erant viri fortes et belli periti, restituere in ordinem

στρατιώτας ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι κλέος τοιοῦτον ὃ νικήσαντες ἀλλήλους, καὶ ὡς τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ συνεχώρει καταστάντες τάξεις γενναίως ἐξώρμων κατὰ Τούρκων.

P 95 12. *Οἱ δὲ φεύγοντες προτροπάδην εἷλκον ἐκείνους πρὸς τὰς ἐνέδρας, ἕως ἐγγὺς πρώτης ἐνέδρας γεγόνασιν. ἐπεὶ δὲ πλησίον γένοιντο, αὐτοί τε ὑπέστρεφον καὶ οἱ τῆς ἐνέδρας ὀξέως καταπηδήσαντες πάντοθεν αὐτοὺς τοξεύμασιν ἔβαλλον καὶ κακῶς διετίθουν καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας. ἐκείνων δὲ πρὸς φυγὴν ἐκκλινόντων ἤδη, ὁ τῶν σχολῶν δομέστικος τοῦ τοῦ Βρυεννίου στρατεύματος ὁ κουροπαλάτης Ἰωάννης, ὃν ἐκείνου ὁμαίμονα ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισεν ἄνωθεν, ἐβοήθει ξὺν τάχει πολλῷ. ὃν ἰδόντες οἱ περὶ τὸν Βρυέννιον θαρραλεώτερον κατὰ τῶν Τούρκων ἐχώρουν. οἱ δ᾽ αὖθις ὑπέστρεφον καὶ φεύγειν οὐ πρὶν ἀνῆκαν ἕως*
V 69 B *οὗ ταῖς ἐνέδραις περιπεσεῖν τοὺς διώκοντας παρεσκεύασαν. οὗ δὴ γενομένου καὶ πρὸς φυγὴν ἐκκλινάντων ἁπάντων ἤδη, συχνοὶ τῶν περὶ τὸν Βρυέννιον ἐόντων ἔπιπτον. ὃ κατιδὼν ἐκεῖνος βοηθεῖν ἐπεχείρει ταχέως· πολλοὺς γὰρ τῶν διωκόντων συναντῶν ἀνῄρει καὶ τοὺς φεύγοντας παρεκάλει μένειν. ἀλλ᾽ εἰς κενὸν αὐτῷ καθεστήκει τὰ τοῦ σπουδάσματος· πάντες γὰρ λιπόντες αὐτὸν ξὺν τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἀδελφῷ ὑπεχώρουν. αὐτοὶ δὲ λαμπρῶς ἀγωνισάμενοι καὶ συχνοὺς τῶν Τούρκων καταβαλόντες, ἐπειδὴ τὴν φάλαγγα πᾶσαν διασκεδασθεῖσαν ἑώρων, ἐξώρμων καὶ αὐτοὶ πρὸς*

1. *κλέος — ἀλλήλους*] Haec lacunosa sunt et corrupta. 2. *καταστάντες*] Addendum *εἰς*.

phalangem conabantur, adhortantes ad bene pugnandum partaeque iam victoriae decus obtinendum. iamque pro angustia temporis satis restitutis ordinibus in Turcos ferebantur.

12. At hi effuse fugientes eos in insidias trahebant duobus ut diximus locis positas, ad quorum priorem ut se admoverunt, erumpentibus ex occulto suis et ipsi fuga omissa se adiungentes innumerabili telorum multitudine hostes obruebant, vulnerabantque passim et viros et equos. quare Bryennianis haud dubie in fugam inclinantibus, qui apud Bryennium domestici scholarum titulum habebat, curopalates Ioannes, quem Bryennii eiusdem fuisse fratrem superius diximus, auxilio venit celeritate magna, quem Bryenniani videntes audacius Turcis resistebant in eosque ultro irruebant. hi vero rursus artificiosa fuga cesserunt: nec retro ferri destiterunt priusquam insequentes in secundas insidias pertraxissent. quod cum esset factum multi repente Bryennianorum ceciderunt, aliique omnes fugam haud dubie spectabant: quo curopalates viso raptim suppetias laturus accurrens multos ex Alexianis versa iam vice insequentibus occidit et fugientes suos hortabatur ut manerent. sed frustra contendebat. omnes enim ipso cum fratre et huius filio relictis recesserunt. hi porro memorabili pugna edita multisque Turcorum deiectis, postquam universam phalangem dissipatam viderunt, abierunt

τὸ φεύγειν, οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐπέκειντο. συχνῶς οὖν ἐπιστρεφόμενοι τούτους ἀνέκοπτον τῆς ὁρμῆς, ἕως ὁ ἵππος ὃν ἐκεῖνος ἐπωχεῖτο καμὼν προσωτέρω χωρεῖν οὐκ ἠδύνατο. τούτου οὖν γινο- C μένου αὐτὸς μὲν βάδην ἀπῄει, ὁ δὲ τούτου ὁμαίμων καὶ ὁ υἱὸς συχνάκις ἐπιστρεφόμενοι τοὺς Τούρκους ἀνέκοπτον.

13. Μέχρι μὲν οὖν οὐ πολύ τι πλῆθος ἦσαν οἱ διώκοντες, εὔδρομα τούτοις ἦσαν τὰ τῆς ὑποχωρήσεως. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ συνέθεον καὶ ὁ ἐκείνου ἵππος κεκοπιακὼς πρὸς δρόμον ἦν ἄχρηστος, κυκλοῦν ἐπεχείρουν αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον οἱ πολέμιοι. οἱ δ᾽ ἄμφω σὺν πολλῷ τῷ ῥοίζῳ κατὰ τῶν πολεμίων ὁρμήσαντες δύο μὲν τούτων κατέβαλλον, τοὺς δ᾽ ἄλλους πόρρω φυγεῖν κατηνάγκαζον, κἀκ τούτου βραχείας ἀδείας τυχόντες ἀπῄεσαν. ἀλλ᾽ αὖθις οἱ Τοῦρκοι μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπέστρεφον καὶ σφοδρῶς D ἐπέκειντο τούτοις. οἱ δ᾽ αὖθις ἔδρων τὰ πρότερον καὶ πολλῇ τῇ προθυμίᾳ κατὰ τῶν Τούρκων ἐχώρουν. ξυνέβη δὲ τούτοις τὰ τῆς προθυμίας οὐκέτι κατὰ τὸ πρότερον, ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἰωάννης ἕνα τῶν Τούρκων καταβαλὼν ἑτέρῳ προσκέκρουκε, καὶ ἀμφοῖν οἱ ἵπποι σὺν τοῖς ἐπιβάταις πεπτώκασιν, ὁ δὲ τοῦ βασιλειῶντος υἱὸς ἐν τῷ διώκειν πόρρω γενόμενος καὶ ἕνα τῶν Τούρκων καταβαλὼν ἐν μέσοις τοῖς Τούρκοις ἐναπελήφθη καὶ οὐκέθ᾽ οἷός τε ἦν τῷ πατρὶ ξυνελθεῖν, καίτοι πολλὰ πειραθεὶς συμμῖξαι τούτοις. λα- P 96 βόντες οὖν ἄδειαν οἱ Τοῦρκοι ἐπῄεσαν κατὰ τοῦ Βρυεννίου σφο-

19. γενόμενος] V. γινόμενος. 20. ἐναπελήφθη] V. ἐναπελείφθη.

et ipsi fugientes Turcis a tergo instantibus. quare illi crebro in eos conversi eorum impetum retardare conabantur: quoad equus cui Bryennius insidebat labore fractus viribus destitui coepit ad porro pergendum. quo casu circumventus ipse quidem lento prout poterat passu procedebat; frater vero eius et filius verso saepius vultu Turcos reprimebant.

13. Ac quoad quidem non ita magna insequentium multitudo erat, receptum satis commode administrabant: postquam vero multi concurrebant et Bryennii equus magis ac magis deficiens plane iam inutilis ad cursum erat, circuire ipsos et a facie progressi se ipsis ostendere hostes conabantur. sed ambo magno impetu in hostes illati, duobus ex his deiectis ceteros longe refugere compulerunt, et sic brevi sibi securitate parata pergebant. verum rursus Turci cum plurimis aliis reversi vehementer in eos incumbebant, his denuo ut prius generosa vi Turcos impetentibus: sed ad extremum audacibus coeptis fortuna non adfuit. Ioannes enim cum unum quempiam Turcorum deiecisset, in alium impegit, ita ut amborum equi offensione mutua equitibus excussis et ipsi cum iis humi sternerentur. Bryennii vero imperium affectantis filius studio insequendi hostes longius elatus, uno Turcorum deiecto, in medio Turcorum deprehensus haerebat, nec iam quantumvis conaretur expedire se poterat ut patri succurreret. hac vice rerum securiores Turci magno numero maioreque vi in Bryennium incurrunt. unus igitur eorum

δρότερον. εἷς οὖν αὐτῶν τὸ ξίφος σπασάμενος κατ' ἐκείνου τολμηρότερον ἐξώρμησεν· ὁ δ' ἐπιστραφεὶς παίει τοῦτον τῷ ξίφει καὶ τήν τε χεῖρα ἀπέτεμε καὶ κατὰ γῆς αὐτὴν πεσεῖν σὺν τῷ ἀκινάκῃ παρεσκεύασεν. οἱ δὲ λοιποὶ κυκλοῦν ἐπεχείρουν αὐτόν. ὁ δὲ γενναίως ἠμύνετο. ἐξορμήσας οὖν κατὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιόντων πλήττεται δόρατι. ἀσχοληθέντος δ' αὐτοῦ διακόψαι τὸ δόρυ ὁ πρῶτος τὴν χεῖρα ὑπ' αὐτοῦ ἐκτμηθεὶς Τοῦρκος τοῦ ἵππου κα- B ταπηδήσας ἐπιβαίνει τοῖς νώτοις τοῦ Βρυεννίου. ὁ δ' ἐπιστρέφων τὸν ἀκινάκην οὐχ οἷός τε ἦν παίειν αὐτὸν τοῖς τούτου κρυπτόμενον. ἀποβάντες οὖν οἱ λοιποὶ τῶν Τούρκων τῶν ἵππων ἱκέτευον μὴ θνήσκειν ἐθέλειν αὐτόν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ξυμπεσὸν ἐνδιδόναι. ἕως μὲν οὖν αὐτῷ ἡ χεὶρ οὐ κεκοπίακεν, οὐκ ἐνέδωκε παίων τε καὶ παιόμενος· ἐπεὶ δὲ κατάκοπος ἤδη γέγονεν, εἶξε καὶ ἄκων ταῖς τῶν ἐχθρῶν παρακλήσεσι, καὶ οὕτω συνέβη τοῦτον ἁλῶναι.

14. Λαβόντες οὖν τοῦτον οἱ βάρβαροι μετὰ πλείστης ὅτι τιμῆς πρὸς τὸν Κομνηνὸν ἐχώρουν Ἀλέξιον, κήρυκας ἐκπέμψαν- C τες πρότερον τὴν ἅλωσιν τούτου μηνύσοντας. ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον ἐπράχθη τὸν τρόπον, τὸν δὲ τούτου αὐτάδελφον ἐντυχών τις V 70 τῶν Φράγγων μετὰ τὸ σύμπτωμα καὶ πεζὸν θεασάμενος ἐπὶ τοῦ ἵππου ἀναβιβάσας διέσωσε μέχρι τῆς Ἀδριανουπόλεως. σέσωσται δὲ καὶ ὁ τούτου υἱὸς διασχὼν τοὺς κυκλώσαντας καὶ οὕτω γενόμενος ἔξω βελῶν, ὃν ἐν τῷ φεύγειν παρήγγειλεν ὁ πατὴρ γενόμε-

ense stricto ipsum audentius aggreditur. ille vero conversus ferit eum gladio, et manum eius amputans cadere in terram ipso cum acinace coegit. reliqui conabantur ipsum circuire. verum ipse se strenue defensabat. itaque in incurrentes a fronte generoso ruens impetu hasta quemdam ex iis pulsat. quo satagente hastam ense frangere, is cui prius a Bryennio abscissa manus fuerat insilit a tergo in equum Bryennii et ipsum amplectitur. vertebat ille quidem retro ensem ut hunc configeret, sed assequi non poterat haerentem sibi et proprio ipsius corpore protectum. hic desilientes equis ceteri Turci Bryennium rogabant ne obstinaret animum in mortem, verum fortunae tandem cederet. ille tamen quoad manu valuit tundere ac tundi non destitit, donec ad extremum lassitudine fatiscens consiliis hostium acquiescere coactus est, et ita contigit ipsum capi.

14. Hunc barbari honore deducentes summo ad Comnenum Alexium abibant, quem nuntiis praemissis captum fuisse Bryennium praemonuerant. haec quidem sic gesta sunt. ceterum eius frater post illum quem diximus ex equo lapsum pedes conspectus a quodam Franco, ab eo sublatus in equum proprium et salvus perductus est Adrianopolim. quo etiam pervenit filius Nicephori Bryennii cum se globo Turcorum ipsum ambientium expedivisset tamque longe recessisset, ut ne telis quidem eorum contiguus esset. cuius

νον κατὰ τὴν Ἀδριανοῦ εἰπεῖν πρὸς τὴν μάμμην καὶ τὴν μητέρα, εἴπερ μὴ σωθείη τούτου ὁ ἀδελφός, συλλέξαι τοὺς ἐκ τῆς μάχης διασωθέντας καὶ πεῖσαι μὴ πρότερον βασιλεῖ συνθέσθαι, πρὶν ἂν ἐγγράφους ἐκεῖνος ὁμολογίας ποιήσαι μηδένα στερῆσαι τῆς προσούσης D τούτῳ τιμῆς μηδ' ὑποστῆναι τῶν ὑπαρχόντων ἀφαίρεσιν. τοῦτο μὲν οὕτω πέπρακτο ὕστερον.

15. Τὸν δὲ Βρυέννιον πρὸς τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον ἀπαχθέντα ἰδὼν ἐκεῖνος ἐθαύμασε τό τε εἶδος τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ μέγεθος· καὶ γὰρ ἦν ὄντως ἄξιον τυραννίδος. ἐγεγήθει δὲ ὁρῶν οἵου κατηγωνίσατο στρατηγοῦ τὴν χεῖρα γενναίου καὶ τὴν ψυχὴν τολμηροῦ καὶ στάσιμον ἦθος ἔχοντος· ἡρωϊκὴν γὰρ ἔφερε τὴν ψυχήν. καὶ μή τις οἴοιτό με περιαυτολογοῦντα ταῦτα λέγειν καὶ γράφειν. ἀλλ' ἴστω πάντα λόγον νικώμενον τοῖς τἀνδρὸς κατορθώμασι καὶ ταῖς χάρισι καὶ ταῖς ἀγλαΐαις. εἰ γοῦν μὴ πρὸς ἄλλον P 97 σκοπὸν ὁ λόγος ἑώρα, ἀλλὰ τὰ ἐκείνου κατὰ μέρος διεξελθεῖν ἠβουλήθη, ἄλλης ἂν Ἰλιάδος ἐδέησε. τοῦτον οὖν τὸν ἄνδρα τὸν δεινὸν μὲν ἐν ἀπερισκέπτῳ χρόνῳ τὸ δέον εὑρεῖν, δεινὸν δὲ τάξαι φάλαγγα καὶ καταστρατηγῆσαι πολεμίων ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, μήπω τὸν ἴουλον φέρων ἀπαρτισθέντα ἀλλ' ἔτι χλοάζοντα

12. περιαυτολογοῦντα] Ita P. pro περιταυλογοῦντα.

et illud Adrianopolim fuga perlati providum consilium praesente patruo matri et aviae datum pater deinde referebat. aiebat enim dixisse ad ipsas: nisi servetur huius frater, censeo colligendos qui praelio superfuerint, iisque persuadendum ne in ullam compositionem cum imperatore consentiant, nisi prius is scripto promiserit neminem se privaturum honore quem ante habuisset; neminem quoque se iubente bonorum iacturam passurum. quae quidem sic deinde sunt acta.

25. Bryennium porro ad se adductum intuens Comnenus Alexius, viri formam statumque mirabatur: habebat enim vere speciem dignam imperio. quae res fructum victoriae augebat reputanti Alexio qualem ducem, quam manu promptum, quam animo audentem, quam stabili mente praeditum debellasset. heroici quippe animi vir erat. neque me quisquam putet meas res in maius tollere dum haec de illo memoro: sed sciat nullam cuiusvis orationem parem umquam fore pro dignitate celebrandis eius praeclaris facinoribus, gratiae qua cuncta decore atque amabiliter gerebat, splendori denique praecellenti cuidam vitae totius ac dotium laudumque insignium. quodsi non alium huius scriptionis mihi finem proposuissem, quam ut res eius singillatim percenserem, alia Iliade opus foret. hunc igitur virum solertissimum in capiendis de re subita consiliis et quod optimum esset eligendum, eumdem peritissimum ordinandae aciei et experientissimum omnium artium belli, quibus citra vim apertam debellari strategemate hostes possent, Comnenus Alexius vicit et cepit, vix prima lanugine vestiens genas. nondum enim barbatus

καὶ χρυσίζοντα (ἦν γὰρ ἐκεῖνος ***), μετὰ τὴν συμπλοκὴν ἐκείνην καὶ τοὺς γενναίους ἀγῶνας καὶ τὴν ἧτταν νενίκηκεν οὐ πλή-
B θει δυνάμεως, ἀλλὰ καρτερίᾳ καὶ τόλμῃ καὶ μελέτῃ στρατηγικῇ συνέριθον λαβὼν καὶ τὴν ἄνωθεν πρόνοιαν, δι' ἣν τὰ τέλη κατορθοῦνται τῶν ἐγχειρήσεων.

16. Τοῦτον οὖν λαβὼν αὐτὸς μὲν ἀπῄει ὡς πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν, τὰ δὲ κοκκοβαφῆ πέδιλα, ἃ ἐκεῖνος βασιλειῶν ἐπεδύετο, μαργάροις ὄντα καὶ λίθοις κατάστικτα πρὸς τὸν κρατοῦντα ἐξέπεμπε μηνύων αὐτῷ τὴν ἐκείνου κατάσχεσιν. ὁ δ' ἡσθεὶς τῷ ἀκούσματι ὃν εἶχε πιστότατον καὶ οἰκειότατον ἄνδρα,
C εἴτε Σκύθην εἴτε Μυσὸν (Βορίλας ἦν τούτῳ τὸ ὄνομα) ὃν πρωτοπρόεδρον τιμήσας ἐθνάρχην ἐκπέμπει παραληψόμενον τὸν Βρυέννιον, τῷ τῶν σχολῶν δομεστίκῳ τῷ Κομνηνῷ κελεύων μὴ εἰσιέναι πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἀλλ' ἀπελθόντα καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν καταστήσαντα κατὰ τοῦ Βασιλάκη στρατεύειν. ἔφθη γὰρ κἀκεῖνος δυνατὸς γενέσθαι, τοῦ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ παντὸς στρατεύματος καὶ τῇ Βουλγαρίᾳ αὐτῷ προσχωρήσαντος. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Βαράγγους εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ, ὅσοι πρὸς τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ξὺν τῷ Βασιλάκῃ πρὸς τὸ Δυρράχιον

1. ἐκεῖνος] Indicavi lacunam; excidit opinor annorum numerus.
4. συνέριθον] P. συνεργόν.

tunc primum pubescere incipiens aureo florentem vellusculo faciem praeferebat. et tamen tantula aetate de tali hoste tantoque exercitu post tam acre tam periculosum certamen, et fugam suorum tam plenam atque illustrem victoriam retulit, non multitudine roboreve copiarum sed fortitudine atque audentia abundantiaque consilii ac mentis artisque imperatoriae, cooperante haud dubie coelesti providentia, cuius est coeptorum fortunare successus.

16. Captum in hunc modum Bryennium secum Alexius ducens movit Constantinopolim versus; prius missis ad imperatorem nuntiis quibus eum de victoria sua captoque hostium duce certiorem faciebat, specimine etiam rei gestae addito. nam purpurea calceamenta margaritis gemmisque distincta, quae ille pro imperatore se gerens usurpati principatus insigne gestabat, per eosdem ad Botaniatem Augustum misit: qui delectatus et nuntio et munere quem fidelissimum intimumque habuit Borilam nomine, sive illum Scytham sive Mysum, quem protoprohedri dignitate et titulo ethnarchae honoraverat, misit ad Comnenum domesticum scholarum cum mandatis ut ipsi Bryennium in manus traderet, ipse vero domesticus ingressu Constantinopolitanae urbis abstineret; sed pergeret cum exercitu versus Adrianopolim et contra Basilacem bellum gereret. nam et ille Illyrici exercitu sibi adiuncto copiisque omnibus quae in Bulgaria fuerant in partes tractis, et praeterea Barangos secum ducens quos diximus ab imperatore Michaële ipsi Dyrrhachium eius

κατεπέμφθησαν. κατέσχε δὲ καὶ τὴν ἐν Θεσσαλίᾳ μητρόπολιν, D ἣν Θεσσαλονίκην ὀνομάζουσιν. ὁ μὲν οὖν Κομνηνὸς βαρέως τὸ V 71 κελευσθὲν ἔφερεν· ᾤετο γὰρ τιμὰς ἐκ βασιλέως καὶ γέρα αὐτῷ γενέσθαι τοῦ κατορθώματος ἄξια, ὡς οὐ τυραννίδα, μᾶλλον δὲ βασιλείαν μεγίστην, καὶ στρατεύματι τοσούτῳ καὶ τηλικούτῳ κρατυνομένην καὶ στρατηγῷ τοιούτῳ περιωνύμῳ καὶ χώρας τοσαύτης δασμοφορίᾳ καὶ πόλεων, καταλύσαντι καὶ ὑποτάξαντι. πλὴν ἀλλὰ καὶ βαρέως φέρων ἐποίει τὸ κελευσθέν.

17. Τὸν δὲ Βρυέννιον ὁ Βορίλας παραλαβὼν καὶ πρὸς τὸ P 98 Φιλοπάτιον λεγόμενον ἀπαγαγὼν ἐκτυφλοῖ, ἄνδρα στερήσας τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ πολιτείᾳ οἷον οὔτινα ἄλλον ἐκέκτητο ἄνευ τοῦ τούτῳ ὑπερισχύσαντος. ὁ Κομνηνὸς δ' ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις μείνας ἔξω τῆς πόλεως καὶ τοὺς ἰδίους πρὸς αὐτὸν ἐξελθόντας ἰδών τε καὶ συνταξάμενος ἐχώρει πρὸς τὴν Ἀδριανούπολιν, λαβὼν ἐκ βασιλέως καὶ συγχωρήσεις ἐγγράφους βασιλικοῖς γράμμασιν ἐρυθρὰς καὶ σφραγῖσι χρυσαῖς βεβαιουμένας, ὥσθ' ἕκαστον τῶν ἀρχόντων ἔχειν καὶ τὴν τιμὴν ἣν εἶχε καὶ τὰς κτήσεις ἁπάσας ὅσων δεσπότης ἐφαίνετο πρότερον.

17. ὅσων] Ita P. pro ἐκ ὅσον. fort. εἰς ὅσον.

iussu eunti attributos, formidolose potens imminebat imperio, occupata metropoli Thessaliae quam Thessalonicam vocant. grave id mandatum Alexio fuit. exspectaverat enim ille potius praesentia praemia operae navatae, honores ac dignitates ab imperatore, quae cum proportione responderent magnitudini rerum a se gestarum, utpote qui non rebellionem aliquam mediocrem domuisset, sed principatum maximum tanto exercitu firmatum, et clari fortissimique imperatoris tot sibi subiectas et vectigales provincias habentis praesenti auctoritate subnixum uno praelio debellasset atque subiugasset. tamen licet aegre ac subinvitus quod iubebatur aggressus est.

17. Assumptum porro Bryennium Borilas cum in locum quemdam dictum Philopatium duxisset excaecavit, privans Romanum imperium et rem publicam viro, cui parem haud alium habebat quam eum a quo victus captusque fuerat. Comnenus autem non plus diebus tribus in castris extra Constantinopolim moratus, colloquiisque interim et salutationibus amicorum consanguineorumque recreatus, qui certatim eius visendi gratia prodibant, vale ipsis dicto profectus est Adrianopolim versus, acceptis ab imperatore diplomatibus rubrica scriptis et rite munitis, regia subscriptione ac bulla aurea firmatis, quibus unicuique ducum qui Bryennii partes secuti nondum arma deposuerant, fides fiebat conservandum unicuique postquam rebellionem eiurassent, quem prius quisque obtinuerat honorem, neque ex iis bonis quorum legitimi possessores antea fuissent quidquam eripiendum.

B **18.** *Ὁ δὲ βασιλεὺς μεθ' ἡμέρας τινὰς μεταστειλάμενος τὸν Βρυέννιον ᾤκτειρέ τε τῆς συμφορᾶς καὶ τῶν ἰδίων ἁπάντων κατέστησε κύριον, τιμαῖς τε αὐτὸν καὶ δωρεαῖς ἑτέρων κτήσεων ἀνεκτήσατο. οἱ δὲ θαμινὰ πρὸς αὐτὸν μετεπέμποντό τε ἄρχοντες, καὶ πάντες εἰσῄεσαν εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀσμένως ἅπαντας ὑπεδέχετο, φθάσαντος ἤδη καὶ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου καὶ τὰς χρυσοσημάντους γραφὰς αὐτοῖς ἐγχειρίσαντος. τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας παραλαβὼν κατὰ τοῦ Βασι-*
C *λάκη χωρεῖ τὰ πρὸς βασιλέως κελευσθέντα ποιεῖν. κἀκεῖνοι μὲν ξὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀφίκοντο πρὸς τὴν μεγαλόπολιν, καθάπερ ἄνωθεν λέλεκται. ὁ Κομνηνὸς δὲ διὰ Μακεδονίας καὶ Βουλεροῦ διελθὼν τὸν Στρύμονα καταλαμβάνει, καὶ τοῦτον διαπεράσας καὶ τὰ μεταξὺ Στρουμπίτζης καὶ τοῦ λεγομένου Μαύρου ὄρους στενὰ διελθὼν εἰς χωρίον πρός τινα ποταμὸν κείμενον γέγονεν, ὃν ἐγχωρίως καλοῦσι Βαρδάριον. ὁ δὲ Βαρδάριος καταρρεῖ μὲν ἐκ τῶν τῆς νέας Μυσίας ὀρῶν, καὶ διιὼν διὰ Σκούπων κάτεισι μεταξὺ*
D *Στρουμπίτζης καὶ Στυπίου δίχα τέμνων τὰ ὄρη, βραχὺ δὲ ἐκεῖθεν προϊὼν διίστησιν ἀλλήλων τά τε Βερροίας καὶ Θεσσαλονίκης χωρία δι' αὐτῶν ῥέων καὶ πρὸς τὴν θάλασσαν δίεισι. χρόνοις δὲ πρότερον βραχύ τι τῆς ἰδίας ἀπονεύσας πορείας ἑτέρωσε ἐτράπετο οὐ πάνυ τι δυοῖν τριῶν σταδίων τῆς προτέρας διόδου ἀπέ-*

4. *πρὸς αὐτὸν*] *πρὸς αὐτοῦ?* sed alia etiam hic corrupta sunt. 7. *ἐγχειρίσαντος*] V. *ἐγχειρήσαντος.* 8. *τοὺς μὲν*] Fort. *ὃς τοὺς μέν.* 11. *Βουλεροῦ*] Cfr. Wilken l. l. p. 63. 21. *δυοῖν τριῶν*] *δυοῖν ἢ τριῶν?* sed hic etiam locus mutilus est et corruptus.

18. Paucis post haec diebus imperator accersitum ad se nuper excaecatum Bryennium, officiosa casus acerbi miseratione consolatus est. ac praeterquam sua illi omnia reddidit, etiam novis honoribus et donis auctum locupletiorem quam antea fecit. crebri per idem tempus fiebant in urbe reditus sponte rebellionem eiurantium ducum quos omnes humaniter excipiebat imperator, praestans videlicet quod promiserat per literas Alexio proficiscenti traditas, quas iam ille reddiderat. et cunctis aliis secum copiis assumptis adversus Basilacem pergebat, studio efficiendi quod mandabat imperator. ac alii quidem ut dictum est cum uxoribus et filiis passim Constantinopolim migrabant: Comnenus vero per Macedoniam et Bulerum transiens ad Strymonem pervenit, et eo traiecto, penetratis insuper angustiis montis qui vocatur Maurus, venit ad oppidum quoddam fluvio adsitum, qui vulgo indigenarum lingua Bardarius vocatur, et paulum inde progressus dirimit invicem Berroeae ac Thessalonicae territoria, inter quae profluens se exonerat in mare. hic hodie cursus est eius amnis paulum declinans ab antiquo

χουσάν, ὥστε ξυμβῆναι τὴν πρώην ἐκείνου πάροδον διώρυχα εἶναι αὐτοφυῆ. μεταξὺ οὖν ἀμφοῖν ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος κατεστρατοπέδευσε, παραγγείλας πάντας ἀριστήσαντας τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἀναπαύεσθαι ὡς τὴν νύκτα μέλλοντας ἀγρυπνεῖν ἢ καθεύδειν ἐν ὅπλοις.

19. Καὶ γὰρ ἀγχίνους ὢν καὶ πεῖραν λαβὼν ἱκανὴν ἐξ ὧν ἔδρασε πρότερον ἐθήρασε τὸν τοῦ πολεμίου σκοπόν, οἰόμενος ἐπι- P 99
θέσθαι τοῦτον ἐκεῖνον νυκτός, ὃ δὴ καὶ γέγονε. ταύτῃ τοι καὶ προπαρεσκευάσατο καὶ σκοποὺς πανταχόθεν ἐξέπεμπεν. ἀλλ' οὗτος μὲν οὕτω· ὁ δὲ Βασιλάκης, τῶν ξυνόντων τῷ Κομνηνῷ αὐ- V 72
τομολήσαντός τινος πρὸς αὐτὸν καὶ φράσαντος ὡς εἰ βούλοιτο ἐπιθέσθαι τούτῳ παραδώσει τοῦτον αὐτὸς καθεύδοντα ἐπὶ τὴν σκηνήν, μηδὲν μελλήσας ἐκέλευε πάντας ὁπλίζεσθαι. καὶ εὐθὺς ἅπαντες ἦσαν ἐν ὅπλοις. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν δυτικὸν ὁρίζοντα ὁ ἥλιος ἦν, ἤδη ταῖς σάλπιγξι σημάνας τὸν ἐξιτήριον ἐξῄει τῆς πόλεως. καταλιπὼν δὲ τὴν εὐθεῖαν ὁδόν, ἵν' οὕτως λάθῃ τὸν μι- B
κροῦ δεῖν ἀλάθητον, διὰ τῆς λεγομένης Λιτῆς διελθών, ἐπεὶ πρὸς τὸν ποταμὸν γέγονεν ὃν Γαλικὸν καλοῦσιν ἐγχώριοι, διαπεράσας τοῦτον ἐγγύς που τοῦ φρουρίου τοῦ Ἀετοῦ καλουμένου καὶ τὸν ἐκεῖσε ὑπερβὰς αὔλακα ἐχώρει διὰ τῆς πεδιάδος.

6. ἐξ ὧν] Addidi ὧν. 8. τοῦτον] Fort. τούτῳ.

alveo, qui siccus fere iam duobus tribusve stadiis distare ab hodierno cernitur, relicta in medio quadam velut insula, quam Comnenus Alexius castris insedit, ad id in primis locum opportunum iudicans, quod naturalibus hinc inde muniretur fossis. denuntiavit autem suis omnibus ut sumpto prandio quieti se per diem darent, quippe qui aut pervigilaturi consecuturam noctem aut nonnisi in armis dormituri forent.

v. 19. haec sic legebantur in MS. *ὅπως μὲν οὖν ὁ Κομνηνὸς τῷ ἀδελφῷ προσηνέχθη τῷ Δούκᾳ, καὶ τούτου ὑπὸ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει τε* etc. quae esse depravatissima nemo negaverit. at tolerabile fuerat si grammaticae vitium solius esset. nunc nisi restituatur hic locus eum circiter in modum, eumque in sensum, quem et rescribendo et interpretando expressimus, haec verba labem in historiam inferunt et confusionem maximam. per ea enim conflantur in unum duo Constantini Ducae ambo Porphyrogeniti; quorum unus Michaëlis Augusti frater fuit, alter filius. horum *ὁμωνυμία* ne fraudi nobis sit in decursu operis, hic semel accurate adstruenda est distinctio eorum. primum omnium constat Constantini Ducae, qui Comneno Isaacio in imperio successit, filium fuisse Constantinum ultimum e tribus, patre iam imperante natum, matre Eudocia, ex qua idem Constantinus duos iam alios ante imperium mares susceperat, Michaëlem, qui postea regnavit, et Andronicum. hoc diserte docet Ioannes Scylitzes curopalata in vita eiusdem Constantini Augusti pag. 818. edit. reg. mortuo Constantino Eudocia eius uxor communiter cum tribus liberis adhuc parvis septem menses imperat. ibid. pag. 822. hinc Romanus Diogenes ab Eudocia in coniugem et in imperatorem eligitur, redactis pueris in ordinem. ex quibus tamen Andronicum (qui secundo genitus videtur fuisse, cum secundo loco nominetur a Scylitze) Diogenes idem sibi successorem designarat in expeditione, si quid ipsi humanitus contigisset. p. 824. deturbato e solio Diogene opera maxime Ioannis Caesaris, qui frater Constantini Ducae Augusti fuerat, Michaël Ducas Constantini frater natu maximus imperium suscepit pag. 845. hic toto imperii sui tempore Constantinum fratrem suum suspectum habuisse, et custodia detinuisse traditur inferius ab hoc nostro Nicephoro Caesare l. III. cap. 22, ubi sic loquentem Alexium Comnenum Botaniatae de Constantino Michaëlis fratre inducit: *οἶδας, ὦ ἄριστε βασιλεῦ, ὡς ὁ Πορφυρογέννητος οὗτος, ἐγκρατοῦς ὄντος τῆς βασιλείας τούτου τοῦ ὁμαίμονος, οὐδέν τι πέπονθεν ὑπ᾽ ἐκείνου χρηστόν. ἀλλ᾽ ὡς ἐν εἱρκτῇ καθειργμένος ζοφώδη διῆγε τὸν ἅπαντα βίον. νῦν οὖν ἐλπίδας ἔχει χρηστὰς* etc. hoc est, *scis, optime imperator, hunc Porphyrogenitum imperii fratris sui nullum fructum cepisse: neque enim ab illo ullo beneficio affectus est:*

sed potius tenebrosa custodia detentus, obscuram et miseram vitam omnem egit hactenus, etc. hac commendatione Alexii gratiam nonnullam apud Botaniaten Constantinus nactus, ab eo praefectus est dux exercitui contra Turcos misso, ut tradit Scylitzes in Botaniate pag. 866. qua occasione ambitiosus iuvenis cupide usus, imperatorem ab exercitu se proclamari curat Chrysopoli: sed paulo post a suis proditus detondetur, fitque monachus, ac deportatur in insulam. postea etiam dicitur presbyter factus. auctores Scylitzes et Zonaras in Botaniate, ille pag. 867. hic 232. edit. Bas. atque hic finis huius Constantini fuit; nec eius amplius ulla mentio in nostris hisce historiis habetur. alter autem Constantinus Michaëli Ducae ex Maria Alana natus est. clare id docet Zonaras in Michaële pag. 229: *υἱοῦ δὲ τεχθέντος αὐτῷ ἐκ τῆς ἐξ Ἀλανῶν Μαρίας, ἣν καὶ βασίλισσαν ἔστεψε, Κωνσταντῖνον αὐτὸν ὠνόμασεν ἐπὶ τῷ πατρί, καὶ βασιλικῶς ἐταινίωσε. nato sibi filio ex Maria Alana, quam et Augustam coronavit, Constantini patris sui nomen imposuit, eumque regio diademate insignivit.* en Constantinus ex Maria Alana et quidem iam coronata, Michaëli iam imperanti nascitur, inde et ipse Porphyrogenitus nuncupatus. cui adhuc infanti pater despondit filiam Roberti Calabriae ducis, quam et iam tum adducendam Constantinopolim curavit, et mutato eius priori nomine appellavit Helenam, ut tradit P 111
consequenter Zonaras, et Anna fuse deplorat multis locis Alexiadis, praesertim l. 1; denique ubi Anna ipsa Alexio nata est, desponsata fuit eidem huic Constantino puero in spem imperii nutrito, immo iam imperii consorti. diremptumque id coniugium ante nuptias Constantini sponsi morte immatura fuit, ut Nicephorus mox docet. a quo item habemus sponsalia Constantini eiusdem cum Anna, quorum ipsa clare non meminit. confirmat idem Scylitzes et institutio regia Theophylacti ad hunc ipsum puerum scripta: ut dubium nullo modo possit esse, quin duo fuerint Constantini Ducae Porphyrogeniti, quos hic in unum conflat non Nicephorus horum commentariorum auctor, sed perfunctorius et supinus descriptor. quare arbitramur Bryennium scripsisse hunc locum ut nos emendavimus, hoc nempe modo: *ὅπως μὲν οὖν ὁ Κομνηνὸς τῷ ἀδελφῷ προσηνέχθη τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, καὶ αὐτοῦ τούτου τὸν υἱὸν ὑπὸ οἰκείᾳ δυνάμει τε καὶ συνάρσει* etc.

p. 9 v. 3. *τῇ τούτων παραθήξει καὶ συνωθήσει πολλάκις παραπλαγείς.* sic haec in MS. legebantur, quae utcumque sententiam non plane incommodam praeferant; tamen cum illud *πολλάκις* segne quiddam hoc loco et frigidum videatur; non omnino temere suspicari mihi visus sum de librarii oscitantia, cuius tot aliis huius operis locis non vestigia incerta, sed indicia et ex-

perimenta manifestissima deprehendimus. non est igitur incredibile scriptum a Bryennio *παραπλαγείς*, quam vocem descriptores deinde in *πολλάκις* deformaverint.

p. 11 v. 16. quod nos rescripsimus: *ὥστε τῷ τοῦ ἀδελφοῦ θρόνῳ τὸν Κωνσταντῖνον ἐγκαθιδρύσαι*, in hunc modum legebatur in codice, *ὥστε τῷ τοῦ ἀδελφοῦ θρόνῳ τοῦτον ἐγκαθιδρύσαι.* in quibus iterum confunduntur Constantini duo, patruus et fratris filius. quare non dubitamus quin loco vocis *τοῦτον* rescribendum fuerit, ut fecimus, *τὸν Κωνσταντῖνον*. est autem hic Constantinus Michaëlis Ducae imperatoris frater. cui, quod Bryennius superius refert pag. 7. Alexius imperium deferre conatus erat. hoc vero loco scriptor noster ex ista eius in familiam Ducarum demonstrata caritate confirmat id quod nunc persuadere nititur, de studio sincero Alexii eiusdem in Constantinum minorem Michaëlis Ducae filium.

p. 20 v. 22. *βασιλικὸν εἰσελθὼν δρόμωνα*, in MS. erat *δρόμηνα.* id nos correximus ex Alexiade Annae, ubi saepius vox *δρόμων* pro navis genere usurpatur, interdum etiam cum adiuncto *βασιλικός*.

P 112 p. 23 v. 19. *ἡ τούτου σύνοικος Εὐδοκία σὺν Μιχαὴλ καὶ Κωνσταντίῳ τοῖς παισί.* sic haec in MS. legebantur. nos cum ex hac reliqua historia sciremus tres relictos superstites filios a Constantino Duca, sub cura Eudociae matris; nec ullum ex ipsis Constantium vocatum, et Andronici praetermissi mentionem supplevimus, et Constantii appellationem ad verum tertii Eudociae filii nomen reduximus. quod reprehendere opinor nemo poterit, qui hos commentarios et ceteros istorum temporum scriptores accurate legerit.

P 113 p. 31 v. 3. *πατρίκιος Στέφανος Κωνσταντίνου τοῦ παραδυναστεύοντος τῷ τότε βασιλεῖ, ὃν καὶ Λεικουδίαν ἐκάλουν, υἱός.* sic restituimus hunc locum ex Cedreno pag. 769. edit. reg. noster codex sic habebat: *Στέφανος καὶ ὁ Κωνσταντῖνος τοῦ παραδυναστεύοντος τῷ τότε βασιλεῖ, ὃν καὶ Λεικουδίαν ἐκάλουν, θεῖος.* si per librarii nostri tot experimentis compertam oscitantiam certo mihi persuadere possem vocem *θεῖος* a Bryennio positam hoc loco, non dubitarem huius auctoritatem Cedreni testimonio praeferre, et Stephanum Constantini patruum aut avunculum dicere. Xylander in notis ad eum Cedreni locum *Λεικουδίας* vocem hic positam terrae aut ditionis nomen esse putat, merito reprehensus a Goare: qui tamen forte non felicius Lichudiam fuisse mulierem existimat; videtur enim nihil nisi cognomen Constantini esse, arti-

culum vero femininum per errorem irrepsisse in Cedreni contextum. nam paulo superius idem Cedrenus imperium describens Constantini Monomachi pag. 765. edit. reg. sic scribit, *ὁ Κωνσταντῖνος τὴν ἐπωνυμίαν Λεικούδης τὰ πρῶτα τότε παρὰ βασιλέως φέρων, καὶ μέγα παρὰ τούτῳ δυνάμενος.* ex quibus primo apparet Constantinum istum gratiosum apud Constantinum Monomachum tunc imperantem, ab eo cognomento Lichudae, sive Lichudiae fuisse distinctum. secundo, intelligitur quid hic sit *παραδυναστεύειν τῷ τότε βασιλεῖ*, nempe in gratia esse, et multum posse apud eum, ut mirum sit quod Xylander annotat, *παραδυναστεύων* dignitatis seu magistratus nomen putari.

p. 32 v. 7. nomen ducis Turcorum in MS. *Χρυσόκουλος* erat; sed idem inferius inserto σ *Χρυσόσκουλος* scribebatur. nos ubique *Χρυσόσκουλον* rescripsimus desultoriae istius pertaesi varietatis.

p. 49 v. 11. *τῆς κυρίας παρούσης.* *κυρία* hic *κατὰ πρόληψιν.* Anna Dalassena mater Alexii et Isaacii Comnenorum dicitur. non enim sic appellari ex more debuit antequam filius eius imperio potiretur, quod longe post contigit. Anna lib. III. p. 75: *οἱ δὲ ὑποστρέψαντες ἀπαγγέλλουσι τῇ δεσποίνῃ τὰ μηνυθέντα· ἔφθασαν γὰρ ἤδη οὕτω ταύτην καλεῖν ἅπαντες. redierunt ad do-* P 114
minam (sic iam tum omnes Alexii matrem appellabant etc.). erat autem id tempus quo primam imperii possessionem inibat Alexius. ac quod Anna *δέσποιναν*, Bryennius *κυρίαν* scribit, videtur uterque vocem aliam vulgo tunc usitatam ad graeci antiqui sermonis usum interpretando correxisse. credibile enim est *δόμνας* sive *δομίνας* vocatas imperatorum matres; cuius rei multo antiquius exemplum afferre possum. Oppianus *Κυνηγετικῶν* I.

Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε,
τὸν μεγάλη μεγάλῳ φιτύσατο δόμνα Σεβήρῳ
ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα καὶ ὄλβιον ὠδίνασα.

in quibus satis videtur innuere poëta dominae sive domnae appellationem Martiae Severi coniugi ideo tribuere, quod ea Antoninum tunc imperantem pepererat. secundi Paralipomenon c. XV. v. 16 sic habetur de Asa rege Iuda: *sed et Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulacrum Priapi.* in Hebraeis originibus pro illis verbis, *ex augusto deposuit imperio*, legitur הסירה מגבירה quod ad verbum reddi potest, *amovit eam ne esset domina.* nimirum redactam in ordinem dominae appellatione et auctoritate privavit,

quam merito et gratia regnantis prolis obtinuerat. haec pluribus illustrari poterant; nos cursim defungimur alio festinantes.

p. 53 v. 19. *θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἰδεῖν.* cod. MS. legebat *θέαμα*, minus apte sine dubio, ut facile sentient qui harum litterarum gustum habent: quorum iudicii fiducia causas emendationum nostrarum enucleatius non exsequimur.

p. 58 v. 9. quae scribit Bryennius de Africano minore Aemilii Pauli filio digitum videntur intendere in haec Livii verba lib. XLIV. *consulem cum se in castra victor recepisset, ne sincero gaudio frueretur, cura de minore filio stimulabat. P. Scipio is erat, Africanus et ipse postea deleta Carthagine appellatus, naturalis consulis Pauli, adoptione Africani nepos. is decimum septimum tunc annum agens, quod ipsum curam augebat, dum effuse sequitur hostes, in partem aliam turba ablatus erat, et serius cum rediisset, tum demum, recepto sospite filio, victoriae tantae gaudium consul sensit.* putamus tamen Bryennium ea quae de Africano minore adhuc adolescentulo hic innuit, potius hausisse e Polybio, cuius historiam integram habuerit, quae mutila ad nos pervenit. cum enim ea pertineret ad finem ultimi belli Macedonici, quo Perseus ab Aemilio captus est, quoque Africanus iunior prima rudimenta militiae posuit, pronum arbitratu est Polybium summum eius imperatoris admiratorem, et intimum amicum, prima eius iuvenilia facinora distinctius quam Livium in generali Romanarum omnium rerum narratione celebrasse.

P 115 p. 63 v. 7. erat *ἐγεγόνει*, nos non dubitamus quin *ἐγεγώνει* Bryennius scripserit. ergo sic emendavi. vociferationem enim res exigit, et loci sententia in subita admiratione Doceani.

p. 99 v. 4. *Κωνσταντῖνος ὁ Διογένους* etc. hunc Anna lib. X Alexiad. pag. 271 memoria lapsa Leonem vocat.

p. 126 v. 1. *ἐπεὶ καὶ δολοκρατουμένην ἑώρα τούτου τὴν ἐξουσίαν.* queritur et Bryennius et Anna lib. I Alexiadis Botaniatem consilio duorum servorum Borili et Germani Comnenis infensorum cuncta administrasse. igitur hic Bryennius non *δολοκρατουμένην*, ut perperam librarius in MS. codice posuerat, sed ut nos emendavimus, *δουλοκρατουμένην* scripserit.

P 116 p. 135 v. 13. *Κυδόκτου*, quod in MS. auctoritate concordi Annae Comnenae, Curopalatae, Cedreni et Zonarae rem hanc ipsam narrantium in *Κηδόκτου* mutavimus.

p. 139 v. 11. de voce τοῦλδον vide Glossaria Meursii et Rigaltii.

p. 145 v. 2. τούτου ὁ ἀδελφὸς etc. haec perintricata sunt. videntur enim facere hunc iuvenem filium fratris Bryennii regnum affectantis, cuius plane contrarium paulo superius diserte traditur, ubi is adolescens vocatur τοῦ βασιλειῶντος υἱός. est ergo hic aliquod erratum codicis nostri, quod ut alia multa sine ope melioris codicis emendare difficile est. illud hic obiter attexam. si vera scripsit Zonaras cum Annae maritum filium primogenitum Bryennii ab Alexio victi fuisse asserit, oportuit hunc de quo hic sermo est fuisse ipsum huius operis auctorem. atqui hoc si esset id ipse aliquo modo indicasset, quod non facit. praeterea aetas nimis discrepat. nam iuvenis de quo agitur hoc loco, iam adultus et bello maturus erat initio imperii Botaniatae, hoc est octo circiter annis ante Annam genitam, quae nata demum Alexio est post mortem Roberti Guiscardi, uti narrat ipsa lib. VI. Alexiadis pag. 166. erat is annus Alexii imperantis quintus. quo tempore non multum tricenario iunior hic Bryennii caeci filius esse potuit. cuius aetati si addamus fere viginti, quot Annam numerasse cum nupsit Bryennio verisimile est, iam oportuerit ab Alexio dilectissimae filiae sponsum quinquagenarium datum, quod credibile parum. itaque Annae potius credendum ipsi, dum suum virum Bryennii Botaniatae in imperio aemuli non υἱόν, sed ἀπόγονον appellat. nepos nimirum illius fuit, ex eius primogenito hoc ipso cuius hic historia meminit natus.

v. 12. τίς οἴοιτό με περιταυλογοῦντα. sic barbare MS. pro περιαυτολογοῦντα, quod nos reposuimus. excusat enim hic Bryennius et suspicionem adulationis deprecatur, quod avi sui paterni laudes celebret. huius et similium emendationum causas enucleatius exsequi et auctorum idoneorum testimoniis fulcire potuimus, si aut vacaret aut necessarium credidissemus. accuratus et peritus lector ipse sibi ex primo loci conspectu subiiciet facile, dum nostras correctiones cognoscet, quid nos ad eas impulerit. huius rei fiducia λεπτολογεῖν supersedemus.

p. 159 v. 20. τὸ συνήθως τοῖς ἐκτομίαις ἐπαγόμενον "κλοῦ P 117
κλοῦ" πρὸς τοῦτον ἔλεγον. populari usu apud Graecos exsibilantium vox erat κλοῦ κλοῦ. id Hesychius innuit verbo κλώζειν, ubi sic annotat: κλώζειν τὸ ἐκβαλεῖν ἐκ τῶν θεάτρων. κλωγμοὺς γὰρ ἔλεγον κατὰ μίμησιν τῶν γινομένων ἐν τοῖς στόμασι ψόφων, οὓς (lego οἷς) πρὸς τὰς ἐκβολὰς ἐχρῶντο τῶν ποιητῶν. et paulo superius, κλωγμὸς ὁ διὰ τῆς γλώττης περὶ τὸν οὐρανισκὸν ψόφος ὃν λάκησίν (forte κλάκησιν) τινές φασιν, οἷον οἱ ὀνηλάται κυρίως.

ex his apparet eo sono qui allisa ad palatum lingua frangitur usos esse Graecos ad significandum contemptum in poëtas, tibicines, aut id genus artifices, qui certaminibus publicis in scenam producti non satisfaciebant, et videlicet in alios invidiam popularem quavis ex causa meritos. quia vero extremis hisce temporibus Orientalis imperii senescentis rariora videntur exhibita Constantinopoli istiusmodi spectacula ludorum et scenarum, plerumque autem in offensionem publicam incurrebant potentes apud dominos rerum eunuchi, saepe fiebat ut id genus potissimum hominum isto ludibrio traduceretur, adeo ut propria ipsorum haec explosio videretur esse, prout indicat Bryennius hoc loco.

CAROLI DU FRESNE

NOTAE HISTORICAE

ET PHILOLOGICAE.

PRAEMITTUNTUR DESCRIPTIO CONSTANTINOPOLEOS, EX CHRISTOPHORO DE BONDELMONTIBUS, ET INDICES GENEALOGICI DUCARUM, BRYENNIORUM, COMNENORUM, DUCUM APULIAE, ET SULTANORUM TURCICORUM ET ICONIENSIUM.

DESCRIPTIO
URBIS CONSTANTINOPOLEOS.

Ex Christophori de Bondelmontibus Florentini opere MS. quod de insulis Archipelagi inscripsit, et ad Cardinalem Iordanum de civitate Rhodi Romam misit, anno Christi 1422 proinde ante expugnatam a Turcis urbem. exstat illud in bibliotheca regis christianissimi, Cod. 1214.

Devenio ad laesam Constantinopolim urbem, et quamvis insula P 179
non sit, postquam huc pervenimus, de ea pauca pertractabimus, [1] ut ad indicium lugentium perveniatur. est igitur a Constantino dicta, [2] quae iuncta cum Byzantio eam maxime ampliavit. post autem saeculis labentibus imperatores [3] ecclesiis eam ornavere, et praesertim Iustinianus, qui leges condidit et *Sanctam Sophiam* aedificavit cum *palatio* et [4] *prodromo.* remanet ergo [5] triangulata, et 18 est in circuitu milliarium. primo igitur de [6] *Angulo S. Demetrii* usque ad Angulum [7] *Vlachernae* 6 milliaria, quo in spatio centum et decem eriguntur turres. abhinc igitur usque ad [8] *Criseam portam* quinque milliaria cum muro et [9] antemurali munitissimo, et vallo aquarum [10] surgentium, et turres in muro altiori 96. dehinc usque iterum *Sanctum Demetrium* milliaria 7 et turres 188, in quibus moenibus est campus ab extra, et olim portus [11] *Ulanga,* [12] ubi Graeci 50000, ut dicitur, Francorum, pane calcine frumentato dolose ex invidia vel timore occiderunt, quorum ossa innumerabilia usque in hodiernum diem perhibent testimonium. et propinqua huic [13] *Condoscali*, vel [14] *Arsena* restat. et ultra fuit supra moenia amplissimum [15] *Iustiniani palatium*, cum ecclesia [16] *Enea* dicta, nobilissima Mo-

saicorumque aedificiorum, atque cum pavimento miri ingenii contexto. ibique in alto et supra mare erat [17] *speculum* immensurabilis magnitudinis, circumspectum a longe nimis, et omnia eius aedificia marmorea in mare videntur prosternata, prope [18] *portulam imperatoris* dicti. etiam *de* [19] *immenso palatio* usque ad *Sanctam Sophiam*, erat per milliare [20] via columnarum binarum, per quam dominus accedebat, ubi [21] octingentorum clericorum per circuitum domus erant; et de totius insulae Trinacriae, ut dicitur, fructum capiebant. [22] nunc autem sola testudo ecclesiae remanet in ea, quia omnia disrupta sunt et ad nihilum devenerunt, a qua [23] usque ad pavimentum 144 brachiorum, et a pavimento usque planum fundamenti, quia toto una *cisterna* optimae aquae ampliatur brachiorum 17. insuper per ecclesiam sunt de angulo ad angulum 120 brachia, quia desuper rotunda, et in plano quadrangulata recedit. quisne poterit enumerare ornamenta marmorum atque porphyrorum, cum Mosaicis liniamentis, quia et a quo latere incipere vellem evanesco. extra igitur ecclesiam ad meridiem in platea [24] *columna* septingentorum cubitorum alta videtur, cuius in capite Iustinianus aereus equester habetur, et pomum cum laeva aureum tenens, ad Occidentem
P 180 cum dextera minatur. et iuxta hanc sex *columnae marmoreae* erectae magnae videntur seriatim. ultra vero has ad meridiem [25] *hippodromus* descenditur, quod latine equi cursus appellatur. in hoc autem spatio nobiles coram [26] iustrabant populo, et duella atque tórniamenta parabantur, 690 etiam magnitudine brach. et 134 ampliatur. et supra columnas aedificatum est, in quibus [27] *cisterna* amplissima optimae aquae totum supra dictum continet spatium. in capite vero *hippodromi* 24 [28] erant altissimae columnae, [29] ubi imperator cum principibus residebat. ab una autem parte et altera *hippodromi* sedilia gradatim in longitudine ipsius erant marmorea, ubi populus sedendo omnem ludum comprehendebat. per medium denique dicti cursus in longitudine humilis est murus. et primo versus *Sophiam* est [30] ecclesia cum muro magnifico et innumerabilium fenestrarum ornatu, ubi dominae et iuvenculae cum matronis suos prospiciebant dilectos, ubi in principio dicti muri [31] summus *balneus* erigebatur, in quo vulnerati ponebantur. deinde [32] *Agulia* ex uno lapide in quatuor aeneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum 24 et in pede eius versus sic sonat:

difficilis quondam dominis parere serenis,
iussus et exstinctis palmam portare tyrannis,
omnia Theodosio cedunt sobolique perenni,
ter denis sic victus ego domitusque diebus
iudice sub Proclo superas elatus ad auras.

ultra hunc lapidem [33] *tres aeneos serpentes* in unum videmus oribus apertis, a quibus, ut dicitur, aqua, vinum et lac ab eis exibat [34] diebus iustantium. ultra in altero ex multis lapidibus [35] *Agulia* confecta 58 cubitorum erigitur. ultra denique in fine humilis muri huius [36] quatuor humiles columnae marmoreae videntur erectae, in quibus imperatrix praeeminebat ad festum. fecit [37] Theodosius omnia ista, et alia multa per urbem laudanda. reperiuntur insuper hodie infinitae columnae, quarum quidem quinque videntur marmoreae, et 60 cubitorum pro qualibet elevatur in altum, et primo [38] *columna Iustiniani* dicta, [39] secunda *crucis*, quo in loco quatuor erectae porphyriae videntur. in quibus quidem [40] equi quatuor aenei aurati positi erant, et Veneti illos Venetiis apud Sanctum detulere Marcum, columnis remanentibus. [41] tertiaque quarta columnarum quasi in medio [42] *Polis* sunt positae, in quibus circum circa acta imperatorum sculpta cognoscuntur. in [43] *ecclesia* vero *Sanctorum Apostolorum* [44] quinta cum *Angelo* aeneo et *Constantino* genu flexo columna est, et ecclesia iam derupta, et amplissima omnia [45] sepulcra imperatorum porphyrea videntur magnifica, una cum [46] *Constantini* immenso, et ibi [47] columna ubi Christus ligatus et flagellatus est. in monasterio [48] *Pantocratoris* est [49] lapis ubi Ioseph revolvit Christum in syndone. in monasterio [50] *S. Ioannis de Petra* sunt [51] vestimenta Christi, et [52] arundo cum [53] spongia et [54] lancea in unum conservata. sunt denique per urbem innumerabiles ecclesiae atque cisternae mirae magnitudinis et industriae fabricatae et P 181
in ruina positae. vinea pro qualibet in ea trium vel quatuor [55] vegetum vini crescit. [56] *cisterna S. Ioannis de Petra*, [57] *cisterna Pantepopti*, *cisterna Pantocratora*, [58] *cisterna Apostolorum*, [59] *cisterna Mahumeti*, in qua ita subtili artificio sunt ordinatae columnae, quod est incredibile ad narrandum, et aliae multae sicut [60] *Sancta Sophia*, quae est principalior aliis, et Iustinus *) [61] in 15 annis illud explicavit opus. [62] *Sanctus Georgius de Mangana*, [63] *Sancta Herini*, [64] *Sanctus Lazarus*, [65] *Chiramas*, [66] *Enea*, [67] *Petrus et Paulus*, [68] *Sancti* 40 *Martyrum*, et sua cisterna amplissima optimae aquae, in qua ut dicitur nullum invenire finem, [69] *Anastasis*, [70] *Periuleptos*, [71] *Sanctus Ioannes de Studio*, [72] *Sanctus Andreas*, *Vlacherna*, etc. in qua tanta copia ubique aedificata remanent ipsarum ecclesiarum, et una pulchrior altera, quod longum esset enarrare. sunt enim per civitatem pauci habitatores et inimici Latinorum, qui numquam secretam pacem cum iis obtinebunt, et si promittant, non obser-

---

*) Iustinianus.

vabunt. fuit enim haec urbs pulcherrima valde, et aula sapientiae et honestatis, nunc vero ad ignorantiam, et duritiam vetustae opinionis perventi peccato gulae adhaeserunt, et in tantum delati *) 73 propter copiam piscium et carnium, quod pars quarta ipsius ad morbum inciderunt leprae, et doctrinam Ioannis Chrysostomi, Damasceni, et aliorum Sanctorum Patrum dimisere. ad trionem **), per unum milliare, 74 *Pera*, Ianuensium pulcherrima civitas est, et per sinum ab urbe separatur. sunt etenim ab isto loco usque ad mare Pontum, seu Euxinum, 18 milliaria, ad trionem ore tenuissimus, cum periculo intrantium hodie navium, cum quibus postquam de urbe narravimus, ad Aegeum mare ad insulam *Stalimini* revertemur.

---

*) fort. delicati.

*) septemtrionem.

NOTAE

IN DESCRIPTIONEM

CONSTANTINOPOLEOS.

Titulus libri sic concipitur: *Incipit liber insularum Archipelagi editus per presbyterum Christophorum de Bondelmontibus de Florentia, quem misit de civitate Rhodi Romam domino Iordano Cardinali, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo.* ex hoc libro pleraque hausit quae habet de insulis Archipelagi Thomas Porcacchus Aretinus, etsi auctoris nomen ignotum sibi fuisse scribat, ut testatur in operis, quod de insulis orbis inscripsit, prooemio. P 182

1 *indicium lugentium*] Sic in MS. forte: *iudicium legentium.*

2 *a Constantino dicta*] Senator: *Pacatiano et Hilariano Coss. civitas quae prius Byzantium dicta est, nunc mutato nomine a Constantino Constantinopolis dicta.* Paulus Drosius l. 7 c. 28 *de Constantino: urbem nomine suo Romanorum regum, vel primus, vel solus instituit.* Eutropius l. 10: *primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romae aemulam faceret.* vide Alypium Antioch. in Geogr. c. 32 et scriptores Byzantinos.

3 *ecclesiis*] Vide Pulcher. Carnot. l. 1 Hist. Hier. c. 4, Guillel. Tyr. l. 20 c. 26, Beniaminum, Albericum, et alios a nobis laudatos in not. ad Villhard. n. 66.

4 *prodromo*] An *hippodromo*, vel templo aliquo, quod in D. Ioanni *τοῦ προδρόμου* nomen erexerit Iustinianus, aut de novo instauraverit, cuiusmodi fuit illud quod in hebdomo exstitit, de quo Procopius l. 1 de Aedif. c. 28.

5 *triangulata*] Willel. Tyr. l. 2 c. 7 de Cpoli: *formam habens trianguli, trium inaequalium laterum*, etc. vide Geogr. Nubiens. p. 235. Monstrelletum 3. vol. p. 59. Itinerar. D. *de Breves*, Theuetum, etc.

6 *Angulo S. Demetrii*] Vide notas ad Alexiadis p. 361.

7 *Angulus Vlachernae*] De Blachernarum aedisque deiparae eiusdem appellationis situ passim scriptores Byzantini, praesertim Gyllius l. 1 c. 16 et l. 4 c. 5. nos etiam quaedam ad Villhard. n. 85.

8 *Criseam portam*] Quae *Χρυσῆ πόρτη* scriptoribus Byzantinis, de qua multa diximus ad eumdem Villhard. n. 129.

9 *antemurali*] Vide notata ad Villhard. n. 89 et ad Alexiadem p. 54.

10 *aquarum surgentium*] Scaturientium. Porcacchus: *e questa parte ha un muro doppio, cioè muro, et antemurale, et co'l fosso pien d'aqua, che risorge, et rende il luogo fortissimo.*

11 *Ulanga*] Locus ubi olim exstitit domus Andronici tyranni. Nicetas in Man. l. 4 n. 2: *καὶ παρὰ δόξαν Ἀνδρόνικος εἰς τὸν οἰκεῖον οἶκον παρελθών, ὃς τοῦ Βλάγγα ἐπικέκληται.* meminit vero portus ad Blancam Pachymeres l. 5 c. 10: *τὸ περὶ τὸν Βλάγκα κοντόσκαλον ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν.* adde Ducam c. 39 p. 159.

12 *ubi Graeci*] Eadem habet Porcacchus. rem vero narrat Nicetas in Man. l. 1 n. 5. adde Petr. Cluniac. l. 6 epist. 16.

13 *Condoscali*] Contoscalium; nihil aliud est quam parva scala; *κοντόν* enim Graecis *parvum* sonat. Contoscalium igitur *νεώριον* fuit supra mare Propontidis, cuius situm discimus ex porta quae etiamnum hodie a neorio, cui adhaeret, nomen sumpsit, et porta Contoscalii dicitur. etenim ipsa porta, ut ait Leunclavius in Pand. n. 200 velut intra sinum quemdam abscedit versus urbem, et ab altera parte proximum sibi portum habet pro triremibus in mare se porrigentem, et muro circumdatum. Contoscalii meminit Pachymeres l. 5 c. 10, Cantacuzenus l. 4 c. 11, Phranzes l. 3 c. 11 et Codinus in Orig. p. 54 editionis regiae.

14 *Arsena*] Sanutas l. 2 part. 4 c. 12 ait *Arsenam vulgariter vocari locum ubi conservatur navigium.* Sansovinus in Venetia l. 8 dictam vult quasi *arcem senatus*. sed an vere, alii iudicent. *Arsenalem* Cpolitanum exstruxit Theophilus imp. Michaëlis filius, uti docet inscriptio, quam habet Theuetus l. 19 Cosmogr. c. 5 et ex eo Gruterus p. 169, 3.

P 183 15 *Iustiniani palatium*] De quo nos fuse ad Villhard. n. 85.

16 *ecclesia Enea*] Aedes *τῶν ἐννέα ταγμάτων*, *novem ordinum angelorum*, de qua Scylitzes p. 808. Zonaras p. 214. Cantacuzen. l. 3 c. 88. ab hac aede porta urbis vicina *Ἀσωμάτων* dicta eidem Cantacuzeno l. 1 c. 53.

17 *speculum*] Turris forte *ad speculandum hostes de longe* confecta seu porticus, *πενταπύργιον* palatium, antea *Magnaura* appellatum, ut auctor est Scylitzes p. 513. de quo passim scriptores Byzantini. exstitit porro *Pentapyrgium* haud procul a Iustiniani palatio, ad caput freti Syceni. vix enim putem Bondelmontium hocce vocabulo indicasse publicum balneum, cui *κάτοπτρον* nomen fuit, a Constantino aedificatum, de quo Codinus in Orig.

18 *portula imperatoris*] Eadem forte, quae vicina fuit aedi deiparae *Ὁδηγητρίας*, et inde *μικρὰ πύλη τῆς Ὁδηγητρίας* dicitur Ducae c. 11 et 39, qui eam diserte statuit inter acropolim et magnum palatium. aut potius ea porta, quae *βασιλική* nuncupatur ab eodem Duca c. 38 p. 155 et 166 et Pachymere l. 12 c. 15, l. 13 c. 8. maritima nempe, per quam imperator ex palatio ad mare navem ingressurus descendebat. describitur illa a Tyrio l. 20 c. 25. adde Annam p. 443.

19 *immenso palatio*] *Magnum palatium* intelligit, quod *Constantinianum* appellat Tyrius. vide notas ad Villhard. 123 et ad Annam p. 66.

20 *via mille columnarum*] Forum intelligitur quod *Augustaeum* vocabant, et columnis cingebatur. Procopius l. 1 de Aedif. Iust. *ἔστι δὲ ἡ ἀγορὰ πρὸ τῶν βασιλείων περίστυλος, Αὐγουσταῖον καλοῦσι τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι.* alibi e regione senatus Augustaeum statuit. in 4 regione, vetus

orbis descriptio. denique vicinum fuisse magnae ecclesiae colligitur ex incendio, quo conflagravit in seditione Victoriatorum, apud Chronicum Alexandr. p. 778 et Cedrenum p. 369. sed et Nicetas in Alex. Man. F. n. 6 et Codinus de Offic. Aulae CP. c. 17 n. 10 tradunt vestibula magnae ecclesiae in Augustaeo exstitisse: unde *προαύλιον τοῦ μεγάλου ναοῦ* dicitur Zonarae p. 52, dum Iustinianeam statuam describit, quam in vestibulo magnae ecclesiae exstitisse constat, atque adeo in ipso Augustaeo, unde Cedrenus p. 347 Augustaeonis nomen ipsi statuae tribuit. porro Augustaeum a Constantino M. exstructum scribunt Hesychius Milesius et Chronicon Alexandrinum. portis vero forum ipsum clausum fuisse, Nicetas loco citato, et Codinus in Orig. CP. commemorant. scripsit Georgius Pachymeres *ἔκφρασιν τοῦ Αὐγουσταιῶνος*, quae exstat in biblioth. regia. v. Gyll. in CP. l. 2 c. 17.

21 800 *clericorum*] Vide Leg. 3 c. de Sacros. Eccl. Novell. 3 c. 1 §. 1 et Nov. 16, ubi de numero clericorum maioris ecclesiae sub Iustiniano.

22 *nunc autem sola testudo*] Augerius Busbequius in Itin. Cp. de aede Sophiana: *est ea sane moles magnifica et digna quae spectetur, maximo cum fornice sive hemisphaerio in medio, quod a solo impluvio lumen habet. sunt qui fuisse multo maius, multisque appendicibus late se extendisse, easque iampridem recisas omnes, et adyta sola, quodque fuit in templo medium remansisse asserant.* similia habet ex Graeculorum relatione D. *de Breves* in Itin. sed haec mera esse eorum figmenta norunt, qui Byzantinam historiam vel leviter attigere.

23 *usque ad pavimentum*] Vide Euagrium l. 4 c. 29 et Gyllium in CP. l. 2 c. 3 et 4.

24 *columna*] Describitur Iustinianea ista columna et statua a Procopio l. 1 de Aedif Iustin., Nicephoro Gregora l. 7 p. 193 194, Zonara p. 52, Cedreno p. 734, Suida in Iustiniano, Codino in Orig. CP., Manuēle Chrysolora p. 121, Gulielmo de Baldenzeel in Hodoepor. ad terram sanctam p. 103 etc. illius etiam meminit Nicephorus Callist. in Prooemio p. 16, Tzetzes, etc. ut vero a Turcis, non modo statua, sed et columna eversa fuerit, narrat Gyllius in CP. l. 2 c. 17.

25 *hippodromus*] Hippodromum Cpolitanum a Severo inchoatum absolvit Constantinus M. uti scribunt Zosimus l. 2, Hesychius Milesius, Cedrenus p. 252, Glycas, Codinus in Orig. et alii passim. describitur a Gyllio l. 2 c. 11 et a Theueto l. 19 Cosmogr. c. 3.

26 *iustrabant*] Ex Italico *giostrare*, Gallis *jouster.*

27 *cisterna optimae aquae*] Nam cum area hippodromi inaequalis esset, et versus Sphendonem declivis, Constantinus M. ut locum planum redderet, in loco declivi cisternam aedificavit, columnis variis sustentatam. ita Codinus in Orig. CP.

28 24 *erant altissimae columnae*] Quae describuntur a Gyllio l. 2 c. 13.

29 *ubi imperator*] Quoties ludos Circenses spectabat imperator, in tribunali sedebat, quod Chronico Alexandr. p. 60 762 et 787 *κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ*, et *κάθισμα βασιλικόν* et *δεσποτικόν* appellatur. Procopius l. 1 de bello Pers. *κάθηται δὲ εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, ὅθεν ὁ βασιλεὺς εἰώθει τόν τε ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν θεᾶσθαι ἀγῶνα.* mox tribunal istud porticui Venetorum proximum fuisse innuit: *ἐπειδὴ περὶ τὴν Βενέτειον ἐγεγόνει στοάν, ᾗ τοῦ βασιλέως θρόνου ἐν δεξιᾷ ἐστίν.* illud de novo instauravit Iustinianus A. 1. Marcellinus Comes: *anno regiae urbis conditae*

198 *regium vestibulum, priscumque in eo solium, ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, victor Iustinianus princeps eminentius clariusque quam antea fuerat, et utramque senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegravit.* sic autem istud Iustiniani solium describitur a Corippo l. 2 de Laudib. Iustini:

> *utque salutato tetigit subsellia vulgo,*
> *auratum scandens solium, sedemque paternam,*
> *constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam,*
> *aspexit laetus populos, etc.*

ad illud aditus patebat per portam, quam Chronicon Alexandr. p. 784 *Μονόπορτον* vocat. vide Lambecium ad Codinum p. 147.

30 *ecclesia*] Quae ista fuerit, haud constat. tres porro S. Sophiae adiunctas aedes sacras memorant scriptores, deiparae a Verina Augusta exstructae, Theodori a Sphoratio, et Irenes, de qua nos infra. v. Iustinianum Nov. 3 c. 3. porro Sophiani templi muris proximum fuisse ait hippodromum Beniaminus Tudelensis, ut et ceteri scriptores Byzantini.

31 *summus balneus*] Zeuxippus, balneum publicum, quod adiunctum hippodromo fuisse scribit Suidas in Severo; palatio, Sozomenus l. 3 c. 8. de Zeuxippo passim scriptores.

32 *Agulia*] Ex Italico *Aguglia*, Obeliscus CP. de quo fuse egimus ad p. 493 Alexiad.

33 *tres aeneos serpentes*] Vide Theuetum loco citato, et Busbequium in Itin. CP. p. 41 edit. Plantin.

34 *diebus iustantium*] i. in quibus fiebant equestres ludi.

35 *ex multis lapidibus Agulia*] Colossus structilis obelisco excelsior, in medio hippodromo, ex lapidibus quadratis factus, qui describitur a Gyllio l. 2 c. 12.

P 184 36 *quatuor humiles columnae*] Locus inde, ubi illae erant, *Τετρακίων* dictus Theophani A. 5 Phocae, Chr. 607. *Quatuor columnae*, Anastasio in Hist. Eccl. p. 87 et Diacono l. 17 Hist. Misc. p. 527.

37 *Theodosius*] Atqui neuter Theodosius in hippodromo quidquam exstruxisse aut confecisse legitur, si bene memini.

38 *columna Iustiniani*] Quae exstitit in Augustaeo.

39 *secunda crucis*] An ea quae exstitit iuxta aedem 40 martyrum, a Phoca A. 7 erecta, cui Heraclius imp. crucem imposuit? *columnae crucis* meminit Ducas c. 39 p. 162 163. hodie *columna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit, inquit Bulialdus. Codinus in Orig. Cp. p. 25 27 36 aliquot columnas enumerat, quibus cruces superimpositae erant. v. not. ad p. 52 Alexiad.

40 *equi quatuor aenei aurati*] Gyllius l. 2 c. 13: *antequam Galli et Veneti cepissent Cpolim, exstabant in hippodromo cum alii permulti equi lapidei et aerei, tum quatuor inaurati mira arte elaborati, quales hodie exstant supra vestibulum aedis Marcianae Veneticae, quos deportatos aiunt ex Cpoli.*

41 *tertiaque*] Vide iter CP. Augerii Busbequii p. 41 edit. Plantini, et notas ad Villhard. 163.

42 *in medio Polis*] *Πόλεως*, *urbis*. ita enim CP. vocabant Graeci istius aevi: unde hodierna urbis appellatio *Stambol* pro *στὰν πόλιν*, seu *εἰς τὴν πόλιν*, quod qui in urbem proficiscebantur, cum rogarentur quo irent, responderent *στὰν πόλιν*, *in urbem*.

43 *ecclesia SS. Apostolorum*] De hac aede egimus ad Villhard. n. 138. de ea etiam multis Gyllius l. 4 c. 2.

44 *quinta cum Angelo aeneo*] Vide Codinum in Orig. p. 16.

45 *sepulcra imperatorum*] Vide notas ad Villhard. 138.

46 *Constantini immenso*] Auctor est Eusebius l. 4 de vita Constantini ipsum Constantinum in aede Apostolorum sepulcrum sibi exstruxisse medium inter duodecim Apostolorum monumenta, *ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξιῷτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν Ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν*. id ipsum tradunt Socrates l. 1 c. ult., Sozomenus l. 2 c ult., Procop., Chronic. Alexandr., Theophanes, Alexand. Monach. de Inventione S. Crucis, Zonaras et alii qui in templo sepultum a Constantio filio narrant. addunt Euseb. Socrates, Alexander Monach. et auctor vitae Constantini M. et Helenae matris apud Gretzer. tom. 3 de Cruce p. 1721 depositum Constantini corpus *ἐν λάρνακι χρυσέᾳ*, seu locello aureo, Nicomedia, ubi exstinctus est, CP. detulisse milites, posteaque a Constantio in aedem SS. Apostolorum illatum, et in monumento porphyretico depositum una cum matris Helenae corpore. Cedrenus: *καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ, ἤτοι Ῥωμαίῳ, αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ Ἑλένη*. ita etiam Nicephorus Callist. l. 8 c. 55 et auctor Hist. Miscellae l. 11. scribit Gyllius in CPoli l. 4 c. 2 sua aetate, secundum viam latam, quae tendit per dorsum promontorii ab aede Sophiae ad portam Adrianopolitanam, prope locum ubi fuit templum Apostolorum, exstitisse solium ex porphyretico marmore factum, sed vacuum, et carens operculo, longum 10 pedes, altum 5 pedes et semissem, quod Graeci et Turci dicebant esse magni Constantini. at Zonaras non in ipso Apostolorum templo exstitisse illud sepulcrum narrat, sed *ἐν ἰδιαζούσῃ μέν ποι στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτὸς* (Constantius) *ᾠκοδόμησεν*. inde in aedem Acacii Constantini corpus transtulerat Macedonius patriarcha, qui eo facto Constantii indignationem incurrens, dignitate privatus est. sed non multo post in pristinum locum relatum est, uti narrat idem Zonaras. verum cuiusvis materiae fuerit istud Constantini sepulcrum, id constat fuisse variis ornamentis aureis circumpositis insigne, quae a furibus ablata esse Alexio Angelo imperante narrat Nicetas in vita Alexii l. 1 n. 8. ad illud procedere solitum imperatorem die D. Constantino festo, qui est 21 Maii, scribit Codinus de Offic. Aulae Cp. c. 15. meminit etiam Constantinianei monumenti Manuël Chrysoloras in Epist. ad Ioann. imp. p. 121.

47 *columna ubi Christus*] Tradit Martinus Crusius in notis ad Malaxum exstitisse sua aetate in ecclesia patriarchali, quam *τοῦ παμμακαρίστου* fuisse ait, columnam ad quam Christus flagellatus dicitur; aedis vero *τῆς παμμακαρίστου* mentio est apud Cantacuzenum l. 3 c. 80, Pachymer. l. 10 c. 9, Ducam c. 22, Malaxam, Histor. Politicam, etc. de hacce columna agunt pluribus Gretzerus tom. 1 de Cruce l. 1 c. 96 et Ferrandus l. 1. Disquisit. Reliq. c. 2 p. 76 et seq.

48 *Pantocratoris*] De hac aede vide notas ad Cinnami l. 1.

49 *lapis ubi Ioseph*] Ut in aedem Pantocratoris Epheso translatus sit, narrant Nicetas in Man. l. 7 n. 7 et Cinnamus l. 6.

50 *S. Ioannis de Petra*] V. notas ad Alexiadis p. 54.

51 *vestimenta Christi*] V. Ferrandum Disquisit. Reliq. l. 1 c. 2.

52 *arundo*] V. Tyrium l. 20 c. 25 et Ducam c. 41 p. 172.

53 *spongia*] Illata in urbem anno 4 Heraclii, 14 Sept. Ind. 3. Chron. Alexandr. p. 880. vide Will. Tyrium l. 20 c. 25. Ducam c. 41 p. 172, 40, 3. Histor. Franc. p. 343.

54 *lancea*] Qua latus domini aperuit Longinus, Hierosolymis allata in urbem, et in magna ecclesia reposita 28 Octob. A. 4 Heraclii. Chron. Alexandr. p. 882. v. not. ad Alexiadis p. 242 et 326.

55 *vegetum*] Italis *veggia*, est modius vini.

56 *cisterna S. Ioannis de Petra*] A Manuële imperatore exstructa, ut auctor est Cinnamus l. 6.

57 *cisterna Pantepopti*] De hac cisterna silent scriptores, aedis vero *τοῦ παντεπόπτου* mentio non semel occurrit. ab Anna Ducaena Alexii imperatoris matre exstructum hocce monasterium scribunt Zonaras et Glycas, et cum a rerum administratione sese abdicasset, in illud secessisse, ibique reliquum vitae exegisse. neque tantum virorum fuit, sed et feminarum: in illud relegatos Theodosium patriarcham CP. Alexio Manuëlis filio imperante, et Lapardam quemdam, qui sub Andronico tyrannidem invaserat, scribit Nicetas in Alexio n. 8 et in Andron. l. 1 n. 1, qui illud procul a Sophiana aede dissitum fuisse ait. idem in Murtzuphlo n. 2 in colle aedificatum tradit. meminit monasterii *τοῦ σωτῆρος παντεπόπτου* CPoli Pachymeres l. 4 c. 28 et Bessarion in opuscul. de Process. Spirit. S. ad Alexium Lascarim Philanthrop.

58 *cisterna Apostolorum*] Scribit Gyllius l. 4 c. 2 aedis Apostolorum nulla restare hodie vestigia, ac ne fundamentorum quidem, *nisi fundamenta quaedam cisternae, quae aquam suppeditabat aedi Apostolicae, in cuius quidem cisternae solo sunt officinae et tabernae ephippiorum circiter du-*
P 185 *centae.* eadem forte cum *Arcadiana*, quam in 11 regione statuit vetus urbis descriptio, ubi etiam exstitit aedes Apostolorum.

59 *cisterna Mahumeti*] quis iste Mahumetes fuerit, haud facile est divinare, ut et qua in urbis regione cisterna ista exstiterit: etsi probabile est alia fortasse appellatione donatam. nam quam plurimas in urbe cisternas recensent scriptores Byzantini, Arcadianam, Asparis, Basilicam, Boni, Frigidam, Basilicae Illi, Magnaurae, Maximam, Mocesiam, Modestiacam, Philoxenon, Phocae, Pulcheriae seu Aëtii, Theodosiacam, Palatii, et aliquot alias.

60 *Sancta Sophia*] Praestat hoc loco perstringere quae Graeci aliquot et Latini scriptores de Sophianae aedis elegantia passim habent. Procopius l. 1 de Aedif. Iustin. c. 1: *θέαμα τοίνυν ἐκκλησία κεκαλλιστευμένον γεγένηται, τοῖς μὲν ὁρῶσιν ὑπερφυές, τοῖς δὲ ἀκούουσι παντελῶς ἄπιστον. ἐπῆρται μὲν γὰρ εἰς ὕψος οὐράνιον ὅσον, καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν, ἐπικειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτήν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν, ὡραϊζομένη δέ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται.* alibi: *ὁπηνίκα δέ τις εὐξόμενος ἐς αὐτὸ ἴοι, ξυνίησι μὲν εὐθὺς ὡς οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει ἢ τέχνῃ, ἀλλὰ θεοῦ ῥοπῇ τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετόρνευται. ὁ νοῦς δέ οἱ πρὸς τὸν θεὸν ἐπαιρόμενος ἀεροβατεῖ, οὐ μακράν που ἡγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχωρεῖν μάλιστα οἷς αὐτὸς εἵλετο. καὶ τοῦτο οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ξυμβαίνει, ἀλλὰ διηνεκὲς ἑκάστῳ ταὐτὸ τοῦτο*

δοκεῖ, ὥσπερ ἐνταῦθα τῆς ὄψεως ἀεὶ ἀρχομένης. τούτου κόρον οὐδεὶς τοῦ θεάματος ἔλαβε πώποτε, ἀλλὰ παρόντες μὲν τῷ ἱερῷ ἄνθρωποι τοῖς ὁρωμένοις γεγήθασιν, ἀπιόντες δὲ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσεμνύνονται. Michaël Psellus in Monodia: *τὸν περικαλλῆ ναόν, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον, ὃν ᾠκοδόμησεν ἡ Σοφία ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς ὀνόματι, καὶ οὗ ὑπήρεισε τοὺς ἑπτὰ στύλους ἐκείνους.* Nicephorus Call. in Prooemio: *τὸ ἀπερινόητον καὶ ἀμήχανον ἔργον, τὸ ἄρρητον κάλλος, τὴν εἰκόνα τῆς ἀϊδίου αὐλῆς, τὸ κοινὸν ἀνθρώπων, εἴπω δ' ὅτι καὶ ἀγγέλων, ἐντρύφημα καὶ ὡραΐσμα, τὸ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου Σοφίας θεῖον ὄντως λέγω ἀνάκτορον.* Cantacuzenus l. 4 c. 4: *ὁ γάρ τοι τῆς Σοφίας, κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν, καὶ ὥσπερ τι κοινὸν ἄγαλμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὤν, καὶ δεῖγμα τῆς μεγαλουργίας καὶ τῆς περὶ τὰ καλὰ φιλοτιμίας* etc. Ducas c. 20: *ὁ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς τοῦ θεοῦ λόγου Σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς ναός, καὶ τέμενος τῆς ἁγίας τριάδος ὀνομαζόμενος, καὶ μεγάλη ἐκκλησία, καὶ νέα Σιών, σημερὸν βωμὸς βαρβάρων, καὶ οἶκος τοῦ Μωαμὲθ ἐπεκλήθη καὶ γέγονεν.* Manuël Chrysoloras p. 122: *ἀλλὰ ναὸς ἐκεῖνος, ᾧ καλῶς ποιῶν ἐκεῖνος τοὔνομα τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας ἐπεφήμησε (ἔστι γὰρ ὄντως οὐκ ἀνθρωπίνης σοφίας ἔργον), τίνα ἰδόντα ἐάσει ἕτερα τοῦ λοιποῦ λέγειν, ἢ θαυμάζειν, ἢ ἑτέρων τοῦ λοιποῦ μεμνῆσθαι* etc. Historia Politica p. 12: *πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ θεοῦ λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία, ὁ ἐπίγειος οὐρανός, ἡ νέα Σιών, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὸ καύχημα πάσης τῆς οἰκουμένης, τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῶν τῆς γῆς κτισμάτων.* haec Graeci scriptores; at ex Latinis, Corippus l. 2 de Laudibus Iustini:

ilicet angelici pergens in limina templi
imposuit pia thura focis.

Idem l. 4 de templo Sophiano a Sophia Iustini coniuge instaurato:

iam Salomoniaci sileat descriptio templi,
cedant cunctorum miracula nota locorum,
inclyta praeclarum duo sunt imitantia caelum
consilio fundata dei, venerabile templum,
et Sophianarum splendentia tecta novarum.
principis est haec aula dei etc.

Regino A. 459 de Iustiniano: *exstruxit quoque CP. templum, quod graeco vocabulo ἁγίαν σοφίαν nominavit: cuius opus adeo cuncta aedificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri.* similia habet Uspergensis. Gulielmus de Baldenzeel in Hodoepor. *credo quod sub caelo postquam mundus creatus est, non fuit tale aedificium completum, quod huic poterit in nobilitate et magnitudine ceteris paribus comparari.*

61 *in* 15 *annis*] In eodem errore versantur Codinus in Orig. CP. et Michaël Glycas, et ex iis D. *de Breves* in Itin. Orient. qui scribunt templum Sophianum annis 17 confectum fuisse. sed haec mera sunt figmenta Graeculorum sequioris aevi; quippe intra annos 5 et menses 11 absolutum a Iustiniano constat. cum enim conflagrasset magna ecclesia, seu aedes S. Sophiae a Constantino M. seu ut aliis placet, Constantio filio, aedificata, et a Theodosio iuniore instaurata, in seditione Victoriatorum, quae accidit an. Iustiniani 5, Chr. 532, Ind. 10 post cons. Lampadii et Orestis, 15 mensis Ianuarii, hanc idem imperator composita civitate, et punitis seditionis auctoribus coepit eodem anno de novo instaurare. ita Chronicon Alexandr. p. 726 et Marcellinus Comes. Cedrenus p. 371 diem coepti operis 23 Februarii annotat. sed error est in anno mundi, quem 6008 fuisse ait, seu

potius librarii, qui *ἐν τῇ στη΄*, pro *στμ΄*, facili lapsu scripsit. proinde annus mundi iuxta Graecos fuit 6040, ut recte Zonaras tradit. sed in indictione, quam 15 cucurrisse hoc anno uterque volunt, perinde mendum est manifestum, cum certum sit decimam reponi debuisse. id evidenter patet ex verbis eiusdem Cedreni, tradentis a die quo conflagraverat M. ecclesia, ad Encaeniorum diem ecclesiae Iustinianeae, elapsos annos 5 menses 11 dies 10. atqui conflagravit M. ecclesia 15 Ianuarii a. Chr. 532, hoc est, primo seditionis die, quae in quintum usque protracta est, a quo ad dedicationem quae facta est 26 Decembris a. Chr. 537 post consulatum Belisarii secundum, indict. 15, a. Iustiniani 11, intersunt tot anni et menses, quot a Cedreno computantur. Encaenia enim S. Sophiae hoc die celebrata fuisse tradit Marcellinus Comes: *ecclesia maior CP. ab imperatore Iustiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die 6. Kal. Ianuarias.* at cum a. Iustiniani 32 trullae seu hemisphaerii pars occidentalis terrae motu decidisset, unaque et sacram mensam et ciborium et ambonem contrivisset; Iustinianus, iis reaedificatis, ecclesiam rursum dedicari iussit hoc anno, uti pluribus tradunt Chronicon Alexandrin., Theophanes, Cedrenus, Hermannus Contractus, et alii; a quo ad annum coeptae totius ecclesiae exaedificationis intersunt anni 22, ex quibus colligitur Graecorum, si ad secunda Encaenia respexerint, ne sic quidem constare calculum.

62 *S. Georgius de Mangana*] De hac aede diximus ad Villhard. n. 178 et in Tract. Hist. de Capite S. Ioan. Bapt. c. 8 n. 11. adde Alexiadis p. 80.

63 *Sancta Herini*] Tria potissimum CP. Irenes nomine fuisse templa comperio. primum quod Constantinus M. iuxta aedem Sophianam exstruxit, de quo Socrates l. 1 c. 16 l. 2 c. 6, Cedrenus pag. 282, Paul. Diac. l. 11, Niceph. Call. l. 9 c. 4 etc. hanc aedem Codinus *Irenem antiquam* appellatam fuisse ait, ut et vetus urbis descriptio. nominis rationem tradit auctor vitae Pauli patriar. CP. apud Photium: *Χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων τῆς νέας δέδωκε καλεῖσθαι παλαιάν.* cum conflagrasset in seditione Victoriatorum, ut est in Chronico Alex. et apud Zonaram, Cedrenum, etc., multo ampliorem exstruxit Iustinianus, ita ut secundum a Sophiana aede locum tenuerit. meminit istius aedis ipse Iustinianus Nov. 3 c. 3. hodie intra septum regium includi, et parvam Sophiam appellari, auctor est Gyllius in CP. l. 3
P 186 c. 2. altera aedes D. Irenae in 7 regione exstitit, ut est in veteri urbis descript. hanc Marcianus imp. condiderat, uti discere est ex Niceta in Manuële l. 3 n. 7 seu ut volunt Synaxaria ad 8 Ianuarii, S. Xenophon, qui eodem Marciano imperante vixit. tertia denique aedes D. Irenae sacra ea est, quam Iustinianus ad ostium sinus Cerativi aedificasse auctor est Procopius l. 1. de Aedif. Iust. quam Theophanes dedicatam fuisse ait a. 25 Iustin. exstitit praeterea in Sycis aedes D. Irenae, de qua Niceph. Call. l. 8 c. 6. porro priorem aedem hic innui existimo.

64 *S. Lazarus*] Monasterium S. Lazari condidit Leo Philosophus, monachis eunuchis in eo institutis; ubi corpora etiam S. Lazari et S. Mariae Magdalenae ex Cypro et Bithynia allata deposuit, ut auctor est Leo Grammaticus p. 480 et 481 et ex eo Codinus in Origin. p 63. haud procul a palatio Constantinianeo illud statuit idem Codinus p. 40 et 41; Pachymeres vero MS. l. 9 c. 16 iuxta urbis muros: *μιᾶς δὲ τῆς κατὰ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου πυλίδος ἀνοιχθείσης.*

65 *Chiramas*] Nihil succurrit de hacce aede.

66 *Enea*] De qua diximus supra.

67 *Petrus et Paulus*] Vide notata ad p. 482 Alexiad.

68 40 *Martyrum*] De hac aede fuse egimus ad p. 52 Alexiad.

69 *Anastasis*] Habuere Novatiani haeretici 7 ecclesias CP. quarum praecipua fuit in ea urbis parte, quae *Pelargi* dicebatur, quam episcopi Constantinopolitani iussu Arriani funditus diruerunt. Novatiani vero eius rudera Sycas transferentes, aliam ibi exstruxerunt, et mortuo postmodum Constantio, a Iuliano facultatem impetrarunt reaedificandi ecclesiam in eodem loco, ubi steterat, eique Anastasiae nomen imposuerunt. ita Socrates l. 2 c. 30, Sozomenus l. 4 c. 19 et Nicephorus l. 9 c. 42 l. 10 c. 5. unde idem Socrates l. 7 c. 39 et Paulus Diac. l. 14 Hist. Misc. ecclesiam istam ad Pelargum, *Novatianorum* vocant. alia vero hic innuitur Anastasis, seu Anastasiae nomine donata aedes, illa nempe quae ex parvulo oratorio in magnum postea templum ab imperatoribus Byzantinis erecta est. eius condendae occasionem narrant Socrates l. 5 c. 7, Sozomenus l. 7 c. 5 et Nicephorus l. 12 c. 7. quippe aiunt occupatis CP. ecclesiis ab Arrianis, quibus tunc praeerat Demophilus patriarcha, Arrianae itidem factionis, Gregorium Nazianzenum CP. catholicorum conventum in domo quadam privata egisse, quam ea tempestate catholici in oratorium mutarunt, cui Anastasiae, seu Sanctae Anastasiae nomen inditum. Marcellinus Comes: *Gregorius Nazianzenus facundissimus Christi sacerdos, et Hieronymi nostri praeceptor, ecclesia nostra apud Byzantium capta ab Arrianis, plebem catholicam in beatae Anastasiae oratorio catholica allocutione quotidie continuit.* eadem habent Theophanes p. 56 et Cedrenus p. 315 ipseque Gregorius orat. de somnio Anastasiae, et alia habita in concilio CP. sub finem. nominis rationem varie ab auctoribus tradi comperio. Sozomenus et Nicephorus locis citatis Anastasiam dictam scribunt, quod in ea quodammodo Gregorii concionibus catholica fides, Arrianorum perfidia intermortua et collapsa, revixerit, *ἐνθάδε ἀνέστη καὶ ἀνεβίω διὰ Γρηγορίου λόγων.* aliam praeterea attexunt appellationis istius causam iidem scriptores, congregata nimirum ad concionem plebe, gravidam mulierem e sublimi porticu delapsam eo in loco exspirasse, moxque fusis ab adstantibus ad deum precibus revixisse: *ὡς ἐπὶ παραδόξῳ τε θεόθεν συμβάντι, ταύτην ἔλαχε τὴν προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος. καὶ περὶ μὲν τούτου τοιοῦτος εἰσέτι νῦν φέρεται λόγος*; verba sunt Sozomeni. utramque nominis rationem attigit etiam Cedrenus: *δισσῶς λέγεται ἡ ἐπωνυμία τοῦ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ναοῦ. Ἀνάστασις μὲν διὰ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐν ταύτῃ ἀναστῆναι, Ἀναστασίαν δέ, διὰ τὸ συμβὰν εἰς αὐτὴν θαυματούργημα*, etc. ex quibus patet non Anastasiam dumtaxat dictam hanc aedem, sed et *Anastasim*, ut appellatur a Bondelmontio. permansit eo statu oratorium Anastasiae, aedes nempe parvula, ad tempora Leonis Magni, quo imperante S. Marcianus presbyter et oeconomus eam in augustiorem formam propriis sumptibus exstruxit. Cedrenus: *Μικροῦ δὲ ὄντος τοῦ εὐκτηρίου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ ὁσίου Μαρκιανοῦ ἀνοικοδομηθῆναι καθὼς ὁρᾶται.* Synaxaria ad 8 Ianuarii, de S. Marciano: *ἐδείματο δὲ καὶ τὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τὸν ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ μεγάλου διέσωσεν ἐμπρησμοῦ*, etc. iis consentit Codinus in Origin. p. 46 edit. reg. ut vero aedem Anastasiae ab incendio servaverit S. Marcianus, narrant Theodorus Lector Ecl. 1 p. 182 et Theophanes p. 97. at Socrates l. 5 c. 7 non a Marciano, sed ab imperatoribus ipsis exstructam refert: *ᾧτινι ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσανάψαντες Ἀναστασίαν ὠνόμασαν.* sed et Sozomenus l. 7 c. 5 amplitudine et elegantia, necnon et crebris miraculis perinsignem fuisse testatur: *μετὰ δὲ ταῦτα περιφανεὶς τῶν ἐν τῇ πόλει νεὼς γέγονεν, καί ἐστιν οὐ μόνον οἰκοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐνεργῶν θεοφανειῶν ὠφελείαις.* quin etiam tradit Photius codice 59 in Pseudosynodo in suburbio Chalcedonis contra S. Ioannem Chrysost. coacta, obiectum fuisse eidem Ioanni, *ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς ἐκκλησίας ἐναπέθετο, οὕ-*

τος διέπρασε. ex quibus colligitur iam ante Leonis tempora structurae elegantia conspicuam exstitisse. utcumque sit, tum demum eo imperante Sirmio Cpolim translatas Divae Anastasiae reliquias, et in aedem eidem sacram, quae exstabat in domnini porticibus illatas tradunt Theodorus Lector Ecl. 2 p. 191, Theoph. p. 95, Cedrenus p. 347 et Nicephor. l. 14 c. 10: *ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σιρμίου τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, τῷ ὄντι ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις.* verum an Divae Anastasiae martyri primum sacra fuerit, antequam illius eo inferrentur reliquiae, addubitari potest, etsi Sanctae Anastasiae aedem ante ea tempora appellent Marcellinus Comes, Theophanes, et Cedrenus in Valentiniano: nam *Sanctae* appellatio indita videtur, quod in sacrum templum immutata fuerit, aut quod *ὀρθοδοξίαν* a S. Gregorio inductam et resuscitatam ita indigitare voluerint Byzantini. cum igitur primum *Ἀνάστασις* et *Ἀναστασία* simpliciter diceretur, addito etiam interdum *ἁγίας* epitheto, factum postea ut in resurrectionis Christi honorem dicatam primitus crederent, qua appellatione indigitabatur Hierosolymitanum templum. id colligo ex Constantino Porphyrogenneta in Basilio c. 54 scribente imperatorem hunc, *ἐν τοῖς δομνίνου λεγομένοις ἐμβόλοις τὸν εἰς ὄνομα τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως, καὶ Ἀναστασίας τῆς μάρτυρος περικαλλῆ ναὸν* exornasse, illiusque testudinem ex lignea lapideam fecisse. eadem verba habet Scylitzes. ex praedictis conficitur Anastasianam aedem in ea urbis regione exstitisse, ubi erant porticus domnini, e regione publici balnei Dagistaei nuncupati, ut ait Cedrenus p. 392 in regione septima, ut est in veteri urbis descriptione. porro aedes illa Divae Anastasiae Martyri, quam *Φαρμακολυτρίαν* vocant, quaeque Martyrium passa est Valeriano imperante, sacra fuit. illius corpus etiamnum Constantinopoli asservari in ecclesia patriarchali Graecorum auctor est R. P. Pacificus in Itinerario CP. p. 38. huius festum aiunt Graeci 29, Latini 28 Octobris.
P 187 vide Menolog. Sirleti 12 Octob. et Baron. ad 25 Decemb.

70 *Periuleptos*] Vide notas ad Alexiadis p. 70.

71 *S. Ioannes de Studio*] Vide Tractat. de Capite S. Ioannis Bapt. c. 7 n. 9 et Gyll. l. 4 c. 9.

72 *S. Andreas*] Hanc aedem exstruxit Arcadia Theodosii iunioris soror, a qua Arcadiae dicta, ut est in Chronico Alexandr. p. 711. exstitit illa iuxta templum Sancti Mocii, cumque fere collapsa esset, hanc refecit Basilius Macedo, uti tradunt Constantinus in Basilio c. 54 et Scylitzes p. 587. renovavit iterum Theodora Michaëlis Palaeologi imp. e sorore Eulogia neptis, ut est apud Gregoram l. 5 et 6 p. 119 et 128 qui monasterium feminarum fuisse ait.

73 *Propter copiam piscium*] Busbequius: *e media CP. iucundissimus est in mare, albentemque perpetuis nivibus Olympum Asiae prospectus. mare piscibus omni ex parte refertissimum, modo demittentibus se ex Maeotide Pontoque per Bosporum et Propontidem in mare Aegeum Mediterraneumque, modo ex illo subeuntibus in ipsum Pontum, sicuti natura fert piscium, tantis agminibus, tamque densis, ut interdum etiam manibus capiantur. itaque frequentissima est scombrorum, pelamydum, capitonum, Syoodontum, xiphiarum iis locis piscatio, in qua se praecipue exercent Graeci, magis quam Turcae: tametsi nec isti positos in mensa pisces aspernantur etc.*

74 *Pera*] De Pera copiose egimus in Historia Gallo-Byzantina lib. 5 n. 32 et in not. ad Villhard. n. 83.

AD HISTOTITIAM.

STEMLIBUS.

N. Ducas.

Consta

Michaël Ducas caesus cum
Constantino patruele.

Gregoras Ducas caesus
cum patre.

tu contra Bulgaros, Por-
erante.

Andronicus Dlo post moritur.

Constantinus Ducas imperium adeptus
25 Nov. obiit mense Maio A. 1067
Eudocia Constantini Dalasseni

Ducas, Constantini imp. frater, a quo
sar dictus est. uxor, Maria, nobilis
Bulgara.

Michaël Ducas cogn. Para-
pinacius imperator. uxor,
Maria Iberorum regis F.

Andro
Duc

proedrus Diogenem Ro-
cepit et excaecavit.
gariae regis ex Tro-
F. neptis.

Constantinus
Ducas proe-
drus et pro-
tostrator.

Constantinus Ducas Porphyrogenneta
rem Helena Roberti Guiscardi F
Alexii imp. F

aena
mp.

Anna Ducaena
Georgii Pa-
laeologi uxor.

Theodora
Ducaena
monacha.

C O M N E N I C I

R I M U S.

)hlagonia oriundus.

Nicephorus Comnenus protospatharius, Aspracaniae praefectus a Basilio.

curopalata, deinde M. domesticus ab
s. uxor, Anna Alexii Charonis Italiae
:ti filia, ex Dalassenis.

N. Comnena Michaëlis Doceani protospatharii uxor.

Theodorus Doceanus.

us Comnenus
ebastus et M.
icus. ux. Zoe
ucaena.

Nicephorus Comnenus sebastus et M. drungarius.

N. Comnena uxor Gregorii Pacuriani.

Maria Comnena ux. Michaëlis Taronitae.
Eudocia uxor Nicephori Melisseni Caesaris.
Theodora nupta Leoni Diogeni.

Andronicus Comnenus sebastocrator.

Isaacius Comnenus V, indic. 2.

Anna Comnena nupta Niceph. Bryennio Caesari.
Maria nupta Nicephoro Catacaloni.
Eudocia uxor Constantini Iasitae.
Theodora nupta Constantino Angelo.

uël Comnenus imperator.
cor, Irene Alemanna.
cor, Maria Antiochena.

Maria Comnena nupsit Ioanni Rogerio Caesari.
N. Comnena uxor Stephani Contostephani.
N. Comnena nupta Theodoro Vatatzae.

Iaria Comnena
Rainerii Mon-
ferratensis.

N. filia infans exstincta.

2 Alexius Comnenus imperator. uxor, Agnes de Francia.

Alexius Comnenus sebastocrator, nothus.

S ·C I

Ioannes Comnenus uxorem duxit Cam N. Comnenus.
ronem Masuthi Iconiensis Sultani F.

Isaacio Angelo imperante tyrannidem affectavit.

Ertrucules, Ioannis filius, ut quibusdam placet.

1 Irene Comnena notha, Alexio Comneno Manuëlis imp. notho nupta.

Othman, a quo ceteri Turcorum Sultani.

Al id Comnenus Paphlagoniae princeps.

Ioannes Comnenus ca A. 1295.

Alexius Comnenus imperator Trapezur atris excessum cum matre Constantino-
A. 1303. ux polim profectus.

Basilius Comnenu ris imp. F. notha.

Basilius Comnenus, cog nici ex Anna Sabauda F.

N. Comnenus imperat e concubina filii nothi.

Alexius Comnenus imperator Trape satrapae. 2 Ioanni Palaeologo imp.
politano.

Ioannes Comnenus imperator Trapezuntinus.

Alex
in

N. Comnena Carailuco Persoturcarum principi nupta.
N. Georgii Serviae despotae uxor.

N

Alexius Comnenus. Ecatheri nnenus. Anna Zagano nupta.

ꝛYENNIANAE

EALOGICUS.

ıs, ethnarcha, Cappadociae praefectus, An. 1057
atus a militibus.

ꝛorem duxit Annam, curopalatissam vulgo nuncupatam.

a imperium Ioannes Bryennius magister, curopalata et magnus domesticus a fratre dictus, a Varangis occisus.

ʂ perinde N. Bryennius, cui uxor datur a patre N. Tarchaniotae soror.

iusdem Alexii filiam N. Bryennia nupsit Mariano Maurocatacaloni.

, seu classis praefectus An. 1154. uxor, N. Abasgiae principis F.

ium ambit, excaecatur ab Isaacio Angelo imp. C. An. 1189.

pater luminibus orbatur.

ıenico, in Annae Caesarissae, Alexii imp. F. Elogio.

S T I A E

TANCREDUS de Altavuxor, N. 2 Ermesendis.

1 Willelmus, cogn. ferrea brachia, comes Apuliae, obiit Anno 1045.

1 Drogo comes Apuliae post fratrem, obiit A. 1050.

1 Humfri. uxor comes lomitis velli, deinversani. Apulia post fraufridus trem. ıes Conersani 7. 1100.

N. uxor Ricardi princip. Capuae. N. mater Roberti Crispini.

N. uxor comitis Boni-Marchisi.

Ricardus senescallus Apuliae. ux. Albenda, al. Altruda.

Robertus. vide notas ad Alexiad. pag. 399.

Gertrudis uxor Arduini nobilis Mediolanensis, cuius meminit Scylitzes.

Rocca.

Alexander.

Abagelardus. Humfred Valdelı

ux. Ioaillelmus Grifeicomes Humfrediversani. Abagelar frater ute nus.

Tancredus princeps Antioch.

Willelmus. N. uxor Ricardi de principatu, mater Rogerii princip. Antioch.

Sibylla uxor Willelmi ducis Normanniae.

ntiochenus. ıini II, regis

Stephania abbatissa S. Mariae maioris Hieros.

Radulfus de Altavilla magnus conne Rogerio rege.

1 Boemundus princeps Antiochiae. ob. A. 1111. ux. Constantia Philippi reg. Franc. F.

2 Rogerus obiit 27 A uxor, Ade sii comiti

ɔylla Ebali itis iaci.

2 N. nupta Hugoni comiti Cenomanensi.

2 Mabilia nupta Willelmo de Grentemesnil.

Ioannes obiit infans.

Boemundus princeps Antiochenus obiit An. 1148. ux. Aleidis Bald. II, reg. Hieros. F.

Willeesnil. Ap. c

Robertus de Grentemesnil.

Constantia principissa Antiochena ıstellione.

1 Boemundus princeps Antiochenus.

1 Balduinus ob. An. 1174.

2 Alix nupta marchioni Estensi.

IS SICULI

LTERA.

ux. N. 2 ux. Fredesendis.

ultimus filiorum Tancredi ex secunda uxore, comes Siciliae, obiit An. 1101.
Iudith, quae et Delicia. 2 Eremburgis. 3 Adelais de Monteferrato.

gerius rex Siciliae An. 1154. 1 uxor, lia Petri Leonis. olda filia comitis orum. 3 Alberia lfonsi regis Casti- 4 Sibylla filia Hu- duc. Burgundiae. atrix Guiteri co- s Regitestensis.

2 N. uxor Roberti Burgundi.

2 Mathildis nupsit Ranulfo comiti Avelini.

2 N. uxor Roberti de Bassavilla.

2 Iordanus nothus ob. A. 1092 ux. N. soror Adelaidis comitissae.

Robertus comes Avelini.

Adelais uxor Gaufridi de Aquila comitis Fundani.

Robertus de Bassavilla comes Loritelli.

Rainaldus C. Avelini. ux. Fredesendis.

Robertus. Drogo.

Rogerius comes Avelini, pater alterius Rogerii comitis, cuius meminit Falcandus.

Ada- s Gra- e.

3 Constantia nupta Henrico imperatori.

Simon princeps Tarenti nothus.

Clementia notha nupsit 1 Hugoni Mellino comiti Molesini. 2 Mathaeo Bonello.

N. notha nupta Henrico, seu Roderico comiti Montiscaveosi Margaretae reginae Siciliae fratri.

s II, imperator, rex Siciliae.

or, ni-

Willelmus II, rex Siciliae obiit An. 1189. uxor, Ioanna F. Henrici II, regis Angliae.

Henricus princeps Capuae ἄπαις.

Robertus ἄπαις.

s, ca- ectus

Alberia nupsit 1 Galtero comiti Briennensi. 2 Iacobo comiti Tricarici. 3 Tigrino comiti Palatino.

Constantia nupta Petro Zano duci Venetiae.

Madonia.

pensis.

2 Simon comes Tricarici.

2 Adeletta.

T.

Salgeus 107.

Michaël cum Muchamudo Sultano mrater Michaëlis.
inde ceteri Turci rebellandi captata oc
ni Iconienses orti. v. ind. seq.

Abutalib Mahomet, cogn. Tegralbec, cum in fratrem Chediga Caim-
Aithono Dogrissa dictus, deleto Masset, ab eo supera- bemrillae Bag-
matur An. Chr. 1057i datus est A. 1058. datensis Cali-
ot. ad Bryenn. phae uxor.

Guedadoldulus Alba Arselanus, '70 771 774. periit in praelio.
Tyrio Belfet et Belsetof, Aithono
Aspasalem, Graecis Asan et Axan, anus, Tyrio nepos Belsetof dictus.
Turcorum Sultanus, Romanum
Diogenem imp. delet capitque. N. filia.
interficitur A. 1071.

Gelaloldulus Mascosas, seu Melecsil exacto Isaco invadit, dumque Sul-
Molecsa, M. Turcorum Sultanus morit fratris excessum, a Belciaroco ne-
pares Annae dicitur. Tutuses dicitur Annae. v. notas.

Muhamed seu Mechemud annos natus 5 Sultanus inauguratur, rerum potiente Berchana matre. a fratre Belciaroco pellitur.

Belciarocus Purgiaruch, chemud fratr natum invadit An. 1104,

ansolmalucus Degacus amascum fratri eripit n. 1095. Emesam ca- An. 1102. moritur n. 1103. v. not. ad Ann. p. 329.

N. filia nupta nobili Arabi. Anna pag. 178. v. not.

Gelaloldulus ann. 14 natus, patre exstincto, Sultanus acclamatur: nec multo post a Mahumeto in ordinem redigitur.

Sa Alep- fratrem ps, An. 14.

N. filia nupta Balado Aleppi Sultano. v. Orderic. Vital. pag. 825 826 827.

M M A

I C O N I E N S I U M.

ımate Sultanorum Turcicorum.

N. Michaëlis frater.

El Macino Ptolomaeus. v. not. ad Bryenn. p. 106.

ci Sultano interficitur An. 1085. Masour. N. N. N. filii tres.

tanus, expu- :.

Dalimannus Solymanni frater Orderico p. 797.

Melas uxor Rogerii principis Antiocheni.

N. filia nupta Tzachae Smyrnae etc. toparchae. Anna p. 251.

Tzacha Smyrnae dom. Anna p. 321.

undo superatur. Orderic. N. alter filius.

N. filia nupta Iagupazani Amasiae, Ancyrae, et Cappadociae toparchae.

N. filia nupta Daduni domino Caesareae et Sebasteae.

Camero nupta Ioanni Comneno Andronici imp. filio. v. stemma Comnen.

ıs ɔ- o-

Coppatinus Sultanus Melitenes, quo exstincto, Rucratinus frater Melitenem occupat.

Rucratinus Sultanus Aminsi, Caichosroe fratre in ordinem redacto, Iconiensem principatum invadit. C. A. 1200. moritur C. A. 1204.

r, patri successerit. mortuum Sultanum Iconiensem A. 1219 tradunt Iacobus ni filiam in uxorem habuisse testantur alii.

e Iathatinus, a patre moriente Iconiensi donatur principatu. Tartari illo impe- ɔsum delent, fugantque A. 1142 1143. moritur Attaliae A. 1245.

d Graecos profugisset, ab iis detentus, ır, moxque moritur.

Aladinus ex regina Georgiae natus.

Iconium adeptus a rebellantibus Turcis occiditur. post illius caeım altera Othomannicae initium et originem dedit.

CAROLI DU FRESNE
NOTAE HISTORICAE
ET PHILOLOGICAE.

P. 6 v. 5. ὁ τῆς βασιλείας δίκαιος] Etsi nobilitas generis re- P 196
rumque praeclare gestarum gloria et animi corporisve dotes ut
plurimum apud Byzantinos ad supremam adipiscendam dignita-
tem gradum videantur fecisse: saepe tamen legere est mediocris
vel etiam infimae sortis homines et fortunae, ut ita dicam, foe-
tus, posthabitis non paucis, quibus ex iure debebatur, ad id fa-
stigii non semel evectos. et sane non admodum proclive est de-
cernere, cui rei publicae administrandae seu monarchiae potius
speciei tribuendus sit Orientalis principatus. neque enim electione
vel successione ex legibus aut recepto more fere unquam delatus
fuit, immo ex utraque imperandi ratione constitit, legitima nimi-
rum et quae haereditaria successione cernitur monarchia et quae
populi vel optimatum consensu ex suffragiis defertur. erunt for-
tasse qui feliciori coniectura harum neutri censeant adscribendum:
quod certe magis probem: cum fere semper aut militari plausu
aut incondito plebis tumultu, nulla habita generis vel legitimae
electionis ratione, potentioribus delatus aut ab iis usurpatus tra-
datur. verum cum ad consequendum imperatorium diadema non
modicum praestiterit praesidium natalium splendor, id etiam in
confesso esse debet, ad familiae et posteris illud asserendum plu- P 197
rimum momenti ipsam imperii contulisse possessionem. quamvis
enim ex praescripto liberis posterisque nullum esset ad paternam,
avitam, aut familiarem dignitatem consequendam ius definitum,
haud temere tamen discedebatur a stirpe Augusta: quam prae-
terea, cum ceteroquin, fato functis imperatoribus, universa pe-
nes illam remaneret supremae dominationis auctoritas, a possi-
dentium manibus avellere nec promptum nec tutum erat. sic im-
perasse diu Constantinopoli et Trapezunte per longam satis generis
seriem Comnenos legimus, quorum gens praeclara adeo et illustris
habita est, ut qui deinceps Constantinopoli imperii clavum tenue-

runt Augusti, Comnenicum identidem cognomen sibi arrogarint familiaeque suae admiscuerint cognominibus, quo iura ad imperium ex usurpatione aliundeve sibi quaesita veluti ex Comnenicae familiae, cuius ex diutina possessione esse videbatur, legitima successione firmarent. cum igitur Constantinopolitanum imperium neque ex consanguinitate neque electione, sed ex quodam ex utraque mixto iure deferretur, magni tamen fuisse constat momenti ad illud consequendum aut sane ad usurpationem legitimae successionis velo obtegendam, paternam et familiarem haereditatem. huius certe specie et iure Alexium socerum a violenta sceptri occupatione purgare conatur hocce loco Bryennius, dum contendit illud capessere renuentibus ducis, aut abrogata iis a proceribus potestate, ad Comnenos haereditatem veluti legitimam delabi debuisse. verum si ad Comnenos devolutum fuit imperium, quod ortus ex ea gente Isaacius id tenuerit, secundogenitus Alexius primogenito Isaacio sebastocratori fratri praeferri non debuit: si ex Ducarum affinitate, supererant quibus iustiori longe titulo debebatur, iique Porphyrogeniti seu Porphyrogennetae, id est post adeptam a parentibus dignitatem nati, quibus ex iure deberi videbatur. id ut diluat Bryennius, opponit primogeniti Isaacii fratris consensum, et a Constantino Michaëlis Ducae imperatoris fratre recusatum, Constantino denique, Michaëlis filio, ex aetatis defectu abrogatum imperium. sed haec mera esse figmenta quis non videt, cum Alexium constet imperium arte et in suas allectis partes proceribus et militibus consecutum, et ad illud firmandum tum demum eiusmodi in medium post adeptam dignitatem adductas rationes. contrariis et oppositis prorsus usus videtur Alexius Angelus, qui cum Isaacio fratri per summum nefas eripuisset imperium, quo scelestam quoquomodo tegeret usurpationem, hac se unica defendit ratione: illud nempe per electionem a proceribus solitam deferri, non per successionem, nisi superesset qui post adeptam dignitatem esset in lucem editus. ita pro libitu quas sibi magis rebantur profuturas, tamquam arreptae tyrannidis velamenta, in medium afferebant rationes, quas praeterea rerum praeteritarum exemplis firmare haud aegre poterant, cum nullum unquam ad consequendam imperatoriam dignitatem certum fuerit ius definitum. de Alexio Angelo audiendus Innocentius III. PP. l. 5 epist. ad eumdem Alexium: *ex parte insuper tuae celsitudinis adiecerunt, quod Alexio filio Isachii Angeli quondam imperatoris, qui ad Philippum ducem Sueviae accessit, ut imperium contra te ipsius possit auxilio obtinere, favorem nullatenus praestaremus, quia imperium non debet ad eum aliqua ratione devolvi, cum illud non per successionem, sed per electionem nobilium conferatur: nisi forte genitus esset post adeptum fastigium imperatoriae dignitatis, quod nunquam idem Alexius poterat allegare, cum priusquam pater eius esset in im-*

peratorem promotus, natus fuerit: et quia pater eius tunc privata erat persona, in imperio non poterat sibi ius aliquod vindicare. cum igitur per nefandas artes, per caedes et parricidia,
et cuiuslibet generis maleficia, ad istud proveherentur culmen P 198
Orientales Augusti, quid mirum si deus non supremam modo imperatoriae dignitatis auctoritatem et titulum transtulit ad Occidentales, sed et universum, quod sceleribus quaerebatur et administrabatur imperium, mutuis invicem dissidiis et barbararum gentium irruptionibus labefactari ac tandem dissolvi permisit. Glaber Radulfus l. 1 Hist. Franc. c. 4: *constat igitur ab anterioribus illud principale totius orbis imperium fuisse divisum, scilicet ut quemadmodum universae latinitatis Roma gerere deberet principatum, ita Constantinopolis tam Graecorum speciale caput in transmarinis Orientis partibus, quam ceterorum. sed dum semel in se novit dispertiri, postmodum paulatim pars utraque usitatius didicit minui: videlicet donec contingeret illud coartari praeliis, ut foret brevius, et istud appeteret moderari extraneus. et quoniam magis contingebat tyrannide imperare, quam vel liberali pietate, vel originali propagine, idcirco par erat talium contumaciam cum sibi subditis, crebris infestationum plagis atterere.*

p. 13 v. 11. *ἐξάδελφος ἦν*] Fuit igitur Ducae istius parens, quem a Constantino M. urbis ducem dictum vult Bryennius, Constantii Chlori frater. verum id neque fidem meretur, cum de fictitio illo Duca, ut et de istiusmodi dignitate sileant prorsus scriptores. vix enim crediderim quemquam sub Constantino vel etiam Constantini successoribus hac functum dignitate, nisi forte Thraciae duces intelligantur, qui ea in provincia, cuius metropolis erat Byzantium, militibus praeerant. auctor est quippe Zosimus l. 2, Constantini aevo in universo imperio praefuisse duces, quorum potestatem in magistros militum traduxit idem Augustus, hac in parte praefectorum praetorio detrahens auctoritati, penes quos antea bellicae rei summa erat. *ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἳ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον, στρατηλάτας καταστήσας, τὸν μὲν τοῦ ἵππου, τὸν δὲ τῶν πεζῶν, εἰς τούτους τε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθείς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντείας.* porro Thraciae provinciam sub Constantino M. rexisse Taurum procos. auctor est Constantinus Porph. l. 2 de Them. c. 1. denique Constantinopolim praefectis, non ducibus paruisse ex scriptoribus colligitur. certe Scylitzes in Michaële Stratiotico Ducarum familiam *ἐκ τοῦ γένους τῶν ἑῴων τοῦ δουκός* videtur ortam innuere, atque inde natum Ducarum cognomen. sed an Ducae qui Bryennii supererant tempestate, ab antiquis illis ducis genus duxerint, in dubium vocat

Zonaras, quod fusius discutiendum reservamus in stemmate Ducarum.

p. 13 v. 21. *ἀπὸ τοῦ Δουκικοῦ ῥιζώματος*] Inscriptio crucis Grandimontanae, quam in Dissert. 26 ad Ioinvillam pluribus exponimus, de Irene Alexii imperatoris uxore,

ἐκ Δουκικῆς φυέντι καλλιδενδρίας,
ἧς ῥιζοπρέμνων ἡ βασιλὶς Εἰρήνη.

Michaël Attaliates de Michaële Duca imperatore.

ὁ κοσμοτερπὴς τοῦ δουκῶν γένους κλάδος,
ὁ παμμέγιστος Μιχαὴλ αὐτοκράτωρ.

p. 18 v. 12. *μονὴ τοῦ Στουδίου*] Exstitit enim monasterium Studianum ad portam auream, ut discere est ex Chronico Alex. A. Heraclii 17 et Cedreno in Mich. Rhang. unde ex urbe in Philopatium suburbanum, quo venationis et exercitationis ergo imperatores ipsi concedebant, prodire facile erat. v. not. ad Villhard. n. 93 et Syntagma de Invent. Cap. S. Ioann. Bapt. c. 8 n. 8.

p. 25 v. 21. *τίνες δὲ οἱ Τοῦρκοι*] De Turcorum origine ac
P 199 primis sedibus multa hactenus scriptores varii congesserunt. illud in confesso est, ad Caucasi montis partes septentrionales versus Tanaim et Bosporum habitasse, ex Bryennio, Scylitze et Zonara, quibus consentit Porphyrogenneta: tradit quippe lib. de Adm. imp. c. 3. Turcos Patzinacis vicinos fuisse: c. 12. provinciam ab iis inhabitatam ab Occidente Franciam, a Septentrione Patzinacitas, a Meridie magnam Moraviam habuisse auctor est. denique c. 38 et 40. Chazaris conterminos fuisse ait. atque ut inde facilius deprehendatur quem incoluerunt tractus, observandum ex eodem scriptore c. 1, 8 et 37. Patzinacitas gentem fuisse vicinam Russis, et ad Danaprim et Danastrim celeberrimos fluvios, versus Chersonesum Tauricam habitasse. Franciae appellatione intelliguntur regiones ad Septentrionem, quae Francis aut imperatoribus Germanicis, Porphyrogennetae aevo, parebant, Poloni videlicet et vicinae iis nationes. magna Moravia, quae Sphendopluci regio dicitur, eidem Porphyrogennetae c. 12, 38 et 41 videtur eadem quae hodie Moldavia appellatur. Chazari denique, quorum crebra est apud scriptores Byzantinos mentio, finitimi erant Uzis, Alanis, Chersonitis, Bulgaris et ipsis Turcis. Turcia igitur vetus ex praedictis exstitisse coniicitur in Lithuaniae provinciis, quae ad Pontum Euxinum vergunt. sed et ad Istrum ipsum habitasse Turcos docent Scylitzes et Zonaras in Leone Philos. et in Constantino Monomacho. cavendum porro ne quis existimet tunc primum Turcorum in Asia nomen auditum, aut ex Septentrione in Orientem traiecisse Turcos, cum Monomachus imperavit, quod primo intuitu velle videntur Bryennius, Scylitzes et Zonaras. certe eo in errore versatur Theodorus Gaza Thessalonicensis in tractatu, quem *περὶ ἀρχαιογονίας Τούρκων* inscripsit, Scylitzae, seu ut vocat, Scylacis, verbis delusus, a quo pleraque, quae ha-

bet in hoc syntagmate, desumpsit, de quo scriptore istud appingit iudicium, *Σκύλαξ μὲν οὖν ὁ τὰς πράξεις συγγεγραφὼς ἀπὸ Νικηφόρου τῶν Γενικῶν, μέχρι Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐφ' οὗ δὴ καὶ αὐτὸς ἦν, ἀνὴρ μὲν οὐκ εὐκαταφρόνητος, τὴν λέξιν δὲ ἰδιώτης*, etc. Turcos, inquam, non ex Hunnicis seu arctois regionibus, in auxilium evocavit Muchemetes, sed ex ea quam hac aetate incolebant, ultra Araxidem fluvium, provincia, Chorosanae seu Persidi contermina, quo longe antea ex Septentrione concesserant, ut ex Porphyrogenneta c. 38 discere est. cum enim a Patzinacitis debellati essent propriisque eiecti sedibus, horum pars una versus Occidentem secessit, altera transiit in Persidem, ibique incoluit regionem, quam de eorum nomine Turquestanam etiamnum appellant. sane Aithonus c. 15 Turcos Persidem incoluisse auctor est longe ante eversum a Saracenis Persarum imperium. sed et ipso Mauricio imperante, cum Persis ipsis conterminis bella gessisse, iisque imperasse tributa scribit Theophylactus Simocatta l. 1 c. 8, ubi haec de Turcis Orientalibus habet: *Οὖννοι δ' οὗτοι, προσοικοῦντες τῇ ἕῳ Περσῶν πλησιόχωροι, οὓς καὶ Τούρκους ἀποκαλεῖν τοῖς πολλοῖς γνωριμώτερον.* agit praeterea de iis l. 3 c. 6, l. 4 c. 7 et 10 El-Macinus in Hist. Arabum sub An. Ch. 701, 720, 724, 731 etc. Turcorum Persicorum, qui tum regibus suis parebant, meminit. unde quo loco idem scriptor primam Turcicorum Sultanorum originem recenset, Decacum Tangrolipecis abavum tradit gratissimum fuisse Turcorum regi, adeo ut eius uteretur ille consiliis. ex quibus ea etiam tempestate Turcos regibus suis paruisse constat. praeterea Theophanes A. 732 describens Arabum expeditionem in Turcos, ait Masalmanem, Hasciami Caliphae fratrem, exercitum adduxisse in Turciam, et cum iam portas Caspias attigisset, correptum metu, retro cessisse. constat vero portas Caspias a Plinio et geographis P 200
in Asia, Mediam inter et Parthiam poni, proinde haud procul ab Oxo flumine, ad quem inhabitasse Turcos mox ostendemus, in extremis Persarum confinibus, *ἐν τοῖς ἄκροις τῶν Περσῶν*, ubi Turcomanos statuit Acropolita c. 65. v. Albericum A. 1059.

p. 26 v. 4. *γαλακτοφάγον*] Willelmus Tyrius l. 1 c. 7 de Turcomanis: *gens igitur Turcorum, seu Turcomanorum, (nam ab eodem habuerunt originem) ab initio septentrionalis fuit, inculta penitus, et certam non habens sedem. vagabantur etenim, et passim circumferebantur, pascuorum sectantes commoditatem, non habentes urbes, vel oppida, vel alicubi manentem civitatem.* et infra: *migrantes autem universam secum substantiam transferebant, equitia, greges, et armenta, servos et ancillas, nam et in his eorum omne consistebat peculium, nusquam agriculturae dantes operam*, etc. his consentanea habent Iacobus de Vitriaco l. 1. c. 11, auctor Hist. Hieros. p. 1161, auctor expedit. Asiat. Frider. 1 p. 78 et Aithonus c. 2.

p. 26 v. 6. καὶ τῆς μὲν Σαρακηνῶν ἐπικρατείας] Persarum imperium delevit omnino Arabum Calipha Othman, qui Tyrio l. 19 c. 20 *Vhemen* dicitur, post Isdegerdae regis interitum A. Chr. 649, Theophan. El-Macin. Aithon. Bizarr. etc.

v. 12. *Μουχούμετ*] Imperabat Muchemetus, si Bryennium, Scylitzem, et Zonaram audimus, Persidi, Chorosanae et Mediae. at El-Macinus l. 3 c. 7 Indiae regem fuisse refert, eumdemque Sebuctakini, non Imbraelis filium facit. sed praestat audire ipsum El-Macinum, cum paulo secus rem narret, de Sultanorum Iconiensium origine fusius disserentem, ex versione Thomae Erpenii: *anno* (Hegirae) 420 (Christi 1038) *coeperunt principes Salghucidae. et primus quidem ex iis inauguratus fuit Muhammed Abutalib Togrulbecus,* (Vaterio *Tegralbecus*, Aithono *Dogrissa*, Tyrio *Belphet*, Graecis denique *Tangrolipex* dictus) *cuius fratres erant David Ghacarbecus, Firus, et Arselanus. atque hi filii erant Michaëlis* (Bryennio *Macaëlis*) *filii Salghuci, filii Dacaci*, (aut *Dagaci*). *qui Dacacus vir fuit Turca, animosus, boni consilii et regiminis. hic primus ex iis Islanismum est amplexus* (vide Aithonum c. 15) *et rex Turcarum consilio eius utebatur, eumque sibi assumebat in bello suo inter Turcas. moriens autem filium reliquit Salghucum* (qui Aithono *Sadok*) *iam adultum, cui et rex Turcorum commisit regimen exercituum suorum. sed cum deinde metueret sibi ab astutia eius, statuit eum interficere. quod cum Salghuco subolevisset, fugit ad regem Ghabiae Haronem Sahabuddawam, absque eo auxilium petiit, ad oppugnandam regionem infidelium Turcorum, unde is eum iuvit numeroso exercitu. sed occisus fuit Salghucus ab infideli quodam in praelio, iam natus annos centum et septem. filium reliquit Michaëlem, cui liberi sunt nati illi, quorum nomina supra commemoravimus. commorabantur autem in Mauranahara,* (i. regione ultra fluvium) *et obediverunt isti Michaëli quam plurimi Turcae, nullum imperatorem praeter eum agnoscentes. cumque contingeret ut princeps Mahmudus, filius Sebuctakini, rex Indiae traiiceret fluvium Ghaihonem, opem laturus Wararchano regi Mauranaharae, salutavit Michaël regem Mahmudum, qui miratus est animum eius et strenuitatem, quodque familia eius morem ei gereret: et ab eo petiit ut apud se maneret, fore ut cum reverteretur, committeret ei Chorosanam defendendam contra hostes. at is id recusavit. unde iratus Mahmudus in vincula eum coniecit, et rediens in iis detinuit. unde secuti eum sunt milites Michaëlis, et familia eius, substiteruntque in planitie Chorosanae. postea vita excessit rex Mahmudus, poenitentia ductus, quod Turcas, milites scilicet filii Salghuci, in regione sua reliquisset, metuens ne locum suum occuparent. mortuo autem rege Mahmudo, filio Sebuctakini, regnum accepit filius eius Masudus Abusaidus filius Mah-*

mudi, qui ex suis exercitum misit contra milites filii Salghuci. P 201
hic exercitus eos oppugnavit et fudit, quibusdam etiam captis. hinc et Michaël filius Salghuci obiit, iunxeruntque se Turcae Salghucidae filio eius Muhammedi Abutalibi, cognomento Togrulbeco, qui oppugnans exercitum Masudi F. Mahmudis, eumdem fudit, quibusdam captis, et quibusdam caesis: persecutusque eos Tusum usque, quod oppidum adortus, cepit. atque id primum fuit oppidum quod in potestatem Salghucidarum venit: et in eo congregati Togrulbecus, ac milites eius, id muniverunt. deinde exierunt inde Naisaburium, et eo quoque sunt potiti. rex autem Masudus fugit in Indiam, et in regionem eius penetravit, inque ea diu permansit, deserta Chorosana: quam Salghucidae, graviter se in ea gerentes, subiugarunt, et opibus spoliarunt. quod cum intellexisset princeps Masuchus, reversus est, sed bello eum petierunt Salghucidae, et in fugam verterunt. unde Caiimus Biamrilla (Chalipha Baldacensis) *monuit atque hortatus est eos, ut regionem Moslimorum custodirent. hinc adortus iterum eos est Masudus, sed illi et secundo eum in fugam turpem verterunt, et stabilitum fuit eis imperium.* haec etsi prolixiora ad illustranda quae de Turcicorum Sultanorum origine habent Graeci scriptores, hocce loco inserenda operae pretium duximus. adde Petrum Texeram l. 2 Rer. Persic. c. 43.

p. 27 v. 8. Ἀῤῥάξιδος] Eadem appellatione donatur fluvius iste a Scylitze, qui alius et diversus est prorsus ab Araxe Armeniae maioris fluvio, qui in Caspium mare illabitur. nam Araxis, etsi in idem mare pariter influat, Araxae omnino oppositus fuit, ut qui Persidem a Turcorum Asiaticorum regione diviserit, quo per pontem desuper stratum transito in eam provinciam penetrarunt Turci, qui eo aevo regionem incolebant, quam etiamnum a primaria eorum sede, Turquestanam vocant. unde videtur Araxis fluvius ille esse, quem Oxum veteres appellabant, qui in mare Caspium illabitur et Persidi propior est, quam alter magnus perinde fluvius, qui Septentrionem versus in idem mare evolvitur, Iaxartes Ptolemaeo, Straboni, Ammiano l. 23, Gregorae l. 2 et aliis dictus, uterque ab Occidente profectus. neque ab hac sententia discedit El-Macinus, qui ea tempestate Turcos Asiaticos tractum incoluisse narrat, quem geographi Arabes *Maurahanaram*, seu ut effert Ioannes Gravius, *Mawaradnaharam*, tabulae geographicae *Maurenaher*, vocant, quod vocabulum *regionem ultra fluvium sitam* sonat, ut auctor est Petrus Vaterius in praefat. ad eumdem scriptorem: quam quidem provinciam peculiari commentario illustravit, descripsitque Abulfeda Ismael Arabs. fluvii autem nomenclatura intelligi debere *Ghaionem*, seu *Gichonem*, vel, ut alii denique vocem hanc efferunt, *Iihun*, qui ad Meridiem Mauranaharam, a Chorosana, seu Perside interiore se-

cernit, censet idem Vaterius. quod perspicue etiam tradit Achamed Guerapsi F. in Temiris Historia l. 1 n. 5, dum ait Mauranaharae populos, prae Temiris, seu Tambersani, qui provinciam invaserat, metu, transmisso Gichone, in Chorosanam pervenisse. proinde recte Paulus Rhamnusius in Geogr. dixit Oxum eumdem fluvium esse, quem Arabes Gichonem vocant, qui, ut auctor est Abulfeda, ut plurimum ab ortu in occasum fluit. Mauranaharae metropolis fuit *Samerkanda*, Sultanorum, ac Temiris ipsius regia, protendebaturque ea provincia ad alium fluvium, quem ad Septentrionem in mare Caspium illabi diximus, Arabibus *Sichon*, in tabulis geograph. *Chezel* nuncupatum. qua porro fluvius Ghaion seu Gichon in mare Caspium effluit, ea protenditur provincia, quam *Chowaresmiam* vocat Abulfeda, *Chowarzam* Achamed n. 8 et alibi, *Chowarasmam* El-Macinus l. 1 c. 13, Chorosanae contigua, quod etiam testatur Alderisius 8 part. clim. 4, ex cuius nomine mare Caspium, quod eidem Achamedo l. 3 n. 11 *mare*
P 202 *Calzam* dicitur, ab Abulfeda et a praedictis scriptoribus *lacus Chowarazmiae* nuncupatur. sed et ipse fluvius Gichon, *Cobar*, seu *Cowar* appellatur a Tyrio l. 1 c. 7. proinde erit *Gichon*, *Gihon* et *Ghaion* Arabibus, qui Graecis *Ἄραξις* et *Ὄξος*, de cuius decursu et magnitudine nonnulla habent Beniaminus Tudel. et Alderisius p. 138, 196 et 212. vide Salmasium ad Solinum p. 1201.

p. 27 v. 14. *δυσανασχετῶν*] Contigit hoc praelium cum Masudo seu Masgudo, quem parentis nomine donant vulgo Graeci scriptores, A. Heg. 432, Christi 1040, ut auctor est El-Macinus.

p. 28 v. 20. *ἀλλ' οἱ μὲν*] De morte et clade Masudi, sic idem El-Macinus A. proxime sequenti: *eodem anno occisus fuit princeps Masudus filius Mahmudi, filii Sabuctakini regis Chorosanae, Indiae, et Mauranaharae, qui fuit rex fortis et strenuus, peritus bellandi, ac bene regens subditos suos atque regiones, et successit ei frater eius imperator Muhammed filius Mahmudi.* porro qui Cabiri Bryennio hic et Scylitzae dicuntur, videntur iidem cum Cabaris, populis videlicet, Turcis Septentrionalibus conterminis, cum quibus in Persidem forte transierant. horum meminit Constantinus Porph. de Adm. imp. c. 39.

p. 29 v. 20. *σουλτάνον*] Vide dissertationem nostram 16 ad Ioinvillam, ubi locum hunc Bryennii pluribus expendimus.

p. 30 v. 16. *Πισσασύριον*] Fuit ille origine et gente Turcus, vocaturque ab El-Macino, *Rustanus Abulharitus Mutaffirus*, cognomento *Basasareus*, et in Chronico Orientali ab Abrahamo Echellensi edito, *Basasirus*, ex quo *Pissassyrium* confecerunt Bryennius et Scylitzes. is in Geraca, seu Chaldaea potens factus, prosperisque elatus rerum successibus, regionem non suo duntaxat asseruit imperio, sed et Arabibus et Saracenis terrore incusso, supremam in Boiitarum, quorum mox memini, provin-

ciis potestatem sibi vindicavit: ita ut cum Melec-Rachimo praeter merum titulum nihil restaret, de ipsa cogitaret invadenda Bagdadensi urbe, et ex ea depellendo Chalipha. quod cum rescisset Caimbiamrilla Chalipha, Togrulbecum evocavit, quo se adversus Basasareum tueretur, qui Togrulbeci percepto adventu, Mustanserobellae Aegypti domini subsidium imploravit. Togrulbecus interim capto Melec-Rachimo, et in ordinem redacto, urbem et supremum principatum, quem tenuerant Boiitae, sibi asseruit, data in uxorem Chaliphae propria sorore, A. Heg. 447, Chr. 1055. verum Basasareus qui desertus fuerat a suis, Mustanserobellae opera et auxilio, quem Chalipham renuntiaverat, Bagdadum adortus, vi cepit A. Heg. 450, eaque est potitus per annum, a Togrulbeco, qui recens Ibrahimum fratrem rebellantem bello prostraverat, (quod etiam attigit Scylitzes p. 788) urbe primum exturbatus, tandem praelio fusus, et neci datus est anno proxime sequenti.

p. 30 v. 18. *Καρμεσῆν*] Eadem habent Scylitzes et Zonaras. de Cutlumo dicemus infra ad l. 3 n. 16.

p. 31 v. 18. *Ἀσὰν*] Asanis cladem refert pariter Scylitzes.

p. 32 v. 7. *Χρυσόσκουλον*] Manuëlis cladem narrant etiam Scylitzes et Zonaras. sed de ea, ut et de Chrysosculo, silet El-Macinus. incidit illa in A. M. iuxta Graecos 6778 indict. 8 Christi 1070. meminit Chrysosculi rursum Bryennius l. 3 n. 15.

p. 33 v. 17. *ἦρος ἀρχομένου*] An. Chr. 1071.

p. 36 v. 21. *περὶ τὸ Μαζίκερτον*] Scylitzae *Ματζικιέρτ*, et *Μαντζικιέρτε*, Zonarae *Μανζικίερτ*, urbs Baaspracaniae, seu Mediae, olim Theodosiopolis dicta, ut auctor est Isaac Catholicus Invectiva II in Armenios p. 411, quae cum diu Saracenis Ameris, quorum seriem et gentem recenset Constantinus de Adm. imp. c. 44 paruisset, tandem in Graecorum potestatem venit. hanc Sultanus Monomacho imperante obsedit, ut est apud Scylitzem P 203
p. 780, ubi etiam describitur, nec tamen cepit, etsi statim postea in Saracenorum ius cessisse par sit credere, cum Diogenem Romanum eamdem postmodum expugnasse, et Saracenis abstulisse legamus. v. Scylitzem p. 837 et 842 et Zonaram p. 223.

p. 37 v. 3. *βεστάρχου*] Hac dignitate functos complures recensent scriptores, atque in primis Scylitzes p. 762, 763, 771, 793, 820, Zonaras p. 218, 219, Allatius de libris eccles. Graec. dissert. II p. 169 etc.

p. 41 v. 1. *Ἀλυάττης*] Theodorus Alyattes, *ἀνὴρ γενναῖος καὶ ἐπιφανὴς καὶ θέᾳ θαυμασιώτατος*, ait Scylitzes, qui in praelio capto effossos a Constantino Duca oculos refert, cum Diogenis partes tueretur.

v. 9. *οἱ δὲ Τοῦρκοι*] Diogenianae cladis historiam, praeter Bryennium, Scylitzem et Zonaram pluribus exsequitur El-Macinus Arabs. at cum in omnibus cum Graecis scriptoribus minime

consentiat, haud erit fortassis ingratum, si quod in hanc rem habet, ad illustrandum Bryennium, hocce loco in medium proferam. sic igitur ille: *anno* 463 (Hegirae, quae coepit 20 Octobr. A. Chr. 1069) *contendit princeps Olbarsalanus Achlatum* (Graecis χλιάτ) *in occursum Romanis cum* 40000 *equitibus, contra quos prodiit patricius quidam* (Basilacius is est Bryennio) *cum magnis copiis, sed quas vicit princeps, capto et duce eorum, quem et naso mutilavit. deinde ipse prodiit Romanorum imperator, cui princeps occurrit in loco dicto Zahra, idque die* 26 *Dulkiadae, et oppugnavit Romanos die Veneris, eosque in fugam vertit, et occiderunt Muslimi eo die atque nocte Romanos innumeros. quin et ipse Romanorum imperator captus fuit: sed dimisit eum princeps ea lege ut afferret* 1500 *aureorum millia, et in singulos annos tributum solveret* 360 *millium aureorum, ac dimitteret omnes Muslimos, qui capti in Romano imperio essent. cum autem Romanorum imperator in regionem suam reversus esset, comperit Romanos alium imperatorem constituisse, unde is vitam se simulans capessere monasticam, vestes induit laneas, misitque ad principem* 200 *aureorum millia, et lapidem, cuius pretium nonaginta millium aureorum erat* (πολυθρύλλητον nempe illum μάργαρον, ὃν Ὀρφανὸν κατωνόμαζον, ut est apud Bryennium) *ac iuravit se plus praestare non potuisse. deinde contendit ad imperatorem Romanum, cum eo commoraturus: sed cepit eum rex Armenorum,* (Andronicus Ducas, qui Armeniae, seu Ciliciae praefectus erat) *oculisque orbavit, quod misso ad principem nuntio ei significavit.* praestat etiam audire e nostris de hac funestissima clade disserentem Tyrium l. 1 c. 9: *regnante apud Graecos Romano, qui cognominatus est Diogenes, et cum omni prosperitate Constantinopolitanum administrante imperium, egressus est de intimis finibus Orientis Persarum et Assyriorum satrapa potentissimus, Belphet nomine,* (Tagrolbecus) *infinitam incredularum nationum secum trahens multitudinem, quae numerum diceretur excedere, et universam terrae superficiem operiret. ascendens ergo in curribus et equis, in gregibus et armentis, et magnifico nimis apparatu, fines ingressus est imperii, cuncta sibi subiiciens a suburbanis campestribus, usque ad urbes muratas, et oppida munitissima. non erat qui resisteret, non erat qui pro salute, pro liberis et coniugibus, et* (*quod gravius est*) *pro libertate contendens se opponeret. interea nuntiatur imperatori gladius incumbens, vis maior et hostilis exercitus Christianum devastans imperium: qui pro re publica sollicitus expeditiones convocat equitum, et peditum colligit copias, quantas imminens compellebat necessitas, et quantas universum imperium ministrare poterat. quid plura? congregatis legionibus, et equitatu copioso, hostibus procedit obviam: et imperii penetralia iam tenenti, et*

ad interiora iam progresso, in manu forti, sed favore divino destitutus occurrit. certatur utrimque acerrime, et copiis paene paribus, sed odiis maioribus, qualia sacrilegii dolor et zelus fidei solet suggerere. quid multa? perit Christianus exercitus, fidelium prosternitur acies, sanguis Christi redemptus sanguine ab impiis effunditur, quodque miserabilius est, capitur impera- P 204
tor. redit qui evaserat particulatim exercitus, confusionem quae acciderat nuntians. consternati sunt qui hoc audierunt, in gravia se dantes lamenta, et de vita et salute desperantes. interea vir infidelis, sed magnificus, de tanto elatus successu, et de collata victoria factus sublimior, imperatorem sibi praecepit praesentari, et in contumeliam nominis et fidei Christianae, sedens in throno regio, eum mandat pedibus subiici, et scabelli vice, coram positis principibus ascendens et descendens, corpore utitur imperiali. tandemque pro tanto obsequio eum libertati restituens, cum paucis ex suis Magnatibus, qui cum eo capti fuerant, abire permisit. hoc vero audientes principes imperii, alium sibi praeficiunt: indignum arbitrantes, ut qui tam indigna in proprio pertulerat corpore, in sceptris ageret, et dignitate fungeretur Augustali. insuper privatum oculis, et ignominiose tractatum, vitam vix indulserunt agere privatam. quod ait hoc loco Tyrius, Diogeniano corpore, scabelli vice, usum Sultanum, tradit etiam Scylitzes, qui id ex more fieri solitum a barbaris istis nempe principibus scribit: *εὐθὺς ἐμμανὴς ἀνέθορε τοῦ θρόνου καὶ ὀρθὸς ἔστη. πεσόντα γὰρ ὅμως πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ πατήσας, ὥσπερ ἔθος* etc. nota sunt quae de Temire habent scriptores. attigerunt praeterea hanc cladis Diogenianae historiam e Latinis Ordericus Vitalis l. 5 et 7, Albericus A. 1059, Aithonus c. 15 et Sanutus l. 3 part. 3 c. 8, prae ceteris vero Guillelmus Apuliensis l. 2. rerum Normannicarum totam hanc Romani Diogenis fortunam, varios successus, cladesque a Turcis eo imperante Graecis illatas, ac denique funestum viri praeclari exitum non insulso omnino carmine descripsit, ex quo quae ad Bryennianos illustrandos commentarios videntur conferre, eo lubentius, etsi prolixiora, proferimus, quo scriptor ille Alexio imperatori ferme coaevus, ac proinde Romani Diogenis temporibus proximus, alias non omnibus passim videtur obvius.

interea Michaël Romani iura regebat
imperii cum fratre suo, qui nomine dictus
Constantinus erat, quorum dominatio Graecis
perniciosa fuit, quia bellis otia semper
postpositis studuere sequi, luxusque dolosi
illecebris captos foedarat inertia turpis.
horum temporibus Turcos Orientis ab oris
ingressos fugit gens territa Christicolarum,
qui Romaniae loca diliciosa colebant.

maxima pars horum ruit interfecta nefandis
Turcorum gladiis, et captis urbibus omnis
subditus his populus dans vectigalia fugit.
hos contra nullos equites ignavia misit
rectorum, quare decreto nupta senatus
est equiti egregio Romano mater eorum,
pectus amans plus quam genus Eudochia mariti.
Diogenes cognomen erat, quia barba bifurcis.
is regimen subiens sibi quaeque negotia belli,
otia privignis elegit inire paratus
cum Persis bellum miseros populantibus Argos.
est belli variis eventibus usus in illos:
saepe quidem victor Persas bellando fugavit,
saepe pari populus fortuna pugnat uterque.
postremo comites dum dirigit ipse tuendis
urbibus innumeros, quorum famulatus ad ipsum
P 205 *transierat, fama probitatis ubique probatae.*
castris cum paucis melioribus ipse remansit.
multus Persarum populus cum rege repente
illum conclusit, disrumpere castra laborans;
praelia committunt immania, dum capiendis
imperii castris inhiant, primo atque secundo
depulsi cedunt bello. prudentia tandem
anxia Romani desperans castra tueri,
quam sibi plus hominum vitae studiosa suorum,
quos graviter fessos belloque fameque videbat,
praecipit ut quidquid castris inerat solidorum,
omnis vestitus pretiosus et omnia vasa
auri aut argenti castris spargenda ferantur:
ut si contigerit Turcis irrumpere castra,
horum prospectu desistant laedere Graecos.
invita profugis collecta pecunia servi
insomnem Danai coguntur ducere noctem.
adveniente die, venit innumerabilis ille
Persarum populus, circumdans undique castra:
undique tela volant, circumdedit aera totum
grando sagittarum, non ferre valentibus Argis,
irrumpunt Turci, munitio rumpitur omnis,
sed plures praedae, quam militibus feriendis,
intenti Persae faciunt evadere multos.
indiciis aquilae (quod plus dabat omnibus armis
aurea conspicuum loricae innixa nitorem)
Graecorum dominus cognoscitur, ense recidens
hostiles hastas, neque se defendere cessans.
forte sagitta volans incauti sauciat artus:
sic tandem capitur quadam cum parte suorum.

p. 44 v. 13. *σύμβολα κήδους*] Scylitzes, *μετὰ τοῦτο γοῦν σπονδὰς ποιησάμενοι, καὶ συνθήκας εἰρηνικὰς διεινεκεῖς, καὶ κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ συστησάμενος* etc. hinc coniicere est pactas nuptias inter utriusque principis liberos, quod etiam testatur Guillelmus Apul.

direptis castris Romanum Persica ducit
ad sua castra phalanx, et eum statuere sedili
egregio, iuxta Persarum rege sedente.
rex percunctatur, si forte fuisset ab illo
captus, quid faceret: Romanus rettulit illi,
si mihi sive meis tu subiicerere, iuberem
vel truncare caput vel te suspendere furcis.
ille refert facinus nunquam sibi tale patrandum,
sed secum posthac fruiturum pace perenni,
quam per legatos iam saepe promiserat ipse,
*et baptizatam natam pro coniuge natam**)
se concessurum, quo sic pax firmior esset.
foederibus tali firmatis conditione,
ad sua Romanum, dans maxima dona, remisit
Persarum rector, captos et reddidit omnes:
longo terrarum spatio comitatus euntes
duxit honorifice, ductum permisit abire.

p. 45 v. 10. *τοῦτο τὸ γένος*] Varangos innuit ex plagis Oceano P 206
proximis, Anglia forte quam Thulem nominare videtur Anna, oriundos. v. not. ad Alexiad. et Villhard.

p. 46 v. 14. *Εὐδοκίαν*] Eudociam in monasterium ab ipsa exaedificatum, cui *Πιπεροὺς* nomen fuit, remissam, in eoque reclusam narrant Anna l. 9 et Scylitzes.

p. 47 v. 14. *Χουτατάριος*] Scylitzae *Χατατούριος*, Zonarae *Χαταγούριος*, qui Antiochenum Ducatum obtinuerat post Michaëlem Uranum.

p. 48 v. 4. *τέμπη τῆς Κιλικίας*] Ciliciam montibus et rupibus altissimis, proindeque vallibus et *clusis* variis impeditam ac paene imperviam, habent passim scriptores. quae vero hic *τέμπη* vocat Bryennius, *στενὰ τοῦ Ταύρου* dicuntur Theophani in Anastasio Dicoro A. 3 a Tauro monte, qui in iis regionibus longius protenditur, circa quem varia inaedificata erant praesidia, propter locorum difficiles aditus inexpugnabilia, ut auctor est Tyrius l. 10 c. 1. Tageno Pataviensis de Ciliciae montibus: *progressi inde ad montana ascendimus, vix solis ibicibus pervia, et maximo labore transivimus.* eadem habent Chronicon Reicherspergense et auctor de expedit. Asiat. Fred. I. Ciliciae porro montes accurate descripsit Willelmus ab Oldenborg in itiner. T. S. *haec*

---

*) fort. nato.

est terra firmissima, ex una parte enim cingitur mari, ex alia vero munitur altis montanis et asperrimis, quae paucos habent introitus, et multum custoditos, ita ut hospes, si terram intraverit, absque regia bulla exire non possit etc. atque inde satis colligitur cur primi Armeniae, seu Ciliciae toparchae, qui praesidiis circa Taurum montem imperitabant, *de Montanis*, cognomine donentur passim a scriptoribus.

p. 52 v. 7. *ὁ Φράγγος Κρισπῖνος*] Fuit Crispinus ex illustri admodum familia Normannica, etiamnum superstite, oriundus, ex qua continuata longae propaginis serie prodiere hodierni Barones Becci et Marchiones Vardii. vocabatur vero ille, cuius hoc loco meminit Bryennius, *Robertus Crispinus*, cuius elogium resque in bellis praeclare gestas ex eodem Bryennio, Scylitze, Zonara et aliis, ad gloriam nobilissimae et vetustissimae gentis summatim hic attexam: cum praeterea id nostri sit instituti apud Graecos scriptores ea potissimum prosequi, quae ad nostratem illustrandam historiam, et Francicarum familiarum origines retegendas quidpiam videntur conferre, ut inde, qui aut ad illam scribendam manus admovent, aut ad legendam animum addicunt, neutiquam Byzantinos posthabendos esse tandem percipiant. sed priusquam rem aggrediar, operae pretium videtur ex veteri scriptore adscribere, quae habet de gentis antiquitate, ac primis illius auctoribus, cum in iis Robertum recenseat. Sic igitur ille: *antequam Normanni duce Willelmo Angliam debellarent, fuit in Neustria, quae nunc Normannia vocatur, vir egregius, nomine Gislebertus, genere ac nobilitate praeclarus, qui ab habitudine capillorum, primus Crispini cognomine dicitur insignitus. nam in sua primaeva aetate habebat capillos crispos, et rigidos, atque sursum erectos, et ut ita dicam rebursos, ad modum pini ramorum, qui semper tendunt sursum, quare cognominatus est Crispinus, quasi Crispus Pinus. quam capillorum rebursionem videmus in iis, qui de ipsius Gisleberti genere descendunt; unde et ipsi eodem cognomine a ceteris Normannorum familiis dirimuntur. Iste Gislebertus**), *qui, ut diximus, Crispini cognomen primus est indeptus, accepit uxorem senioris Fulconis***) *de Alnou germanam, nomine Gonnorem, de qua tres filios genuit, Gislebertum Crispinum, Willelmum, et Robertum, duasque filias, Emmam Petri de Condeto genitricem, atque Elisiam matrem Willelmi Malet, qui miles strenuus in senectute factus est monachus Becci, et transactis aliquot annis, honorifice in*

*) Uxorem Gisleberti sororem Roberti Guiscardi fuisse nescio quo auctore tradit Philippus Mouskes in historia Franc. MS. ubi etiam Roberti nostri res in Apulia et Graecia gestas enarrat.

**) Fulconis istius meminit Ordericus Vital. l. 3 p. 479.

coenobiali observatione, ut talem virum decebat, bono fine quievit. Robertus Crispinus minor frater Normanniam egressus, P 207 *plurimas peragravit regiones, donec Constantinopolim veniret, et ab imperatore cum honore susceptus, magnique nominis apud omnes effectus, ibi, ut fertur, invidia Graecorum veneno periit. Gislebertus*) Crispinus maior horum trium fratrum a duce Normannorum castrum Tegularias* (Gall. *Tillieres*) *in haereditate custodiendum accepit, quod haeredes eius tenent usque ad praesens tempus. praedictus Willelmus**) Crispinus, medius frater, generis nobilitate, et morum probitate, atque militia famosissimus, inter Normannorum primos habebatur, qui, ut diximus, de primo Crispinorum patre Gisleberto optimus filius, ad totius generis sui gloriam felicibus auspiciis prodiit, et sicut inter Romanos olim Fabii, vel Anicii, sive Manlii insignes habebantur, ita Crispini inter Normannos et Francos honoratiores reputabantur. sed iste Willelmus inter omnes nominatissimus fuisse fertur, qui suo tempore militiae titulis insignis, paene super omnes eiusdem tempestatis viros enituit. unde praeclara eius probitas plures sibi effecerat invidos, atque hostes reddiderat atrocissimos. ea tempestate Franci auctore Walterio Vetulo comite de Ponte Isarae, qui totam terram intra Ittam et Andelam, atque Sequanam, suam debere esse dicebat, crebras irruptiones ultra Ittam faciebant, et praedas de Vilcassino agebant. et ideo dux Normannorum Willelmus, qui postea rex Anglorum fuit, praedictum Willelmum Crispinum, quia erat probatissimus in re militari, collocavit in castro Melfia***) contra Francorum incursus, ad coërcendas eorum praesumptiones, donans ipsi castrum ipsum, et Vilcassini vicecomitatum iure haereditario custodiendum, et filiis eius post eum, sicut usque hodie videmus. at ille ibi mansionem constituit, familiam et milites in loco posuit contra irruptiones Francorum. qua de re Franci vehementer irati, in tantum odium contra illum exarserunt, ut mortem eius tota aviditate appeterent.* haec etsi fusiora praemittenda visa sunt in gratiam illustrissimae gentis, cui non modicum praestitere splendorem Roberti res bello in Graecia gestae, quas ad illustrandum Bryennium cum bona lectoris venia brevi hic elogio perstringendas institui. Normanni nostri tunc primum in Apuliam, bellicae laudis quaerendae ergo profecti sunt Richardo II. et Roberto II. Neustriae imperantibus: primique ex iis Turstinus, co-

---

*) De Gisleberto agunt Orderic. l. 5 p. 575, Willelm. Gemet. l. 7 c. 5.

**) V. Willelm. Pictav. p. 187. Henric. Huntindon. l. 7 p. 380 et 381. Simeon Dunelm. Rad. de Diceto Brompton. An. 1106. 1112. 1119. Malmesburg. l. 3. Orderic. l. 12 etc.

***) Leg. Nelfia.

gnomento Scitellus, Arnolinus et Ranulfus, sedibus suis pulsi vel, ut alii volunt, ad consequendam in praeliis gloriam, eo profecti, dum pro Graecis quibus praeerat hac aetate Basilius, contra Saracenos Siculos, tum etiam contra Graecos pro rebellantibus Italis acriter pugnant, tantam in re militari famam sunt consecuti, ut easdem peragrare provincias, ibique sectari praelia Normannos gentiles cupido incesserit. atque hi dum frequentes adsunt, numerosiqe confluunt, Apuliam ipsam, Calabriam, et vicinas regiones suo tandem iuri subdidere, provincias et oppida inter se dispertiti. horum alii pacatis rebus, seu quod est simillimum vero, quod in partem bello quaesitorum non venissent, indignati, Constantinopolim concesserunt, Graecis, quibus tum bellum erat cum Turcis, operam suam locaturi, ubi ab imperatoribus benigne excepti sunt, cum summa esset apud illos ea tempestate Normannorum virtutis et peritiae militaris existimatio. hos inter sub haec tempora tres aut quatuor potissimum recensent scriptores Byzantini (nam de ceteris qui Alexio militarunt, erit alius dicendi locus), Radulfum nempe patricii dignitate donatum a Michaële Stratiotico, cui meruit adversus Isaacium Comnenum, cum iis in bellis praeclaram navasset operam: Goscelinum de Orencho, qui sub Romano Diogene primum in palatio locum obtinuit; Crispinum nostrum Bryennianum, ac denique Ursellum de Balliolo, qui sub Michaële Duca res magnas gessit. Robertus et Ursellus sub eosdem ferme annos ex Italia ad Diogenem Constantinopolim venere. ac Robertus quidem versus Orientis par-
P 208 tes, cum copiis, quibus praeerat, Normannicis, ut ibi hiemaret, missus, seu a natura esset cupido lucri, quod Graeci scriptores volunt, seu, quod probabilius, quia stipendia non soluta praetexeret, incolas bonis suis, et exactores vectigalibus et pecuniis publicis spoliat, obvia quaeque diripit, obsistentes, caedibus licet parceret, fugat funditque. quod cum perlatum esset ad imperatorem, illico Samuëlem Alusianum, nobilem Bulgarum, sibique nescio qua affinitate coniunctum, cum quinque legionibus mittit, quo Robertum cogeret in ordinem. hunc adortus ille ipso paschatis festo die, a Roberto profligatur, caesis non paucis ex suis, pluribus tamen captis, quos humanissime tractatos, ac vulneribus curatis abire permisit Robertus, missis interea ad Diogenem legatis, qui obiectum de illata a se clade amolirentur crimen, et eorum quae perpetrasset invitus impetrata venia, fidelem in posterum operam suo nomine pollicerentur. lubens annuit imperator propter viri nobilitatem, inquit Scylitzes, et partam in bellis gloriam, animique fortitudinem, cuius haud modica ediderat specimina bello contra Turcos. Crispinus igitur ex suis aliquot assumptis convenit Diogenem, ceteris in Armenia ad Maurocastrum, quod prius occuparat oppidum, relictis. sed mox a quibusdam ex iis qui Roberti detrectabant imperium, parereque abnuebant, apud

imperatorem delatus, quasi in eos nescio quid molitus esset durius, etsi non plane convictus, copiarum, quibus praeerat, praefectura abdicatus est, et Abydum relegatus. id aegre passi socii prorumpunt palam in rebellionem, relictoque Maurocastro, ubi se haud rebantur tutos, in Mesopotamiam sese infundunt, multaque incolis inferunt damna, cum alii interea Normanni, sub Ursello, Diogeni militarent contra Turcos. verum pauci effluxere menses, cum acceptae iniuriae ulciscendae Roberto idonea sese praebuit occasio. cum enim Diogenes a Turcis in praelio deletus captusque fuisset, moxque ab iis in libertatem assertus a Graecis in imperatorem renueretur, Crispinus Abydo excedens Constantino Ducae, qui adversus Diogenem missus fuerat cum exercitu, cum suis sese adiunxit et iis in praeliis, in quibus tandem ille captus est, acriter pugnavit. denique cum praeclaris editis facinoribus apud Graecos summam militaris gloriae famam consecutus esset, tantam ex tot prospere gestis rebus sibi conflavit invidiam, ut ab iis propinato enecaretur veneno, quo etiam magnum illum Ursellum Roberti socium interiisse narrant. atque haec fuit viri bello inclyti fortuna, quam siluisse duxissem nefas, cum minus nostris hactenus innotuerit ipseque Carolus Venascus in Crispinorum stemmate, quod Arbori Gentilitiae Grimaldae gentis adtexuit, Roberti ne quidem meminerit.

p. 51 v. 18. *Αἰσθόμενος δὲ*] Extremam Romani Diogenis fortunam, et ut in Michaëlis seu potius Constantini Ducae casses inciderit, pluribus etiam exsequitur Guillelmus Apuliensis, quem praestat audire:

sed non privignis firmatae commoda pacis
conditio placuit, minus ad tutanda peritis
agmina Graecorum, nec enim decernitur ultra
arcis ad Augustae Romanus iura redire.
hos ubi Diogenes factos sibi comperit hostes,
auxilio fisus Persarum tentat in illos
civilis belli varios agitare paratus.
privigni se non obsistere posse videntes
illum conantur seducere pace dolosa.
ignari fraudis portantes nuntia pacis
*bis sex pontifices mittuntur, cum Gocelino**),
cuius Romanus toties expertus amorem P 209
non dubitabat ei se credere sicut amico,
securus factus iurando iure fideque
ut petit ipse data: misero placet imperialis
incassum reditus, quia mox ubi pervenit ille
Heracleam, capitur, privatur lumine captus,

---

*) De quo Malat. l. 2 c. 43 et ipse Guillelm. p. 17 19 20.

cuius et imperii fuerat tam nobile nomen,
monachus efficitur. securi iam duo fratres
regni tranquillis agitant moderamen habenis;
non tamen omnino sua restat inulta tyrannis.
namque sibi socios Romani filius addens
Armenios, Persas, terras Orientis eorum
subtrahit imperio, ferro populatus et igni.
tempore Persarum gens perfida coepit ab illo
in Romaniam consurgere caede, rapinis,
imperii nec adhuc redigi sub iura valeret,
gens nisi Gallorum, quae gente potentior omni
viribus armorum, nutu stimulata superno
hanc libertati superato redderet hoste,
quae, spirante deo, sanctas aperire sepulcri
est animata vias longo iam tempore clausas.
consiliis quorum fuit excaecatio tanti
perpetrata viri, miseri capiuntur et aula
depulsi meritas coguntur solvere poenas.
hi quibus insontem puniri consuluerunt,
puniri sontes vario cruciamine mandant.

p. 56 v. 6. *Μαρίαν*] Iberos, Abasgos et Alanos unam eandemque gentem seu nationem fuisse testatur Ioann. Tzetzes Chil. 5 c. 17:

Ἴβηρες δὲ καὶ Ἀβασγοὶ καὶ Ἀλανοὶ ἓν γένος.

non quod Iberi iidem fuerint cum Alanis et Abasgis, sed quod Iberorum princeps Abasgorum et Alanorum regulis supremo iure imperaret. quod innuit satis superque Bryennius, dum scribit Iberorum regem *παγκράτειαν τῶν Ἰβήρων* obtinuisse, Alaniae vero dominum *ἐξουσιάζοντος* nomine tantum donat. nec abnuit Tzetzes, qui mox eosdem populos diversos et a se invicem divisos fuisse ait:

οἱ Ἴβηρες πρωτεύοντες, οἱ Ἀβασγοὶ δευτέροι,
οἱ Ἀλανοὶ δ' ἐσχήκασι τάξιν τριῶν ὑστέραν.

verum cur Mariam ex Abasgis oriundam potius, quam ex Iberis dicat eoque nomine Scylitzem, Zonaram et alios, qui Alanam indigitant, carpat idem scriptor, haud plane video, cum Bryennius diserte Iberorum regis filiam fuisse tradat, nisi forte quod Iberorum rex Abasgis etiam illa tempestate imperaret:

τοῦ Τζέτζου μητέρος ἡ Ἀβασγὶς ἡ μήτηρ
σὺν τῇ δεσποίνῃ Μαριάμ, τῇ Ἀβασγίσσῃ λέγω,
ἣν οἱ πολλοὶ Ἀλάνισσαν φασὶν οὐκ ἀκριβοῦντες,
ἦλθεν εἰς Μεγαλόπολιν, ὡς συγγενὴς καθ' αἷμα.

Iberiae, quam suo etiam aevo *Avogniam* nuncupatam auctor est Tyrius l. 11 c. 16, regum incunabula refert Constantinus de Adm. Imp. c. 45 et 46; quosdam etiam recenset Iberiae reges Scylitzes in Romano Argyro. illius vero, qui hocce ineunte vivebat seculo,

nomen et titulos prodit Allatius l. 3 de Eccl. Occid. et Orient. perp. consens. c. 8. de Abasgis et Alanis multa habet Procopius l. 2 de Bello Pers. c. 29. v. not. ad Alexiad. p. 393. P 210

p. 58 v. 22. ὁ Φράγγος Οὐρσέλιος] Inter praeclaros illos Normannicos duces, qui ex Italia, ubi non modicam ex rebus bello gestis laudem sibi compararunt, profecti in Thraciam Byzantinorum principum copiis sese adiunxerunt, praecipuam cum Roberto Crispino, cuius elogium mox perstrinximus, commendationem meretur *Ursellus.* at cum nemo, quod sciam, ex nostratibus historicis tam praecellentis viri praeconium attigerit, sed et ne illius meminerit quidem, rem forte haud iniucundam lectoribus facturum me arbitror, si quod in Crispino praestiti, extra commentationis metas paululum digrediar, et quem laude sua non frustrari interest Ursellum, splendidissimae familiae suae, etiamnum superstiti, gentis auctorem hactenus vix notum asseram. Ursellus seu, ut Bryennius et Anna efferunt, Urselius, quem perperam Scylitzes et Zonaras Russelium nuncupant, illustri Balliolorum familia oriundus, cum Roberto Guiscardo ceterisque Tancredi filiis in Apuliam profectus, Rogerium praesertim Roberti fratrem in suscepta ab illo contra Saracenos Siculos expeditione secutus est. in qua tantam ex rei militaris peritia et animi magnitudine adeptus est existimationem, ut victoriarum, quas iis in bellis consecuti sunt Normanni, gloriam illi adscribat praecipuam Gaufredus Malaterra, scriptor coaetaneus, l. 1 c. 33, qui illustre hoc praeterea animi et generositatis specimen in Ursello prodit. tradit quippe Rogerio fusos et deletos a Serlone ex fratre nepote hostes incessere cunctanti, ne quid persequenti deterius accideret, partis contento tropaeis, *interminatum fuisse Ursellum de Baillol, se nunquam vel ibi vel alias sibi auxilium laturum, nisi certamen cum hostibus iniret.* qua valida incensus adhortatione Rogerius, animum revocans, cum Serlone nepote Urselloque et Arisgoto de Puteolis in hostes fortiter invehitur. at Ursellus cum suos prae nimia illorum multitudine cunctabundos et solito remissiores cerneret, acri et vivida inflammat oratione accenditque, et commisso praelio Saracenos penitus delet et profligat. gesta haec fuisse sub A. 1069 auctor est Gaufredus, cui non debemus modo praestantissimi viri nominis, sed etiam ceterarum praeclare ab illo in Graecia actarum rerum servatam memoriam. vix enim Urselli Graecanici gesta curiosius investigandi cupiditate teneremur, nisi familiam et nomen digito veluti indicasset Gaufredus. Ursellus igitur iisdem, ut par est credere, de causis, quibus Crispinus, dimissa Apulia relictisque Tancredi liberis, qui sociis potentiores effecti, ditiones omnes, armis communibus quaesitas, sibi solis arrogabant, in Thraciam ad Romanum Diogenem imperatorem transiit Crispinoque sese adiunxit illic militanti et Graecis merenti sub A. Chr. 1069 aut 1070

proinde statim post expeditionem illam Siculam, cuius mox memini. Diogene non multo post exauctorato ipsoque Crispino venefica potione ab invidentibus Graecis sublato, universis, quae ea tempestate Byzantinis merebant, Francicis copiis praeficitur, Michaële Duca imperante. sed captata post haec levis offensae occasione cum 400 popularibus defectionem molitus Lycaoniam et Galatiam infestat, oppida et castra expugnat, agros depopulatur, Ioannem Ducam Caesarem a Michaële imperatore ex fratre nepote cum idoneo in se missum exercitu fundit capitque una cum Andronico filio. transeuntibus interea in suas partes Francis aliis qui Caesari militabant, potentior factus partaque recens elatus victoria, circumit vicinas Sangario civitates, sibique subigit universas. at imperator, cui nulla in Graecanicis copiis fiducia erat, Turcos ad sociale foedus invitatos ad bellum contra Ursel-
P 211 lum suscipiendum sollicitat persuadetque. Ursellus cum se imparem Turcorum viribus cerneret, Caesarem, quem vinctum tenebat, eductum de carcere appellat imperatorem, Byzantinorum procerum benevolentiam hoc facto conciliaturum se partibus suis sperans. commisso interim cum Turcis praelio, Ursellus et Caesar, deleto exercitu, non incruenta tamen hostibus victoria, capiuntur. sed Ursellus, depenso statim ab uxore redemptionis pretio, libertati redditus proficiscitur in Armeniam et versus Pontum: novisque coactis copiis bellum rursus instaurat, arces quasdam occupat, unde incursat Amasiae et Neocaesareae agros. superato deinde et fuso Nicephoro Palaeologo, cum Alexium Comnenum magnum domesticum cum idoneis copiis adventare percepisset, in Turcorum, qui proximi aderant, missa prius legatione, castra concessit, eos in suas partes allicere et sibi conciliare annixus. verum Turci donis ingentibus et maioribus illecti pollicitationibus, Ursellum Alexio vinctum tradunt, a quo perductus est Constantinopolim carcerique mancipatus. nuntiata post haec Nicephori Bryennii defectione, Michaël, suis undique dilabentibus, Ursellum, qui ad Botaniatam perinde rebellantem proficisci iam antea in animo habuerat, eductum de carcere variisque affectum honoribus mittit contra Bryennium. qua in expeditione Ursellus egregiam imperatori navavit operam. Michaële denique in ordinem redacto, Nicephorus logotheta, qui in palatio rerum hactenus potitus fuerat, Selybriam*), seu, ut Scylitzes scribit, Heracleam ad Ursellum venit, quo eius ope in Bryennii castra transiret; quem ille statim comprehensum ad Botaniatam, qui tum imperator fuerat renuntiatus, vinctum adducit. ita Bryennius: sed rem paulo secus narrat Scylitzes. ait quippe logothetam confugisse ad Ursellum occultatumque aliquamdiu detonsa coma ab ipso servatum, Ursellum ipsum veneno exstinxisse

*) Bryenn. l. 3 n. 26.

et ab Urselli uxore liberisque ad Botaniatam perductum. Scylitzae et Bryennio non assentitur omnino Zonaras. tradit enim logothetam, qui sese ad Ursellum contulerat, ab eo in vinculis asservatum, et Ursello subitanea morte exstincto, in suspicionem venisse dati illi veneni eaque de causa ab Urselli cognatis Botaniatae traditum esse. Urselli proinde obitus incidit in A. Chr. 1078. iam vero cum Balliolorum nomenclatione familiae plures in Neustria seu Normannia vicinisque Neustriae provinciis occurrant, harum cui adscribendus sit Ursellus haud plane promptum est definire. duas in Caletibus, quae est Normanniae pars, aliam in Vinemacensi pago, Caletibus contermino, observant scriptores.[1]) nam San-Paulanam et Flandrensem, tametsi aetate ista pernobiles habitae sint, vix est ut credam ad Ursellum spectare. bina vero Ballioli appellatione praedia aut castra recenset Chronicon vetus Fontanellense, quorum alterum c. 12 in pago Tellao seu Talogiensi, Vinemacensi finitimo, alterum c. 9 in ipso Vinemacensi pago statuit. prius uno a Novocastello, alterum ab Abbatisvilla uno et sesquimilliari distat: utrumque binae familiae admodum nobili cognomen dedit. Talogiensem Balliolorum gentem perantiquam fuisse testatur[2]) diploma Roberti Augensis comitis A. 1036, in quo memoratur *Gaufridus de Bailoil.* exstat praeterea aliud Balliolum in ipsis Caletibus ad Sequanae ostia, quod nobilissimae pariter familiae nomen indidit adhuc superstiti. plures denique eiusdem cognominis perillustres viros habent scriptores, quos postremae Balliolorum genti accensent plerique. hos inter occurrit apud Ordericum Vitalem l. 5 A. 1082 *Raynaldus de Baillol*, cui uxor fuit Aimeria, Rogerii de Montegomerico Scrobesburiensis in Anglia et Belismensis in Gallia comitis neptis, qui in Hispania contra Saracenos congressus est. illius porro ca- P 212
strum, quod fidem debitam abiurasset, obsedit Henricus Angliae rex sub A. 1119[3]). castro nomen fuit Mansio Renwardi, quod in Balliolorum familia Caletensi ad Sequanam diu stetit. recensentur praeterea alii non pauci, *Guillelmus* scilicet et *Henricus de Baillol* in Caletibus sub Philippo Augusto rege: alter *Henricus*[4]) sub An. 1271; *Ingerrannus* denique *de Baillol*, Franciae thalassiarchus Philippo III regnante, quem perperam Codiciacensibus adscribit Belforestus. sed hoc indicasse satis sit ad gentis Balliolae commendationem, cuius ceteroquin stemma accurate satis, licet non a primaeva sui origine, contexuit Franciscus Blanchardus, in gratiam Balliolorum Parisiensium, qui abdicato pronuper sago,

---

1) Malbrancus l. 10 de Morin. c. 10, l. 11 c. 61 90, Locrius in epist. praefixa Chronico Belg. Froissart. 1 vol. p. 67, Lambert. Ard. p. 79.
2) In not. ad Guibertum.
3) Catal. Ferent. Banerias.
4) Reg. pater Menard. in not. ad Ioinvill. p. 350, Gesta Phil. III p. 548.

ad togam decursis illustrioribus fori et palatii regii dignitatibus transierunt.

— — — *tametsi bella quierunt* [1]),
non periit virtus, licet exercere togatae
munera militiae et sine sanguinis haustu
mitia legitimo sub iudice bella tueri.

primus autem ex clarissima Normannicorum Balliolorum familia foro nomen dedit Nicolaus de Bailleul, qui deposito sub Henrico M. veluti tirocinio relictisque militaribus studiis, in supremo Parisiensi dicasterio senator factus, deinde libellorum supplicum magister et post diversas legationes praeturam adeptus, urbi denique reique urbicae tertium praepositus, tantus ubique vir fuit, ut omnibus admirationem sui relinqueret. praeses demum in senatu infulatus a rege dictus et in sacrum palatinorum ordinem regiis auspiciis res administrantium allectus, aerario summa cum potestate praeficitur [2]). quo in munere *affectans famae commoda, pecuniae neglexit augmenta; et quod rarum virtutis exemplum est, his egit se temporibus continentem, quibus crimen avaritia non habebat.* postremo cum diviso in factiones regno, cuncta bello atroci deflagrare senatumque ipsum, cui praeerat, in partes distractum cerneret, moerore, curis laboribusque confectus, regi et patriae, quam dudum devoverat, vitam impendit 13 Kal. Sept. A. Chr. 1652 aetat. 66. tanti parentis praestantissimus filius V. C. Ludovicus de Bailleul, praeses aeque infulatus, non modo partam a maioribus laudem hodie adaequat, sed incredibili etiam virtutum omnium, quibus praecellit, comitiva gentis suae nobilitatem et gloriam ita cumulate adornat, ut posteris suis futurus sit in exemplum. Normannicis Balliolorum familiis antiquitate et rerum gestarum fama haud inferior exstitit gens Balliola Vinemacensis, cum non pauci dignitatibus, et bellica laude illustres viros in Anglia ediderit dederitque Scotiae reges aliquot. huius origo cum hactenus non Scotis duntaxat et Anglis, sed et nostris vix sit nota, praestat quod hanc in rem a me pridem adnotatum, non ingrato forsan parergo, Graecanicis hisce interserere commentariis, tum etiam ut qui apud plerosque invaluit error, a Normannica Balliolorum familia genus duxisse Scoticos ex Balliolis reges, ex eorum animis penitus tandem evellatur. primus ex ea familia quae sedem fixit in Anglia, recensetur ab historicis *Bernardus de Bailleul, in exercitiis militaribus vir experientissimus*, inquit Ioannes Hagulstadensis, qui Stephano regi contra Scotos militavit in eo praelio, quod *Standardi* vocant scriptores, An. 1138 [3]) et in altero contra Ranulfum Cestrensem comitem captus

1) Ann. Lucan in Paneg. ad Pison.
2) Senator l. 3 var. Ep. 12.
3) Florent. Wigorn. A. 1138.

fuit A. 1142. a Bernardo isto aedificatum castellum in Brigantibus tradit[1]) Camdenus, in dioecesi Dunelmensi, ad Tesim amnem, quod a conditore Bernardi castrum, vernacule autem *Bernard-Castle* nuncupatum est. Bernardo [2]) uxor fuit Mathildis, ex qua liberos sustulit Ingerrannum, Widonem, Eustachium et Ber- P 213
nardum, praeterea Hatwildim filiam, uti constat ex diplomate Warini episcopi Ambianensis A. 1138, quo antistes ille donationem approbat a Bernardo de Balliolo, *milite strenuo*, quorundam altarium Cluniacensi factam monasterio: assensum praebentibus Bernardi fratribus, ipsa Mathilde coniuge, liberisque praedictis. exstat [3]) praeterea eiusdem Bernardi aliud diploma Parisiis exaratum coram Eugenio summo pontifice et rege Franciae in domo templi A. 1146 quo reditus quosdam in Anglia fratribus militiae templi assignat, Ingerranno filio concedente et consentiente. *Ingerranni* nullam amplius mentionem fieri comperio. *Wido* [4]) vero, Bernardi filius alter, subscribit diploma Henrici I regis Angliae pro S. Vulmari monasterio in Bononiensi comitatu. *Eustachii* [5]), Bernardi perinde filii, meminit charta Ioannis regis Angliae in Monastico Anglicano. *Bernardus* denique, ultimus Bernardi I filius, pro Henrico II Angliae rege contra eosdem Scotos dimicavit sub A. 1174, uti produnt Rogerus Hovedenus et Ioannes Bromptonus, qui Bernardo *viri nobilis et magnanimi* elogium tribuit. Bernardum hunc a priore diversum esse suadet temporum ratio, quod etiam arguit Bernardi II diploma, quo ecclesias de Castello Bernardi et de *Mideltun* sanctae Mariae Eboracensi monasterio concedit, *quas tempore patris sui fuisse tantum capellas* ait. ex his enim liquet non ab illo conditum castrum Bernardi, sed a parente, quem abavum Ioannis Scotorum regis vocat Camdenus. floruerunt praeterea in Anglia ista ferme, qua Bernardus II, tempestate illustres aliquot ex Balliolana gente viri, quos ab eodem stipite, hoc est, a Bernardo I vel potius a Bernardi parente, prognatos coniicere est: *Osbertus* [6]) nempe, qui sub Rogerio Warvicensi comite floruit, *Guillelmus*, sub Turstino Eboracensi antistite, *Ioscelinus* denique et *Odo de Bailleul.* Ioscelinum [7]) cum ceteris Angliae proceribus, qui avitas Anglorum, ut appellabant, observationes tuebantur acrius, sacris interdixit d. Thomas Cantuariensis archiepiscopus. memoratur ille in tabulis aliquot regis Henrici II in Monastico Anglicano.

---

1) In Brit.
2) Biblioth. Clun.
3) Tom. 2 Monast. Anglic.
4) Tom. 1 et 2 Monast.
5) Tom. 2 p. 510.
6) Tom. 2 Mon.
7) Ioan. Sarisb. Ep. 159, Rad. de Diceto, Hoved. Baron. A. 1167.

Odo [1]) vero recensetur inter Bellalandensis monasterii, ut vocant, benefactores sub ea tempora. Bernardi II filii fuerunt Hugo et Bernardus. *Hugonis de Bailleul* non semel meminit Mathaeus Paris. sub A. 1216, qui *Castellum Bernardi de eius feudo* fuisse diserte ait. huic rex Angliae Ioannes regni limites tuendos tradidit contra Alexandrum Scotorum regem, qui in Ludovici Franciae regis filii partes ultro concesserat. ab Hugone prodiere *Alexander de Bailleul* Chilami dominus, *Henricus* et *Guido*. Henrico, cuius excessum sub A. 1246 annotant Parisius et Mathaeus Westmonasteriensis, uxor [2]) fuit Agnes Willelmi de Valentia comitis Pembrochii filia, ex quo coniugio nulla superfuit proles. Guido [3]) vero cum Simone de Monteforti Licestrensi comite contra Henricum III Angliae regem fortiter dimicans occubuit A. 1265. exstitit etiam Hugoni filia *Lora*, Gilberto *de Gand* ex Flandriae comitibus genus ducenti nupta. Lorae etiam fortassis soror fuit *Ada de Bailleul*, uxor Rogerii Filii-Ioannis seu *Fitz-Iean*, quem exstinctum A. 1249 auctor est Parisius. *Alexander de Bailleul* [4]), primogenitus Hugonis filius, ex Isabella *de Dover*, quae comitissa de Assolin in veteri diplomate indigitatur, binos procreavit masculos, *Ioannem* scilicet regem Scotiae et *Thomam de Bailleul* patrem *Christinae de Bailleul*, quae Ingerranno Guinensi, Codiciaci in Gallia toparchae, nupsit. *Ioannes* dominus *de Bailleul* ducta in uxorem Dornagilla, Alani Scotiae constabularii ex Margareta Davidis de Scotia Huntindonensis comitis primogenita filia, Galeweiae illius iure dominus fuit: crebroque hoc
P 214 titulo et appellatione ista occurrit apud scriptores Anglicos ab A. 1236 [5]). exstincto demum absque prole Alexandro Scotorum rege, cum gravis de regni successione exorta esset contentio inter eius haeredes, maxime inter Ioannem Balliolum et Robertum Brusium, expenso discussoque utriusque iure, ab Edwardo I Anglorum rege, delecto controversiae arbitro, Scoticum regnum Ioanni addictum est A. 1293 [6]). sed subortis mox Anglum inter et Scotum dissidiis, Ioannes in Edwardi potestatem venit regnoque privatus ab eodem in praedium Balliolense in Gallia amandatus est et quorumdam praelatorum curae custodiaeque contraditus, quo in loco reliquum vitae exegit obiitque tandem post annum 1327 proinde in extrema senectute, ut ait Buchananus [7]), et centenario maior, cum ab A. 1236 arma induisset resque varias

1) Tom. 1 et 2 Mon., Math. Westm. A. 1211.
2) Rad. Brooke.
3) Knighton.
4) Will. Torn.
5) Walsingh. Chr. Flandr. c. 38.
6) Will. Westmon. An. 1199, Walsingh., Knigthon.
7) Buchan. l. 8.

gessisset, ut auctor est Parisius. universa [1]) interim quae in Anglia possidebat praedia fisco addicta sunt, exceptis aliquot quae ad Antonium Dunelmensem episcopum, tamquam comitem palatinum, caduci iure sunt devoluta, in quibus exstitit Castrum Bernardi, quod nova aedificiorum et structurarum accessione auxit. orta [2]) deinde regem inter et episcopum controversia, concessum illud est Warwicensi comiti. Ioanni [3]) Scotorum regi unicus superfuit filius *Edwardus*, cui dum adhuc regno potiretur, Ioannam Caroli Valesiae comitis filiam primogenitam desponsarat parens sub An. 1295 [4]), pactis in dotem seu dotalitium, ut vocant, 1500 sterlingorum libris in Balliolo, Damperta, Helicurte et Hornayo in regno Franciae, et aliis in Scotia praediis percipiendis. quae quidem praedicta in Gallia praedia in Vinemacensi pago et Pontivensi comitatu paucis a se invicem divisa intervallis sita sunt. verum parente in ordinem redacto, infecta remansere nuptiarum pacta. [5]) exstincto post haec 6 Id. Novemb. A. 1327 Brusio rege, qui Davidem filium diadematis haeredem reliquerat, Edwardus aliquot Scoticorum procerum ope, atque adeo ipsius Angliae regis fultus auxilio, Scoticum invasit regnum sub Augustum mensem A. 1330 ac 5 Kal. Octob. proxime insequentis anni coronatus [6]), eo nomine fidem deinceps praestitit Edwardo III Angliae regi 14 Kal. Iul. A. 1334 in publicis apud Eboracum comitiis. nec diu parta potitus dignitate, regno exactus et iure omni in illud suo in eundem Edwardum Angliae regem seu, ut alii volunt, Leonellum Edwardi filium transscripto, 8 Kal. Febr. vel, ut quibusdam placet, Epiphaniae die festo A. 1356, extremum tandem diem obiit ad Duncastriam An. 1363 [7]). ex eadem praeterea Balliolana familia Anglica memoratur *Radulfus*, qui sub Ioanne Varennensi comite vixit circa A. 1300. *Simon* vicecomes Clamorganensis eadem tempestate [8]) et *Edwardus* quem Angliae rex Edwardus Warwicensi praefecit oppido sub An. 1333. exstincto porro improle Edwardo Scotorum rege, exorta est de illius in Francia bonis controversia, ac de Balliolo praesertim, inter Radulphum de Codiciaco Montis Mirabilis toparcham, Catharinam Atrebatensem Albae Marlae comitissam et Hugonem de Meleduno Antoini dominum uxoris iure; cessitque tandem Balliolensis castellania Radulpho [9]), ut Christinae *de Bailleul*, Edwardi

---

1) Godwinus in Praesul. Angl.
2) Tom. 2 Monast. p. 846.
3) Walsingh., Knighton., Buchan., Tilletius.
4) Chartophylac. Reg. Laieta Escosse tit. 1.
5) Froissart. 1 vol. c. 21, Chron. Flandrens. c. 71.
6) Walsingh., Knighton.
7) Tom. 2 Monast.
8) Froissart. 1 vol. c. 27 90 138, Chr. de Flandr.
9) Duchesnius in Hist. Codic.

patruelis ex filio nepoti, qua ille potiebatur An. 1370. ex praedictis iam satis superque constare arbitror Balliolenses Anglos Scotosque non a Normannica eiusdem nomenclaturae familia prodiisse, sed ex ea quae in Vinemacensi agro floruit et Picardia, ubi praedia de *Bailleul*, *de Dampierre*, *de Hellicourt* et *de Hornay* possedit. Balliolum, quod genti appellationem dedit, tenet hodie domus Melunia seu *de Melun*, Dampetram et Hornaium Ramburea, Hellicurtim denique Rouhalda seu Gamachia ex Caroli VII
P 215 Franciae regis dono Ioachimo Rouhaldo Franciae marescallo sub annuo censu facto. quod quidem castrum a Balliolorum haeredibus emerat antea Edwardus Angliae rex et comitatui Pontivensi adiunxerat. sed et hoc notandum ab eodem Hellicurtensi praedio fluxisse Balliolanae familiae symbolum seu clamorem, ut vocant, militarem, qui vulgo Scoticis regibus in universum adscribitur a fecialibus nostris, qui Ioanni et Edwardo Balliolis proprius fuit, nempe *Hellicourt en Pontieu*. ex quo perperam et infeliciter satis Vignerius sub A. 1286, Crucimanius in Bibl. Script. Gallic. p. 528 et Sauvagius ad Chronicon Flandriae vernaculum c. 38 Haricuriae dominos fuisse Balliolos hariolati sunt. gentis Balliolae Vinemacensis arma et insignia varie efferunt libri, quos vocant Provinciales. manuscriptus Scoticus qui penes me est, scutulum argenteum in miniata area assignat. alter Gallicus scutulum argenteum, tertius Armeniaco distinctum vellere facit. Duchesnius denique scutulum rubeum in Armeniaca area attribuit.

p. 74 v. 12. *Ζόμπου*] eadem habet Scylitzes, qui a Bryennio pleraque hausit quae in Michaële Duca refert, quem nec hoc loco exscribere est animus, nec in aliis, ubi cum Bryennio consentit, ne nimius sim. id satis erit semel monuisse.

p. 81 v. 12. *Ἀρτοὺχ*] Infra n. 18 *Ἀρτατούχ*, idem forte qui n. 21 et Annae p. 4 *Τουτάχ*. fuit Artach ortu Turcomannus, a quo Artacidarum prodiit familia. is anno Heg. 488, Chr. 1075 una cum Tageoldulo, Aleppi seu Berrhoeae toparcha, Solymannum Nicaeensem Sultanum de medio sustulit, ut narrat El-Macinus.

p. 87 v. 20. *χρημάτων ἠπόρει*] Comparanda coniux cum coniuge seu cum Bryennio Anna, quae ex fusioribus mariti commentariis pleraque per synopsim attigit, quae habet l. 1 Alexiadis.

p. 93 v. 21. *Μαύρηξ*] De quo ad Alexiad. p. 107.

p. 99 v. 4. *Κωνσταντῖνος*] Constantinum hoc loco et l. 1 n. 6 appellat, qui ceteris scriptoribus Leo nuncupatur. v. not. ad Annae p. 112 et stemma Comnen.

p. 100 v. 22. *Χωροβάτοι καὶ Διοκλεῖς*] Bellum hoc Servicum prosequitur Scylitzes p. 851 et seq., ut et Anna l. 1. v. not. ad p. 40.

p. 101 v. 16. *Μιχαὴλ κηρουλλάριος*] Qui patriarcham egit post Alexium, imperantibus Monomacho, Theodora, Stratiotico

et Isaacio Comneno, de quo multa cardinalis Baronius in Annal. Eccl. et Leo Allatius dissert. 2 de libr. Eccl. Graecor. et l. 2 de Eccl. Occid. et Orient. consens. c. 9.

p. 102 v. 6. *δοῦκα τῆς Βουλγάρων χώρας*] Debellata a Basilio imperatore, et in provinciae formam redacta Bulgaria a praefectis ducum titulo et dignitate instructis coepit administrari. hos inter Nicephorum Carentenum et Damianum Dalassenum, Michaële Duca imperante, memorat Scylitzes. Nicetam eodem perfunctum magistratu, cum nostri Hierosolymitanam expeditionem primum sunt aggressi, testantur Albertus Aq., Willelmus Tyrius et Thwroczius. Nicetae successorem Ghus nescio quem nominat idem Albertus l. 8 c. 34.

p. 106 v. 8. *αὐτοῦ ὁμευνέτιδος*] Andronici istius uxoris meminit Gregoras l. 9 et ab ea instauratum de novo Chorae monasterium Constantinopoli scribit. v. praeterea Annam p. 166.

v. 18. *τριῶν γὰρ θυγατέρων*] Duas ex tribus Andronici Ducae filias hic recenset Bryennius: tertia fuit Anna Ducaena Georgii Palaeologi coniux. Anna l. 2.

p. 107 v. 8. *Ἀργυροῦ*] Quis ille Argyrus, pluribus disceptamus in Familiis Byzantinis, ubi de Argyrorum familia.

p. 112 v. 4. *Κατζαμούντης*] An idem cum Castamonita, de P 216
quo Anna p. 195.

p. 115 v. 4. *Φρούριον*] V. not. ad Villhard. n. 86.

v. 6. *διέβαινον τὴν γέφυραν*] Pontis istius meminit Cinnamus l. 2. plura etiam de illo congessimus ad Villhard. n. 85.

p. 118 v. 19. *Σολυμὰν ὁ τοῦ Κουτουλμοὺς υἱὸς*] Iconiensium Sultanorum originem hactenus incertam vixque notam nobis tandem aperit Bryennius. Solymannum enim veterem uti a Tyrio appellatur, a quo ceteros, qui in Lycaonia, Cappadocia aliisque Asiae provinciis imperitarunt, toparchas Turcicos derivari constat, non ex eadem modo qua supremi Turcorum Sultani gente ortum duxisse docet, verum etiam quo illos consanguinitatis gradu attigerint. a Cutlum quippe, quem etiam cum Scylitze et Zonara *Κουτλουμούς* et *Κουτουλμούς* vocat, Solymannum Nicaeensem Sultanum prognatum refert. Cutlumus vero Tangrolbeci Sultani patruelis fuit seu, uti scribit l. 1 n. 10 et ex eo Scylitzes, Tangrolbeci patrui filius, proinde Salgeuci ex filio nepos. id praeterea firmat Scylitzes, cum ait Ibrahimum Tagrolbeci fratrem Cutlumi fuisse *ἀνέψιον* seu patruelem. Cutlumus porro El-Macino A. Heg. 477, Chr. 1084 et insequenti *Ptolomeus* nuncupatur, vocabulo haud multum abludente, si primus immutetur apex, ubi Solymanni parentem exserte vocat. atque ex his non mediocriter falli deprehenduntur Zonaras, Tyrius et Aithonus. ac Zonaras quidem, qui Cutlumum Tagrolbeci *ἀδελφόπαιδα* seu ex fratre nepotem facit; Tyrius vero l. 3 c. 1 et Aithonus c. 15, qui Solymannum nepotem fuisse scribunt Guedadolduli Albae Ar-

senali Sultani, cui Tyrius Belsetofi, Aithonus Aspasalemi nomen tribuunt. enimvero ut Cutlumus eiusque filii quinque (tot enim assignat liberos Cutlumo Scylitzes, quos inter Solymannum et Masourium recenset Bryennius) Lycaoniam, Cappadociam et Bithyniam occuparint, fuse satis enarrat Zonaras in Romano Diogene et idem Scylitzes in Botaniata. incertum tamen prorsus relinquitur, quando et quo imperante Nicaea Bithyniae metropolis, in qua regni sedem seu, ut Anna loquitur l. 3 p. 95, *τὸ σουλτανίκιον* constituisse Solymannum testantur passim scriptores, in Turcorum concesserit potestatem, cum id nemo hactenus prodiderit. certe licet quod a Bryennio l. 3 n. 16 17 18, Scylitze, Zonara et aliis traditur, a Nicaeensibus exceptum Botaniatam et imperatorem acclamatum, perspicue evincat hac tempestate, hoc est, sub A. Chr. 1078, Nicaeam Graecis paruisse, illo tamen imperante Turcos agnovisse dominos videtur indicare idem Bryennius l. 4 n. 2, dum scribit Botaniatam imperatorem factum legatos misisse ad Solymannum et Masurum, *τοὺς τῶν Τούρκων ἐξάρχοντας ἐν Νικαίᾳ διατρίβοντας*, qui tum Nicaeae degebant, sane cum Solymanni veteris regia exstiterit, Nicaeam oportet ante illius excessum, qui anno demum 1085 contigit, in Turcorum ius venisse.

p. 124 v. 15. *ἐν τοῖς τῶν Ῥουφιανῶν παλατίοις*] De hoc palatio ad Chalcedonem agunt Sozomenus, Socrates, Nicephorus Call., Cedrenus, Glycas et alii, locis a me indicatis in Observ. ad Villhard. n. 68.

p. 125 v. 17. *ἔνθα καὶ δάμαλις λιθίνη*] V. Petrum Gyll. l. 3 de Bosp. Thrac. c. 9.

p. 126 v. 13. *ἀγχοῦ τῆς Σιδηρᾶς*] V. notata ad p. Alexiad. 54.

